TOMVS SEDECIMꝰ

RERV̄ POLONARꝝ

1542

1543


Tomus decimusseptimus legationum responsorum epistolarumque ac rerum Polonicarum


Sub divo Sigismundo primo, rege Poloniae actarum ac scriptarum: Samuele Maciejowski Episcopo: et Cancellario Cancellariatum obtinente.

Stanislaus Gorski Cracovien et Plocen Canonicus. recollegi et in hunc tomum redegi

Continet annos 1542
1543







VII

Annus domini 1542

Inicio anni huius 1542, indictus fuit Conuentus Regni generalis in Petrkow ad Dominicam Reminiscere.

Is Conuentus per Consiliarios duntaxat, et per Equestris ordinis nunctios actus. Rege tunc in Lituania agente.

Deinde Conuentum. Sequentibus literis senatus commoratus fuit.

X

Sigismundus primus Rex Poloniae
Petro Gamrato Archiepo Gnesnen

QVAE scripsit ad nos P.tas vestra de prorogandis in vernum tempus Regni Comitiis, a nobis probantur, atque ita omnino facere statueramus; ecce autem venit Nuncius a Caesare Tartarorum, ex eo intelleximus, quae nobis cum Tartaris pacta intercedunt, eis nos minime stare velle, nisi duplicata demus ea omnia, quae proximo superiore anno illis dederamus. Quod cum indignum plane nobis videatur, omnia facere prius deliberatum habemus, quam ut has tam iniquas conditiones accipiamus. Videmus autem ita Regni rationes postulare, nulla ut habendis comitiis mora interponatur, quia si longius in tempus extracta sint, periculum est ne nos imparatos hostes opprimant. Prope iam adest vernum tempus quo nobis incursiones Tartarorum sunt metuendae. Quare tempori rationem inuenire satius est, quam si quis fuerit hostium impetus, is propulsari et Regnum nostrum defendi posset. Manemus itaque in sententia, ut ad Dominicam Reminiscere Piotrkoviae Comitia haberi velimus, cum praesertim nihil esse iam a contagione pestis periculi acceperimus, tuto ut omnibus eo convenire liceat. Tunc ergo Comitia ut ~~habeat~~ obeat P. vestra hortamur ac pro fide et officio suo etiam atque etiam diligenter una cum aliis consulat, quemadmodum eis quae impendent Regno periculis, occurri, atque id salvum conservari queat. nobis quoque de muniendis arcibus finitimis cura futura est.

Ac quod censet P.tas vra. dubiis temporibus his non danda

fuisse potestatem Mag.co Castellano Cracovien e Regno discedendi . id nobis quoqz ita visum est . sed cum saluti sue aliter prospici non posse scripsisset . habenda eius ratio: nem duximus .

DE Moneta . quid statuendum est in Conuentu . P.tas vestra deliberabit quod visum ibi fuerit id ratum haberi . si probabitur decernemus Vilne XX Januarii M°D XL II

Petrus Kmita Palatinus Crac
Bone Regine Polonie

PRobaretur mihi magis si Petrum Lubomirski Ser.ma Regina Hungarie apud se retinuisset . quatenus non rediret Nuncii eius M.tis ab Monacho Thesaurario . vt si M.tes vestra vna opera scirent . quid consilii Monachus sta: tuat de conditione eius R.tis M.tis . Qua de re quonia M.tes vestras certiores fieri summum operepretium esse perspexi . extemplo destinaui illuc mittere meum serui: torem . hunc circa dominica proxime futura . exiturum tam ad Reginalem M.tem . quam ad Monachum . et Petrum Petrouic . vt sciremus quid statuatur de rationibus eius Regnalis M.tis ad extremum . et an bene vtrimqz conueniat . Hortor preterea his ipsis litteris Monachum perstaret in fide Ser.me Regine vt cepit . et omnem eius M.tis fortuna sequatur . tueatur . ac pro facultate sua defendat . ac quo tutius existimauit eam incolumet et presertim vt eius M.tem Cassouia deducat . Commo: nefacio eum preterea promissorum . que fecit coram m-

diu fueram in Hungaria orator. Aiebat enim nunquam se se
deserturum, quoad viveret, fortunam Ser.mi olim Regis Jo:
annis, et Ser.mae suae Coniugis Reginalis M.tis, et ex ea
prolis, quae tum sperabatur, nunc scilicet tempus esse quo
ostendenda probandaque foret ea fides, cui a principio ar:
gumenta praestitit sane non vulgaria, et ut summatim
dicam nihil intentatum relinquam, quo eum adiungerem, et
glutino perpetuo ad servitia M.tis eius alligarem. Et qui:
dem scio Ser.ma Regina Monachum illum esse versutum, et
rerum suarum potius saepe studiosum, attamen ea est hodie
malignitas temporum, ut eius fucata quodam modo, neque
satis integra fides, utilior Reginali M.ti sit, quam aper:
ta professaque defectio. Quod ergo est in me omni studio
et voluntate contendam meis hortationibus studiosis:
simis, ut quantum fieri potest per me, dignitas eius M.tis sit
salva semper, quod optamus a Domino Deo, et incolumis.
Cognoscet autem M.tas vestra ex ipso Petro Lubomirski
quam iniquos tractatus Proceres Hungarici cum Ser.mo
Rege Romanorum inissent, et Ser.mae Reginae ac ex
ea infanti, duros ac periculosos. Propterea adnitar quo
maiore studio possum apud eos Proceres corrigerent si
quid erratum est in partem Reginalis M.tis, et ut sic sa:
luti suae consulerent, ne in Ser.ma Regina quippiam
durius statuant, et ne saltem ab illis tractatibus vel
latum unguem excederent, quos Caesar Christianus
inter Ser.mos Romanorum, et olim Joannem Hungariae
Reges statuit et dixit. Ea res quoniam summum cardinem
fortunarum eius M.tis post se trahit, summa diligentia
a me tractabitur, et omnibus fulcimentis, quibus potero
maioribus, apud eos Proceres adiuvabitur, partim propter
eius Reginalis M.tis afflictas rationes, quae apud
quemque virum bonum, multum sollicitudinis sibi usurpant

partim propter gracia M. tis vestram quorum dignitas in
ea filia aequi ac ipsa vita mihi charis. ma est. faxit
modo Dominus Deus, ut quippiam opera mea integra pro:
movere possim, quod bono fiat ipsi Ser. mae filiae et
honori M. tis V. Principum mihi clementissimorum. Cupio
ut Deus opt. M. S. M. V. diutissime felicem et incolu:
mem servare dignetur. Cuius M. tis gracia et benigni:
tati me comendo. Craco. XXiii Febr. 1542.

Pacis Moscitice Sentencia Regis Sigismundi Augusti ex Epistola ad Matrem Reginam.

Quod vero copiam litterarum ex Moscovia nobis legendam misit Ser.ma M.tas vra. nostram quoque de ea re sententiam cupiens intelligere. Solemus nos ab ineunte nostra aetate, stare voto et consilio Ser.mi patris Domini nostri clementiss.mi, atque vestrae simul M.tis de his atque aliis rebus omnibus. Quorum nunc quoque consilio et auxilio [illegible] ista tribuimus. Quippe quae non ignorant, quid magis ex re sit, et reip.cae, et M.tum vestrarum.

Audimus nos ab antiquis usque temporibus, nostros antecessores Lithuaniae Duces, ex more vetere, pacem a Moscis per primos suos Nuncios exegisse semper, a qua consuetudine nullis unquam temporibus Duces Moscoviae ne minima quidem in parte abduci unquam potuerunt, preter ubi ante annos aliquot illuc miserunt vestrae M.tes precursorem suum Culczinowski, quo cum illi vicissim, hisdem artibus, et nostrorum exemplo, apud Lituaniae Consiliarios de pace fienda, preter morem per nunctium suum admonentes sollicitaverunt.

Non defuerunt ex nostris ut nos meminimus illo quoque tempore qui ex dignitate M.tum v. arbitrabantur, praestolandum insuper ut formidine adacti, morem Mosci suum interrumperent, ac Oratores mitterent, quae res non omnibus placuit, neque reperta fuit.

Sed quia nunc quoque ex copiis Consiliariorum Moscoviae constat dilucide satis, quid ipsi eius Ducis Consiliarii per v. M.tem nec nuncio nec litteris admoniti Ducem suum sponte pro pace interpellarunt, quorum consilio et motu proprio Dux nec rogatus unquam per vram M.tem ad pacem perpetuam cum vestra M.te observandam se suis declaravit et consensit, modo ad amplectendam eam velit Oratores suos mittere sacra M. vra

ad quam ille consensit prius, mentem de eare intelligeret vra M.tas. Quae res iudicio nostro cum dignitate est vrae M.tis.

Non improbarem ego Ser.ma Parens, si cunctatione et mora longiore rem differendo possit superbia ista Moscorum comprimi, quae tanto iam tempore, non sine dedecore nostro, legis loco perstitit hactenus: sed quia didicimus iam, quid mora, et eius pompae ista expectatio, ante annos aliquot nobis attulerit, non satis consultum videtur, certa pro incertis derelinquere. Nullo pacto enim de Moscis ut homines sunt superbissimi persuadere hoc nobis possumus ut a more desistant suo. Neque video insuper quid est quod illos ad ea possit cogere quae illi fugiunt tantopere.

Hoc etiam non abs re commemorandum duximus, si post tantorum postea mensium inanem expectationem, illi a mittendo ad nos se continerent, quid aliud veniret faciendum, vel bella cum illis capere ad quae imparati sumus, rerum quoque cum Livonia, incertus est adhuc eventus. Nec Tartarorum omnino firmata pax. Nec Valachiae nobiscum vicinia itidem tuta est satis, sub hoc cum Turco rerum turbine. Nec Ducatus istius militia, nobilitasque tanta est, aut adeo instructa, ut praeter spem venientibus tam cito Moscis, sine milite mercenario possint tuto resistere. Quo bello praepedita M.tas vra, reliqua omnia, et sua et Regni negotia cogeretur fortasse intermittere quae in dies ex magnis maxima nascuntur.

Tacemus Ser.ma Do. Isabella Hungariae Regina cuius qualia sint discrimina, merito quoque meditandum est. Vel si belli officia velimus praetermittere, tum demum maiore multo dedecore ab illis per nos pax peteretur

quibus petentibus illam denegauimus paulo ante, atque incertum est deinde, si ipsi lacessiti, nostris quoque artibus pro laude sua, illam nobis vel differrent, vel penitus renuerent. In dubiis itaque quod certius tenendum est Haec nos Ser.ma parens, in vtramque partem discurrentes sacrae M.ti vestrae non consulenda sed commemoranda duximus: neque hanc neque illam partem approbantes sed prudentiae, et authoritati vestrae M.tis relinquentes omnia, quorum consilio et Dei presidio, cedent Deo dante omnia faeliciter.

Consultissimum etiam fore existimaremus, si praecursorem istum breui tempore absoluerent, et maturo consilio sine mora vt sit illi responderent, vtrum vero aut de pace perpetua, aut de amore aliquot induciis, mittendi erunt Oratores, et quid ex re magis sit nostra. De hoc illo postea tempore consulent melius vestrae M.tes, vbi de mittendis in Moscouiam Oratoribus certum iam habebunt institutum. De quibus nunc dicere esset superuacaneum.

Littere Regie pro indicendo Conuentu ad Consiliarios regni maiores

Sigismundus Dei gracia etc.

Reuerende, sincere nobis dilecte. Tenet proculdubio S. tua quo loco relicta fuit per nos Regni nostri negotia cum Comitia Cracouie essent habita quoquidem tempore constituti sic ita vt potuim9 Regni rationibus, grauibus magni Ducatus hui9 nostri negotijs, multum vrgentibus in eum nos conferre sumus coacti. ac Deo opt: Max: sit gracia toto hoc interiecto tempore, quo absentes a Regno abfuim9, nihil id ab hostibus detrimenti accepisse videtur. Ita enim de consilio S. tue, et aliorum Consiliariorum prouisum ei per nos fuit, vt preterqz a leuibus in fines excursionibus et latrocinijs Tartarorum, preter etiam domestica quedam et intestina bella, satis alioquin pacatum et tranquillum Regnum nostrum fuerit ab externis hostibus. Que vero in vicinia interea acciderunt, non ignorat S. tua aliquid mali propter vicinum malum existere consueuit. Itaqz maius nunc in periculum et discrimen adductum Regnum nostrum videm9 quam vnquam antea, quo maiori cura prospiciendum nobis est, vt in dubijs et periculosis temporibus his, integrum illud et sartum tectum, quod aiunt Deo conatus nros adiuuante, conseruare queramus. In Regno Hungarie cui nihil separatim a nostro accidere posse videtur, ingentem et miserabilem cladem reb Christiana ac:

cepit. Quid inde metuendum nobis sit, intelligit procul dubio S. tua. Omnes omnia consilia conferre in unum necesse est, quo tanta mala quae nostris iam ceruicibus impendere videntur propelli queant et propulsari, cum presertim aliunde quoque nobis non parum immineat periculi videamus. Nam qui extorris ex Valachia fuerat Petrus Vaiuoda is nunc per Caesarem Turcarum restitutus, terrores quosdam iacit ac minas intentat, propter quosdam ex ditione sua in Regnum nostrum profugos. Cum quo etsi nobis foedus est: quantum tamen ei fidei sit habendum, Maylati casus infelix documento esse potest, Quin et Tartari teneri non possunt, qui fines Regni nostri latrociniis suis infestos reddant, quos etsi ingentibus donatiuis nostris continuimus hactenus ut ne maiore vi aliqua in ditionem nostram irrumperent tamen ne pecunia Moschorum adducantur, quominus in proposito perseuerent, cautio est. His itaque de rebus tum ut caedes reprimi possint, quae inter nostros homines maiores in dies fieri dicuntur, utque iustitiae administrandae ratio aequabilis constituatur, visum est nobis edicere Comitia ad diem Epiphaniarum Piotrkoviae, quae, Conuentus minores de more praecedent in Proschowice sabbato, ante festum sancti Thomae Apostoli, et alii rursus in noua Ciuitate Korczin feria secunda ante festum s. Thomae Apostoli| Ad eos itaque S. tua una cum aliis eius territorii Consiliariis proficiscetur, una cum eiusdem territorii siue districtus Nobilitate, Nuncios plena et non limitata potestate electura, viros graues et idoneos publicae magis quam priuatae rei suae studiosos, cumque eis postea ad maiora sic Regni nostri Comitia conferret consultatura nobiscum, et cum omnibus Senatoribus, ac terrarum Nunciis, de his rebus, quae ad quietem, et tranquillitatem Regni ac Reipub. nostrae cauendum putauerit pertinere, quae bene valeat. Dat Vilnae XXa octobris Anno 1541 Regni XXXv°

Ad Consiliarios minores

Sigismundus Dei gratia

Generose fidelis dilecte. Quo loco relicta sint per nos Regni nostri rationes proximis superioribus Comitiis meminit procul dubio f. tua. Est Deo gratia, satis pacata fuerunt omnia et tranquilla, dum nos ab Regno absumus, sed apud finitimos quae acta sint interea, non ignorat f. tua. Ardet iam proximus paries ne ad nos quoque incendium hoc perveniat, providendum est cum praesertim nec Valacho satis fidendum et a Tartaris quoque metuendum sit, ratio simul ineunda est, qua caedes istae domesticorum prohiberi et ex aequo omnibus iustitia administrari queat. His itaque et aliis nonnullis de causis ad festum Epiphaniarum Piotrkoviae Comitia ediximus maiora, quae etiam minora praecedent in Proszowice feria   et alia in   obeat fidelitas tua. mandamus ac delectis ibi Nunciis, cum plena et non limitata potestate ad maiora Comitia, viris gravibus et idoneis, publici magis quam privati commodi studiosis, una cum illis Piotrkoviam se conferat, ibi una nobiscum et cum aliis Regni nostri Senatoribus et Consiliariis de propulsandis incommodis et augendis Regni commodis consultatura. Factura pro officio suo et gratia nostra. Datum Vilnae XX^a Octobris Anno Domini M. D. XLI. Regni vero nostri anno XXXV.

Ad mandatum Sacrae
Regiae M.tis proprium

Ad Nobilitatem

Sigismundus Dei gracia Rex Polonie

GEnerosi fideles dilecti. Cum hoc flagitare videantur gravia Regni nostri Reipublicaeque negocia, Piotrconie Comicia ediximus ad diem sanctorum trium Regum, que quidem de more minora sive particularia precedent in Proszowice

et communia terrestria in nova Civitate Korczin

Mandamus F. tue ut eis intersit, una cum aliis Nunciis ad maiora sive generalia Comicia electura viros prudentes graves, non privatae magis quam publicae rei studiosos, cum plena et non limitata potestate. Factura pro officio suo et gracia nostra. Datum Vilne XX^a Octobris Anno M^o D XL^.

Ad mandatum sacre Regie M^tis proprium.

Ad Capitaneos

Sigismundus I. Rex Polonie.

MAgnifice sincere nobis dilecte. Cum id rationes Regni nostri Reique publicae postularent, ediximus Regni nostri Comicia maiora Piotrconie ad diem sanctorum trium Regum que quidem particularia in Proszowice

et communia terrestria in

Civitate Korczin de more precedent. Quare S. ti tue mandamus, ut ea Comicia pro:

uulgari et publicari vbiqz faciat in omnibus foris et populi congregacionibus Ciuitatum et oppidorum praefecturae suae Capitaneatus sui. et quas ad officiales. et quosita Nobiles nostros dedimus. et cum presentibus mittimus lras eas omni cunctatione semota praeferendas illis diligenter curet. inter quas si quae fuerint. quae inscriptione seu suprascriptione caruerint. ipsa S.tas tua inscribi illas faciat iis qui magis fuerint inter Nobiles insignes. atqz ad eos nulla mora interposita transmittat Factura S.tas tua pro officio suo. proqz gracia nostra Datum Vilnae XX.a octobris M.o D. xl i.o.

Ad Nuncios

Sigismundus Dei gra

GEnerose fidelis dilecte. Cum hoc postulare videantur Regni nostri. reiqz pub.cae grauia negocia. edicximus generalia Regni Comicia Piotrkouiae pro festo s. trium Regum quae minora seu particularia in
de more praecedent. Commendata itaqz habentes f. tuae virtutem et dexteritatem. ac erga nos et Rempub.cam nostram obseruantiam. illam designauimus. et deputauimus Nuncium nostrum. ad eadem minora seu particularia Comitia. quae ut f. tua obeat. atqz mandata nostra ad praescriptum hoc quod illi cum presentibus mittimus ibi referat. mandamus. vnaqz operam diligentem nauet ut Nuncii cum plena. et non limitata potestate. ad maiora Regni Comitia mittantur. Factura pro gracia nostra et officio suo. Datum Vilnae XX.a Octobris M.o D.o xl i.o.

vniuersis

Littere fidei

Sigismundus Dei gracia etc.
Vniversis et singulis Prelatis tam spiritualibus quam secularibus, Baronibus, Palatinis, Castellanis, Dignitarijs, officialibus, et vniverse nobilitati in Conventu
congregatis Sincere et fidelibus nobis dilectis graciam nostram Regiam. Sincere et fideles dilecti, qui hasce nostras S.bus et f. vestris tradidit litteras Venerabilis is a nobis est in medium S.tem et f.tem vestrarum missus, et voluntatem et mandata nostra S.bus et f.bus vestris de his rebus de quibus illas in medium consulere, et constituere volumus declaret et exponat. Quare hortamur S.tes et f. vestras, vt illum et attente audiant, et verbis eius haud aliter atque nostris fidem habeant, ac ad ea omnia exequenda, fidem studium et obseruanciam suam adiungant. Facture pro fide atque officio suo et gracia nostra. Datum Vilne XX.a Octobris. Anno Domini M.o D.o XL I. Regni vero nostri anno XXXV.to

Ad mandatum Sacre
Regie M.tis proprium.

Litterę ad Consiliarios maiores de transferendis Regni Comitiis

Sigismundus Dei gracia etc.

Rde Mag. et sinceri nobis dilecti. Cum Regno nostro magna hoc tempore pericula impendere videremus, visum est nobis maturo consilio ea si fieri posset propulsare, Christo consilia nostra fortunante. Cuius itaque rei causa Comitia Piotrkoviae edixeramus ad festum Epiphaniae proximum. Quoniam vero perfertur ad nos grassari undique pestem circum Piotrkoviam, neque sine ingenti multorum discrimine haberi constituto per nos tempore Comitia posse, diu multumque deliberavimus, quem potissimum in locum Comitia nobis essent transferenda. Visa quoque nobis est hec consultatio perdifficilis. Nam si locus fuisset in maiori Polonia constitutus, gravatos iri videbamus eos qui sunt in minori Polonia, in qua ipsa si Comitia edixissemus, non minus id grave videbamus fore his qui sunt in maiori Polonia. Cum itaque nihil statuere possemus de loco, quod utrique terrae nostrae Poloniae gratum esse posset, saltem in tempus aliud differre Comitia nobis visum est, si forte interea gracia et misericordia domini nostri Jesu Christi conquiescere pestis posset, quae saevire tantopere in multis locis dicitur. Quare ut constitutionibus Regni nostri satisfaciamus, quibus cautum est, ut nisi graves causae impediant, ne alibi quam Piotrkoviae

Comitia habeamus, de loco in presentia nihil mutamus sed quae edixeramus Comitia ad festum Epiphaniae, ea presentibus litteris reiecta volumus et translata ita ut reiicimus presentibus, et transferimus ad proximam Dominicam Reminiscere. Quod si (quod Deus omen avertat) nec eo tempore grassari pestis circum Piotrcowiam desierit, tum a P.te vestra certiores fieri postulamus quonam potissimum loco ad prescriptum, et prefinitum per nos diem Comitia nobis habenda putet, quae ut habeantur, cumprimis esse videtur necessarium. Quae fuerit hac de re sententia P.tis vestrae, eam per hunc ipsum Cubicularium nostrum, ad nos perscribet. Quae bene valeat. Datum Vilnae X.a Die Mensis Decembris. Anno Dni M.o D.o XLI. Regni XXXV.to

Ad Mandatum Sacrae Regiae
M.tis proprium.

Ad consiliarios minores

Sigismundus Dei gracia etc.

Generose fideles dilecti. propter saevitiam pestis quae circum Piotrcowiam et passim in maiori Polonia grassari dicitur reiicimus et transtulimus Comitia Regni nostri ita ut presentibus reiicimus et transferimus in proximam Dominicam Reminiscere. quod F. tuae litteris hisce nostris significandum duximus ut ad id tempus Piotrcowiam se conferat una nobiscum de propulsandis iis quae Regno nostro impendent periculis consultatura. Datum Vilnae X.a Decembris. Anno Dni M.o D.o XLI Regni vero anno XXXV.to

Ad Mandatum Sacrae
Regiae M.tis proprium

Ad Capitaneos

Sigismundus Dei gracia etc.

Generose fidelis dilecte, quandoquidem circa Piotrcoviam Civitatem nostram et passim etiam alibi presertim in maiore Polonia grassari pestis dicitur. Nos providere volentes, ne plures contagione inficerentur, si ad prefinitum per nos tempus Comitia haberentur, differenda ea duximus, et transferenda ita ut presentibus differimus et transferimus in Dominicam Reminiscere proximam si forte interea temporis, quod a Deo precandum est pestis haec sevitia conquiescat. Quare F. tue mandamus, ut hanc Comitiorum dilationem sive translationem in omnibus foris Civitatum et oppidorum suorum, et quibuscunque publicis in locis promulgari et promulgari publice per preconem faciat, ut scire possint omnes, quod ad Dominicam Reminiscere et non ante Comitia Piotrcovie habebuntur, neque ignorantiam aliquis pretendere queat. Datum Vilne X.a Decembris. Anno M D XL I°.

Ad Mandatum Sacre
Regie M.tis proprium.

Instructio ad Conuentum particularem

Salute dicta et gracia Regia nunciata litterisqz fidei redditis in hunc modu legatus verba faciet.

Cum alterum iam annu in magno Ducatu suo Lithua. commoretur S. M.tas R.a, etsi in illius rationibus constituendis animu habet vehementer occupatu, non possunt esse tamen ullae tantae occupationes quibus a cura Regni huius sui auocari queat, erga quod quanta fuit semper charitate, vel ea re argumento esse potest, quod quamuis Ducatus ille complures iam annos magnopere M.tis eius presentiam flagitaret, neqz dubiu illi, et id quidem ingens discrimen impenderet, si absens ab eo diutius fuisset, adduci tamen nunqz potuit, prius ut Regnu hoc suu relinqueret, quam cu alia salubria multa confecisset tum defendendi eius rationem in biennium constituisset.

Ac Deo sit gracia optimo Maximo, cuius id misericordiae Sacra M.tas Regia libenter acceptu fert, ita biennium istud iam confectu est propemodu, ut quiete Regnu vsu ab externis quidem hostibus, nihil prorsus acceperit detrimenti, quod nos non minima ex parte curae etiam et vigilantiae ipsius Sacrae M.tis Regiae tribuere debemus, quae ex quo tempore Regni huius gubernacula suscepit, non aliud spectauit semper, neqz alio consilia sua omnia direxit, quam ad eius vtilitatem, quietem et tranquillitatem, in eo mentem sua defixa habuit in eo curas suas omnes et cogitationes consumpsit.

qua via et ratione Regnum hoc suum contra quorumuis impetus, et violentas impressiones tueri a vi cuiusuis et iniuria saluum conseruare. ac Deo consilia eius fortunante, florentius idetiam Ser.mo filio suo relinquere posset, quam a maioribus ipsa suis accepisset.

Circumspiciat qui volet, vicina Regna omnia ac ea etiam quae longiore locorum interuallo, distincta sunt ab hoc perlustret, singulorum statum diligenter si considerit. quod proprium et perpetuum patriae huic nostrae Deus esse velit qui bonorum omnium largitor est, multo esse tollerabiliorem Regni huius quam aliorum conditionem inueniet. Etsi enim ita natura comparatum est, vt nostri nosmet paeniteat, et aliena nobis omnia nescio quo modo meliora feliciora que videantur, ita vt non temere quenquam reperire liceat qui sua sorte contentus esse velit. tamen si quis exploratum habere queat, quid apud exteras nationes agatur quo in statu res earum sint: si idem aequum se existimatorem praebeat, et recto singula iudicio expendat, esse videbit quod agat Deo gracias, qui in hac temporum summa difficultate in hac tanta Christianae Reipub.cae perturbatione, tuetur tamen per Ser.mum Regem et Dominum nostrum Regnum hoc, et conseruat atque ita tuetur. vt non sit nobis magnopere alius inuidendum

Quin etiam si quis patriae huius nostrae statum conferat eum qui nunc est cum eo, qui fuit S. M.tis eius maioribus regnantibus. est Deo gracia. qui hanc M.ti eius felicitatem tribuit, pacatiora, politiora, florentiora cuncta reperiet quam fuere tum, cum per manus Regnum hoc M.ti eius fuit traditum, ita vt bona spe sit non fore quenquam quem ita per M.tem eius administrati Regni huius paenitere queat

Quibus autem ex causis aut euertantur Regna, aut magna saltem in pericula adducantur non est Dominibus vestris obscurum: cupiditates Principum esse plerumque exitio et Regnis et rebus publicis consueuerunt, a quibus ita longe semper abfuit Sacra Maiestas Regia: vt non modo delata sibi Regna ditionesque repudiauerit, sed nihil in terris tam charum vnquam habuerit, quod patriae suae Regni sui charitati anteponendum esse putauerit, in quo vno pro virili tuendo et conseruando studium omne suum collocauit omnes curas et cogitationes defixit.

Quid esse potest parentibus liberis charius? quos non perferunt labores? quibus non se curis excruciantur? quae non adeunt pericula dum illis periclitantibus succurrant? Hausit summum hunc dolorem Sacra Maiestas Regia vt filiam suam, et eam filiam, quae propter admirabiles et corporis et animi dotes, vel saxa ipsa sui amore et misericordia commouere posset, duplici et modo non triplici exercitu circumfessam, ac summum in vitae discrimen adductam audiret.

Sunt in hoc coetu plerique ex Dominibus vestris qui liberos habent ad eos nunc cogitationes suas referant, ac Deum precor vt ab eorum capitibus similem calamitatem procul auertat. Sed si tamen in periculo vitae filiam suam aliquis collocatam videret, an non accurreret? an periculum vllum defugeret? an non extrema quaeque tentaret? non misceret perturbaretque omnia, dum ex tantis discriminibus pignus charissimum eripere posset? Nolite existimare non eadem esse Sacram Maiestatem Regiam, qua caeteros parentes in filiam suam affectione, quae si priuato suo labore et periculo, absque Regni reique publicae magno aliquo discrimine, subuenire afflictis filiae suae rationibus potuisset, nullum certe amantissimi patris offitium in se requiri passa fuisset, sed

dum se omnium nostrum communem esse parentem meminit erga Ser.ma filiam suam, paternæ suæ affectioni non prorsus obtemperandum esse putavit. Non satis in illam indulgens quàm in subditos suos, quos liberorum loco semper habuit, parum clemens videri maluit. a vi et armis abstinuit, quietis consiliis quantum potuit adiuvare conata est. neq3 tanti faciendum putavit, qui essent hominum de se futuri sermones, si non omni ratione periclitanti illi adfuisset, quin providendum existimaret potius ne uni amore filiæ, alteram filiam suam, quæ et parens eadem est, patriam suam, Regnum suum aperte in discrimen adduceret. Ac si ulla unq3 in re, in hac M.tas eius maxime declaravit plusquam paternum suum erga Regnum hoc amorem, cuius dum studet tranquillitati, dum saluti eius prospectum in longitudinem cupit, non solum filiæ char.ma sed et infantis Nepotuli fortunis, incolumitati, vitæ, dignitati, non omni qua potuit ratione subueniendum putavit. Adeo non modo non cupiditate, non ambitione ulla, non proposita regnandi spe, non invitamentis ad eam rem, et illecebris plurimis, s3 ne ea quidem affectione quæ parentum esse in liberos maxima consueuit adduci potuit, ut non primam conservandi regni curam haberet.

Hæ sunt artes quibus adhuc Christo opitulante Regnum hoc suum retinuit Sacra M. Regia, et in dubiis his ac periculosis temporibus incolume tamen conservavit non modo non appetendo aliena, verum etiam ultro sibi ultro delata respuendo, non propinquos, non liberos pluris faciendo, quàm subditorum salutem et tranquillitatem.

SEd quæ tamen acta sunt in tercia temporis, non ignorant D. nos vestræ, etsi cum quietum fuit ab hostium in:

cursionibus Regnum hoc, ab omni tamen parte, apud finitimos populos magnam trepidationem esse ne mi-
nistris, non solum Ser.ma filia Nepotesq Sacrae M. Regiae sed et Hungaria tota, quod est vniuersi Christiani orbis quasi propugnaculum quoddam et antemurale, quin et Au-
stria, Morauia, Silesia, totaq vicinia haec, maius quam vnquam antea in discrimen adducta videtur. Ingentem enim in Regno Hungariae res Christiana cladem accepit potentissimoq hosti ita nunc et vires, et animi creuerunt vt perdifficilis resistendi sit ratio, cum vis esse maior videatur quam vt ad eam propulsandam vnius Regni quali-
libet magnae opes sufficere queant.

Quare nisi prudenti consilio, mature fuerit Patriae no-
strae prospectum idem illi qui Regno Hungariae casus est pertimescendus, quod Deus omen procul a nobis auertere dignetur. Neq enim ex vna tantum parte vis nobis est tam potentis hostis metuenda, habet is iam Hungariam, ha-
bet ante annos aliquot et Valachiam, vndiq circumsepti sumus, vt si vnquam ante nunc nos vigilare maxime opor-
teat, et in procinctu semper esse, ad sustinendum impetum si quis ex improuiso in nos factus sit paratiss. Ardent iam parietes proximi, ne quam incendium hoc ad nos quoq perueniat, aut saltim vt restinguendi eius ratio aliqua inueniatur, omni ope consilioq prouidendum est. In summum enim iam rerum discrimen venisse videmur, nisi diuina im-
plorata ope diligentius per nos aduigilatum fuerit, ingens nos quod hostibus potius eueniat nostris manet iam infortunium.

Nihil est quod in foederibus fiducia collocem. Budam contra foedera, captam fuisse scimus. Valachus quam ea diligenter obseruet, saepe iam magno nostro malo periculum fecimus. Maylati casus infoelix quantum

credendum ei sit documento nobis esse potest

Tartarorum animos non paruo donatiuo deliniuit Sacra M.tas Regia, vt in Moschos potius quam in ditiones M.tis eius se mitterent. Nunc periculum est, ne hisdem artibus Mosci eorum animos sibi concilient, et maiore aliquo donatiuo promisso, a se impetum eorum auertant, et in nostras terras, quod absit, conuertant.

Prussia quoque non omnino vacare videtur metu periculi neque enim sublata est proscriptio, sed suspensa tantum aliquandiu, ita vt ibi quoque metuendum sit, ne qua fiat ex improuiso impressio.

Iam cum Hungaris et Silesiis quid negotii nobis sit, non est clam D.nes vestras. Suorum clamoribus adducta fecit Sacra M.tas Regia vt ediceret, ne quis ex Regno proficisci eo cum mercibus, aut contrahere ibi aliquid auderet. Quod edictum cum abrogari peteret Ser.mus Dominus Romanorum Rex, vtrinque ex parte Commissarii Iudices fuerunt constituti, qui de iniuriis cognoscerent, de quibus disceptari quidem coeptum est, sed nullum adhuc res finem est consequuta. Quare et de hoc negotio, quid factu opus sit, erit deliberandum, ne maius inde aliquod incendium postea oriatur. Cum praesertim post cladem illam, quam accepit recens in Hungaria res p: Christiana, non parua sit nostrorum hominum in Moravos iniuria subsequuta. Cohortes enim aliquot, qua de re graues fuerunt apud Sacram M.tem Regiam querimoniae, irrupisse in Moraviam feruntur, accepto stipendio, ac vicinis hominibus, a quibus non modo non offensi sunt vnquam

rerum etiam amici semper habiti, multu damni et detri=
menti attulisse, qua ex re quanti motus excitari queat,
quis est qui non intelligat? Providere itaq mature
oportet, ac viam invenire, qua reprimi deinceps tanta
possit audacia. usu enim quandoq evenit ut unius ob no=
xam Regnu totu periclitetur.

SEd nisi prius domestica bella restincta fuerint, frustra
de propulsandis externis periculis consilia habebuntur
ad quæ avertenda inter nos concordia opus est, una
omniu voluntate, et mutua authoritate. nunc ea im=
manitas quam videre in multis licet, qui fraterno san=
guine manus suas contaminare non reformidant, magno
est ad res bene gerendas impedimento. ubi enim
ardent odio mutuo omnia, ubi quada quasi seditione
domestica laboratur, ubi tanta fit fere quottidie
fraterni sanguinis profusio: qui potest ibi bonus aliquis
consilioru exitus sperari?

Licet videre nunc institis prope exercitibus inter se congre=
dientes, perinde ac si neq Rex, neq lex, neq ullu foret
Juris præsidiu, vi et armis omnia tentantes, satis ut ho=
stiu domi ipsi habeamus, etiam si nullus aliunde fiat
impetus

Vidimus aperta in nos Dei iræ signa tendentem arcum
suu et parantem illu framea sua contra nos suscitan=
tem cernimus, quod nisi placatu eum nobis reddere stu=
duerim9. nisi a cædibus istis, a periuriis, ab aliis etia
vitiis et flagitiis, manus nostras, linguas nostras, men=
tem nostra continuerim9. inebriabit sanguine nro sa=
gittas suas, et gladius eius devorabit carnes nostras
futurumq est illud, quod est apud propheta. Foris vasta=
bit eos gladius, intus pavor iuvenem simul ac virgine

25

lactantem cum homine fere. Quare modis omnibus faciendum censet Sacra M.tas Regia, vt ante omnia gravem Dei offensionem mitigandam studeam, et id quod magna ex parte futurum sibi persuadet, si iustitiae ratio imprimis habeatur, si caedes istae, si periuria, si caetera flagitia cohereeant, si arma quisque sua non in fratrem, non in vicinum, non in eiusdem fidei, eiusdem gentis aliquem, sed in hostes potius Christiani nominis, si quid illi provocauerint conuertat, hoc humanitate cuiusque, hoc nobilitate, hoc professione nostra Christiana, quae sola a nobis mutua requirit charitatem, multo foret dignius, non quod nunc videmus, fraterno sanguine manus madere, belluarum hoc non hominum esse videtur.

Haec sunt quae coram D.bus vestris proponi iussit Sacra M. R. de quibus vt consultatio haberi possit, ac ratio aliqua inueniri, qua tanta pericula, quae patriae nrae, pro dolor maiora nunc quam vnquam antea impendent, propelli queant, et propulsari ad festum Epiphaniarum Piotrcouiae Comitia edixit.

Et quoniam permultum in eo positum est, qui fuerint in his Comitiis ad maiora illa Nuncii delecti, quod ex his pendere propemodum Comitiorum exitus videtur. Hortatur D. vras Sacra M. R. vt quos ad maiora Comitia legabunt, viros designent, graues et prudentes, qui plenam et non limitatam potestatem habentes, non priuatae suae affectioni seruiant, non odium suum aut in ordinem aut in hominem aliquem explere contendant, et neque aliud spectent quam pacem et tranquillitatem, salutem et incolumitatem Regni Reique publicae, vt cum his vna prouidere possit Sacra M.tas R. quemadmodum ea quae impendent pericula propulsari et Regni rationes stabiliri queant.

Qua in re si pro officio suo D. vrae operam suam diligenter nauauerint, permagnam apud Sacram M. R. gratiam inibunt, quae sedulitatis cuiusque et diligentiae se rationem habituram et eam clementia liberalitateque sua Regia compensaturam pollicetur.

Legatio ad Conuentum Regni generalem Piotrconiensem ad diem Sanctorum Trium Regum indictum, et ad dominicā postea Reminiscere translatum: Mgco Bernardo Maczieiowski Castellano Lublinen et Andree Czarnkowski Vilne 25 Nouembris 1541 data

SAlute dicta et gracia Regia nunctiata litterisque fidei redditis, legati in hanc sententiam verba facient.

Et si multae fuerunt, atque eae minime leues causae, quamobrem necesse haberet S. M. R. in magno Ducatu suo Lithuaniae diutius commorari, quod et sumptus ibi faciat minores, et quarum rerum causa proficiscendi eo cepit consilium, earum nihil adhuc confecit, Non quòd studium ei in conficiendis defuerit, sed quòd conatum fortuna destituit.
Intelligebat S. M. Regia non opus esse modo, verum etiam cumprimis necesse, vt quae sunt cum vicinis de finibus controuersiae, cum Prutenis et Liuoniensibus ex quibus multae cedes existunt, et magna periculosaque dissidia oriuntur, ea presente illa in magno Ducatu suo dirimi possent. Itaque certos in eam rem ex Senatoribus et Consiliarijs suis Judices commissarios

designauit qui et de finibus, et de iniuriis vltro citroque
factis cognoscerent. Quorum alii versus Liuoniam, alii
versus Prussiam profecti, fato quodam aduerso, rebus in-
fectis redierunt. Ita vt quas maxime sopitas primum
oportuit cum vicinis controuersias, ex periculum sit, ne ma-
ius etiam in malum aliquod erumpant. Neque certe quicquam
cum hostibus constitui posset, quantisper cum his qui amici
tamen esse videntur, nihil fuerit transactum. Require-
bat itaque ea res diuturniorem S. M. Regiae in magno
Ducatu suo Lithuaniae commorationem, quod in tanto dis-
crimine rebus constitutis, non satis tutum fuit in Regnum
reuerti. Multo magis autem diuturniorem hanc commo-
rationem requirebant finitae iam prope cum Moscis induciae
cum neque de induciis nouis, neque de pace quicquam adhuc cum
illis tractatum sit. Non quod hac quoque in parte remissius
aliquid egerit: sed quod quemadmodum citra personae
dignitatisque suae detrimentum confici res possit, delibe-
randum esse putauit. Vident itaque D. V. quae causae remorari
diutius in magno Ducatu suo potuerint S. M. Regiam: quae
etsi sunt eiusmodi, vt sine ingenti illius discrimine ne-
quaquam illinc discedere, et ad Regni Comitia venire po-
tuerit, cum tamen secum ipsa reputaret, quantum in peri-
culum Regnum hoc adductum sit, propter eam cladem quam
in Hungaria Resp. Christiana miserandam accepit
pro singulari studio et amore, quo est in Regnum hoc
suum, omnia prius et facere et pati deliberatum habe-
bat, quam vt difficillimis his, et inprimis periculosis
temporibus a Regni Comitiis abesset, tantaque fuit
eius cupiditas, tantus ardor Regnum suum visendi et
ne quid detrimenti acciperet presentia sua proui-
dendi, nihil vt prorsus ei curae putauerit praeuer-
tendum. Sed abruptis rebus omnibus in magno Du-

catu suo Lithuaniæ, quicunque tandem status illius esset futurus, decreverat omnino ad Comitia proficisci, atque cum Do: vestris quemadmodum impendentia pericula propulsari possent consultare. Sed recte a sapiente dictum est. Cor hominis disposuit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius. Voluntas ei(?) et ea quidem ardens S. M. Regiæ non defuit, neque alio animo Comitia edixit quam quod illis ipsa interesse cogitabat. Sed ei qui dirigit gressus hominis, secus Deo visum est, qui visitare M.tem eius dignatus, in morbum eam coniecit eiusmodi, qui complures dies lecto eam tenuit affixam: atque ita M.tem eius debilitavit, ut in hunc usque Diem nondum ex eo satis confirmata, neque pristinas adhuc vires suas recuperasse videatur. Iam hoc anni tempus etiam recte valentibus quam sit inimicum iter facientibus Do. vestræ satis ipsæ intelligunt, quæ et hoc non ignorant in ægro corpore periculosam esse omnem offensionem, eam præsertim quæ ex frigore accidit, quo nihil est magis affecto corpori noxium et hoc tamen factura fuisset S. M. Regia, tanta fuit eius cura, ut Regni saluti maturo consilio prospiceret, ut cum vitæ suæ periculo in quo hoc anni tempore in viam se dedisset: cum autem et medici deterrerent, et char.mi quique dehortarentur obtestarenturque, ut ne salutem suam neglectam vellet, de qua salus Regni penderet: neve ipsa sibi M.tas Regia quasi manus adferret, in apertum discrimen vitam suam adducendo, cum denique ne e cubiculo quidem se tuto progredi posse videret, parendum esse ei quæ ingens telum est necessitati, neque fidele suorum consilium repudiandum putavit. Cum præsertim indubitatam spem de Do. vestris conceperit, pro eo studio quo esse illas, et erga se, et erga Rempub: Regni huius persuasum habet, quando quidem esti corpore abest,

meliore tamen sui parte hic eam adesse intelligunt, ni=
chilo remissius facturas illas omnia, neqz segnius
de propulsandis iis, quae impendent Regno periculis
ac de quiete tranquillitateqz tuenda, et conseruanda con=
sultaturas, quam si oculis suis presentem eam hic a=
desse viderent, et sua vna consilia de communibus
periculis propellendis et commodis augendis communi=
cantem audirent, quam sit illius et aetas, et valetudo
affecta, non ignorant D. v. nulla illi medicina facere
salubriorem, nulla adferre consolationem possunt maio=
rem, quàm si pro se quisqz Do: vestrarum vehementer ia
certe periclitantem Rempub: fidelibus atqz salubribus
consiliis suis fulcire fuerit et sustentare conatus.
Quandoquidem non vlla cura magis exest animum S. M.
Regiae, quàm vna haec de tuendo et constituendo Regni
statu incolumi. Quod cum Dei gracia et misericordia
singulari sit, illa nunc gubernante aliquanto floren=
tius etiam, quam fuit eo tempore, quo primum illud per
manus accepit, etsi difficiliora nunc sunt magisqz pe=
riculosa tempora qz fuerunt vnquam antea post homi=
num memoriam, cupit tamen Ser.ma M.tas Regia pro
more suo perpetuo, omni spe et fiducia in sola gracia
et misericordia Dei collocata, omni qua potest ratio=
ne prouidere, vt non modo ipsa aeque florens Regnum
conseruet, verumetiam in longitudinem illi prospici=
at, et cum ad Ser.mum filium, tum ad posteros etiam
illius eodem quo nunc est statu transmittat. Non
alia in re cura illius omnis et cogitatio consumitur
Nam ita vt facere parens, verum patriae parentem
nichil habet in terris vna ea charius. Declarauit
hoc adeo nuper cum paterno animo suo erga Ser.ma
filiam, quae praeterquam quod filia est propter et animi

et corporis praeclaras dotes, non potest non esse char.ma
adduci tamen non potuit, ut paterno erga illam animo suo
ita indulgeret, ut non prior illi esset et antiquior patriae quam
talis filiae salutis ratio. Quod quidem notius est D. vris
quam ut me pluribus commemorare sit necesse. Tanta itaque
cum sit cura et sollicitudo M.tis Regiae Ser.mae, et de regno
tuendo, et de fortunis deque salute singulorum conseruanda
quandoquidem non minus priuatum cuiusque quam Reipub.cae
Regnique periculum agitur, quo summo potest studio hortat.
D. vestras, atque ab illis maiorem in modum postulat, ut
consilia sua in unum conferant, atque omnibus modis pro:
spicere conentur, ut periclitanti patriae succurrere queant.
Quae quanto nunc in discrimine versari videatur mino:
ribus in Comitiis, ex nunciis S. M. R. Do. vestrae dici
audiuerunt, undique septi sumus hostibus, neque vel a Turcis
vel a Tartaris, vel a Valacho satis tuti sumus.

Adest hoc loco Mag.cus Dominus Castellanus Rosnamin., qui
ad Caesarem Turcarum a Ser.ma M. Regia legatus fuit
cognoscent ex eo Do. vestrae cum alia multa, tum et haec quae
commemorare iussi sumus, grauiter et iniquo animo tulisse
Caesarem Turcarum, quod Ser.ma M.tas Regia, Ser.mae
filiae nullas dederit suppetias, quod nullum exercitum mi:
serit, quod sotia cum Caesare arma non iunxerit, ac mirari
se dixisse quod suae potestatis esse velit Ser.ma M.tas Regia
Ser.mam filiam, cum tamen ad eam ex obsidione libe:
randam nullas copias miserit, ac ne tantillum quidem
opis attulerit, vehementer ea re perturbata est S. M. R.
sed magis etiam fuit perterrefacta, cum ex eodem D.
Castellano audiuit, tantopere efflagitata esse ab eo
munera, ut repulsus prope modum sit, quod ea non
attulisset, obiectumque ei fuisse, quod florens nunc sit

Regnum Poloniae quod et viribus et opibus abundet, quod habeat Maiestas Regia complures Civitates atque oppida ex quibus non parva pecunia colligere possit. Quo nomine debere S. M. Regiam Caesari, cuius beneficio ad hunc statum Regnum pervenerat, quod eius favore fiat ut pax in eo sit, et tranquillitas, neque sit hostium incursionibus infestum. Qui Caesaris aut Bassarum eius sermo quorsum tendat, pro sua prudentia facile Do. vestrae conijcere possunt. Genus enim quoddam Tributi postulare videtur. Ita Regnum hactenus suum administravit S. Maiestas Regia Christo conatus eius fortunante, ut personam dignitatemque suam Regiam tutata fuerit, neque aut se aut Regno suo indignum aliquid a se extorqueri passa sit. Cupit extrema cum primis contexere: quo non ipsa modo S. M. R. verum et Ser.mus filius eius pari cum dignitate Regnum hoc gubernare, atque id tueri possit et conservare. quod quo facilius praestari possit sua nunc Dominationes vestras in medium adferre consilia postulat, atque illud una diligenter consultare, quoniam tot victorijs et triumphis, ac rebus cunctis ad voluntatem fluentibus, elatus est iam vehementer animus Caesaris Turcarum, si forte is per Legatum suum, sive munera, sive societatem armorum, sive aliud quidpiam indignum postularet, quid ei respondendum esse censeant. Ita ad eiusmodi Legationem aliquam non videtur S. M. Regiae quicquam nisi ex Comitiorum Decreto respondendum.

DE Tartaris perlatum est ad S. Maiestatem Regiam quod moleste tulerit Caesar Turcarum eos ad Moscoviam et non in Hungariam potius secum esse profectos, quodque Bialogrodenses intromitti in arces vetuerit, quin etiam suspendi iusserit quicunque deprehendi possent. Unde periculum est ne rerum omnium ad acti penuria, victum in Regno quaerere et praedas in eo agere cogantur: Cui etiam malo, consilio Dominationum vestrarum erit occurrendum.

DE Valacho certo M^{tis} R. renunciat quod consilia cum suis ceperit de terra Pokucie occupanda. Quorum animos cum abhorrere videt a bello Regno huic inferendo, nuncium ea de re ad Caesarem Turcarum misit. Neque alterius quam illius fiducia ista moliri se palam etiam professus est, ut facile inde coniecturam facere liceat, quantum sit foederi cum Turcis icto fidendum.

Vident itaque Do: vestrae quae circumstent Regnum hoc pericula, a Turcis, a Tartaris, a Valachis, quorum propulsandorum rationem ab illis iniri S. M. R. maiorem in modum postulat.

SED et Prussia non omnino extra periculum est, quae et vires suas cum Regni viribus coniungeret, quantum potuit per Legatos suos S. M. R. contendit et elaboravit, quemadmodum ex legatione, cuius exemplum habemus Do. vestrae cognoscent. Sed Consiliarii et Nuncii terrarum Prussiae nulla sibi ratione persuaderi passi sunt, ut se Regno coniungerent, et unum cum eo corpus esse vellent, quemadmodum ex responso eorum, cuius ipsius quoque exemplum datum est, uberius Do. vestrae intelligent. quae quid faciendum porro sit S. M^{tis} Regiae deliberationem inibunt. videt ea quae nunc sunt tempora, quam sint periculosa: quam incommodum sit et parum tutum acerbius velle cum subditis agere, quamque sit ad plera que conniuere necesse. Diu multumque instando vix eo adduxit Gedanenses, ut a Nummis percutiendis supersederent. at ii quandoquidem perget Ill. Do. Dux, nec toties admonitus, et per litteras et per Legatum, ut ex iis quae hactenus exemplis et responsis constat, adhuc adduci potuit, ut monetam cudere desineret, queruntur sibi lucrum praeripi, magno cum incommodo suo Do: Ducis commoda augeri, ac omnino se ad suum institutum redituros ostendunt, nisi ipse quoque Do: Dux

cudere cessit. Mandatis S. M.tis Regiae non omnibus paretur. Religionis fieri quaedam dicitur novatio, in qua quoties motus aliqui fiunt, Regnorum et Rerumpub.carum mutatio subsequi consuevit. Qua de re admoniti per Sacram M. Regiam Gedanenses, paternum quidem Sacrae M.tis Regiae affectum commendaverunt, quo non corporum modo, verum etiam animorum eorum saluti prospectum cuperet caeterum perplexo se esse animo responderunt, id ne potius quod Sacra M.tas Regia, diceret, an quod eorum dictaret conscientia facerent, quod vererentur, ne dum offendere S. M.tem Regiam metuerent, in horrendum indignantis Dei laqueum incurrerent. quibus quid rescripserit M. R. ex litterarum illius exemplo Do. vestris planum fiet.

Quae quemadmodum rebus in huiusmodi geri se debeat S. M.tas Regia consilium suum impartire dignabuntur ac rationem diligenter investigabunt qua effici possit ut Ill.mus Do. Dux Prussiae monetam cudere desinat. atque appellationum una causam agnoscent, quas a se ad S. M. Regiam fieri Do: Dux non permittit, ut ex illius ad Consiliariorum suis litterarum exemplo D. vestrae cognoscent. Qua de re quae sit sententia Consiliariorum terrarum Prussiae, ex hoc scripto Do. vestrae intelligent.

Petiit praeterea Ill.mus Do. Dux testamentum quoddam a se nondum scriptum a Sacra M.te Regiae confirmari quemadmodum ex legatione illius Do: vestrae cognoscent. Quae res cum nova esset visa et insolita S. M.ti Regiae reiecit deliberationem de illa in Comitia proxime futura, sicut ex responso Do. vestris liquebit. Quae sententia sua ea de re perscribent.

Laboratum est etiam a Sacra M.te Regia, ut quoties necessitas postularet, et ex Regno ad magnum Ducatum Lithuaniae et ex magno Ducatu in Regnum praesidia mitterentur,

quo coniunctis omnium terrarum S. M. viribus, expedita magis foret hostium potentiæ resistendi ratio. Sed quoniam pauci nunc sunt in eo Ducatu Consiliarii, in aliud tempus reiecta est ea de re consultatio. Sed periculum esse videtur ne quorum copiis dubiis in rebus adiuuari velimus cum iis ipsis inimicitiæ nobis existant eiusmodi, quæ nisi tempori sit prouisum, suo etiam, et sanguine, restringui postea non possint.

Nam ab iis, qui sunt in finibus Regni, et Magni Ducatus Lithuaniæ, multæ sæpe et graues querimoniæ ad S. M.tem R. perferuntur: dum vtrinque hostilem in modum prædas agi, magnas fieri iniurias, neque pecora modo abigi, sed homines etiam cædi, atque adeo occidi queruntur. Verendum est, ne si neglecta sit scintilla hæc magnum aliquando pariat incendium.

Consultabunt itaque Do: vestræ quemadmodum ignes isti sopiri possint. quod non alia ratione fieri posse commodius putat S. M. Regia, quam si designentur aliqui, et ad fines regundos et ad iniurias disceptandas. Quicquid autem a Do. vestris hic fuerit ea de re constitutum, dabit operam Sacra M. R. vt in magno Ducatu Lithuaniæ ad eundem modum constituatur, quo clamorum istorum, et vociferationum, finis tandem aliquando esse queat.

MEminit etiam S. M. Regia in his Comitiis, quæ sunt ante biennium habita se promisisse, quod operam suam esset interpositura, vt Osswiancimum, et Zatboricum Ducatus Regno vnirentur, et eadem cum Regnicolis onera ferrent. Quoniam vero statim vt absoluta sunt Comitia e Regno discessit, absente se rem tantam confici non posse intelligebat: ac satius duxit in id tempus, quo Deo bene iuuante incolumis in Regnum reuerteretur negotium differre.

IN Wschouiensi Conuentu quæ acta sint, ex iis qui

33

inibi adfuerunt, quorum hic nonnulli presentes sunt Do:
vestræ uberius cognoscent, tum etiam ex libello quem mittit
Do. vestris Sacra M.tas Regia, in quo quæ gesta ibi fuere
sunt descripta. Conuenit ad extremum quonia in nouatis
prope rebus discessum fuit, ut alius Conuentus ediceretur
quo tempore quoue loco visum esset, et Sacræ M.ti Rom:
et Ser.mo D. nostro: in quo ea quæ cepta fuerunt, tandem
aliquando terminarentur. Ea de re non unis litteris admo:
nuit S. Do. Romanorum Regem Sacra M.tas Regia,
sed is grauiore cura impeditus, sententia ea de re suam
nondum perscripsit. Quid porro faciendum sit ignorat
S. M. Regia. Nam quod interdixit subditis suis, ne mer:
cium gracia in Silesiam proficisci auderent: ea ex re ad
suos detrimenti plurimum, ad alienos multum audit emolu:
menti peruenire. Cum presertim interdicto hoc se teneri
aliæ Ciuitates non putent, preter eas quæ propriæ sunt
S. M.tis Regiæ. Interea Iudæi, et qui alii ex oppidis
sunt, libere cum mercibus proficisci dicuntur, et victum iis
præripere, quæ propriæ sunt S. M.tis Regiæ. Neque alii
plus ex hoc interdicto commodi suscipiunt, quam Slesitæ,
ita ut mirandum non sit, si de iniuriis sarciendis non co:
gitent, neque laborent, ut denuo Commissarii conueniant.
Hæc vult a Do. vestris Sacra M.tas Regia diligenter ex:
pendi, ac salubre sibi dari consilium, quemadmodum salua
dignitate sua, suorum commodis prospicere queat, ut ne illa
ab alienis interuertantur.

DEinde vero cum ita per nonnullos edicta Sacræ M.tis
Regiæ contemni videant Do. vestræ, passimque omnes
in Silesiam proficisci, iis quos ne id fieret cauere opor
tuit, ut certo de nonnullis ad M.tem Regiam perfertur
conniuentibus atque etiam permittentibus, faciant S.
M.tem Regiam certiorem Do. vestræ, quid ei sit de-

eiusmodi statuendum. Mittit etiam Do. vestris Sacra M.tas Regia litteras a Ducibus et Statibus Silesiae ad se scriptas quibus contra Turcas petunt subsidia, mittit una et responsum suum. ex quo reiectam esse deliberationem intelligent ad Comitia. Quare et hac de re consilia inter se communicabunt et quid faciendum censeant, reddent Ser.mam M.tem Regiam certiorem: ut quid ea respondeat ordinibus Silesiae scire queat.

Neq. vero domesticarum rerum cura posthabenda est. personant aures S. M.tis Regiae eorum vocibus quottidie qui propinquos et amicos suos crudeliter interfectos queruntur. neq. severe satis in hoc genus audaces, et facinorosos homines animadverti vociferantur. quibus cum remissius agitur nihil aliud quam fenestra quaedam ad patrandas caedes aperitur. propinqui enim sui necem ulcisci quivis armis mavult, quam legum auxilium implorare. quas parum esse in talibus flagitiis vindicandis severas vulgo iam perspectum habent. Sacra M.tas Regia facile perspicit, efferata hac quorundam rabie. qui isto etiam exercitu nonnunq. confligunt. cumulari Dei gravem indignationem. et ad suum officium pertinere intelligit. ut debitas poenas de his persequatur. qui perinde in Regno agunt. ac si neq. lex. neq. Rex. neq. ullus esset magistratus. aut ullum Juris presidium Do. vestras diligenter hortatur. ut rationem investigent qua comprimi tanta possit audacia: et in eos qui data presertim opera. fraterno sanguine manus suas contaminaverunt. documentum statuatur eiusmodi. quo a simili facinore caeteri deterreri queant.

SED, ea quoq. de re magnae sunt hominum querimoniae. quod Iurisiurandi non ea est religio. quam esse oporteret In testibus conquirendis nullum est negotium ad quos quoties ventum est. vicit iam absq. dubio is cui iusiurandum decretum est. Iurant enim quidvis. qui testes fuerint producti

etiam si neq viderint, neq audiverint, neq comperti
quicqua habuerint, atq ita a veris non nunqua dominis ad
alienas haereditates perveniunt. Cum itaq non solu Re-
gna et Dominia, sed prope omnia humana negotia non alia
re quam fide magis consistant, qua sublata nihil erit firmu
nihil stabile in rebus hominu, hortatur Do. vestras Sacra
M.tas Regia, vt de eo quoq consultationem habeant,
quemadmodu praestari possit, vt ne ad reliqua scelera
nostra, quibus Deu graviter offendimus, hoc quoq periurii
scelus ingens accedat, sed in dando iureiurando maior
deinceps adhibeatur religio. Quod si vel duabus saltem
his rebus aliquod inventu erit remediu, vt ne tot caedes
patrentur, tot periuria designentur, placatior Deus redditus
suam nobis misericordia citius impartiet, ac facta nostra
et cogitata omnia procul dubio fortunabit

¶ Tenet etiam memoria S. M.tas R. proximis superioribus
Comitiis non omnes iuxta Decretu M.tis eius privilegia
sua protulisse, ratione quoru certa quaedam exigunt ve-
ctigalia, factamq tum fuisse mentionem vt qui nondu
protulissent, iis tempus longius ad ea edenda conce-
deretur. Quonia vero nullu ei rei tempus certu est
assignatu, quid videat Do. vestris de reliquis Privi-
legiis edendis, faciant Sacra M.tem Regia certiorem.

Sigismundus primus Rex Polonie
Archiepiscopo Gnesnensi

est supra
in inicio

Quae scripsit ad nos P.tas vestra de prorogandis in vernum tempus Regni Comitiis, ea nobis probabantur atque ita omnino facere statueramus. Ecce autem venit interea Nunctius a Caesare Tartarorum, ex eo intelleximus, quae nobis cum Tartaris pacta intercedunt, his eos minime stare velle, nisi duplicata demus ea omnia, quae proxime superiore anno illis dederamus. Quod cum indignum plane nobis videatur, omnia facere prius deliberatum habemus, quam ut has tam iniquas conditiones accipiamus. Videmus autem ita Regni rationes postulare nulla ut habendis Comitiis mora interponatur. Quae si longius in tempus extracta sint, periculum est, ne nos imparatos hostes opprimant. Prope iam adest vernum tempus, quo nobis incursiones Tartarorum sunt metuendae. Quare tempori rationem invenire satius est, qua si quis fuerit hostium impetus propulsari, et Regnum nostrum defendi possit. Manemus itaque in sententia, ut ad Dominicam Reminiscere Piotrcoviae Comitia haberi volumus. Cum presertim nihil esse iam a contagione pestis periculi acceperimus, tuto ut omnibus eo convenire liceat. Haec ergo Comitia ut habeat obeat P. vestra hortamur, ac pro fide atque officio suo, etiam atque etiam diligenter una cum aliis consultet,

quemadmodum iis quae impendent Regno periculis occurri atque id salvum conservari queat. Nobis quoque de muniendis arcibus finitimis curae futurum est. Ac quod censet D. vestra dubiis temporibus his non dandam fuisse potestatem Mag.co Castellano Cracovien. e Regno discedendi id nobis quoque ita visum erat, sed cum saluti suae aliter prospici non posse scripsisset, habendam eius rationem duximus. De moneta in Comitiis D. v. quid statuendum sit deliberabit. Quod visum ibi fuerit, id nos ratum haberi, si probabitur decernemus. Datum Vilnae XX Mensis Januarii M.° D.° XLII.°

Legatio ad Albertum de Brandeburg Ducem Prussiae data Andreae de Gorca Castellano Posnaniensi et Capitaneo Maioris Poloniae Vilnae 28 Iannarii 1542

Principio Orator noster Ill.rem Principem nostro nomine salutabit, ac graciam illi nostram et benevolentiam Regiam nunciabit tanquam Nepoti nostro char.mo. Deinde ad ea quae per litteras nobiscum egit Ill.tas eius in hunc modum respondebit. Esse nobis foedus cum Caesare Turcorum, qui etsi hostis est Christiani nominis, fidem tamen etiam hosti servare oportere, cum eos Deus castigare consueverit, qui fidem alicui datam fefellerunt. Nos cum alia ratione non posse videamur commissum nobis a Christo gregem tueri, hanc amplexi sumus, quae tutior est visa, nunquam provocandum armis duximus, cui nos pares non esse intelligimus, et rationem invenimus qua salva dignitate nostra, Regnum nostrum quo ad eius fieri posset, incolume conservare possemus, neque periculosis his temporibus, ansam violandi foederis Turcorum Caesari

dare vellemus, cum praesertim inter ipsos Principes Christianos non opinionum modo dissensionem, verum et armorum ingens dissidium videamus, ventis interea obsecundandum ducimus, dum turbas istas Christus aliquando sopiat, ac tranquillissimis rebus charitatem Christianis mutuam inspiret, quo consentientibus animis, in tuenda potius Respub: Christiana, quam in aliis quibuscunque rebus curas et cogitationes suas consumant. Id si factum erit aliquando, sub Induciarum finem dabitur opera a nobis, ut ne et ipsi Christiani Principis officio defuisse videamur. Nunc etiam atque etiam Ill.tas eius, quid agat et deliberet, ne non se modo, verum et nos, et Regnum nostrum, apertum in discrimen adducat. Quod si prorsus illi decretum est auxilia mittere, hoc saltem provideat pro sua prudentia, ut occulte rem gerat, ne ex facto Ill.tis eius, si quid id forte emanarit, nos aliquam in fraudem incidamus. Quod ita demum fieri posse putamus, si pecuniarum potius miserit illi subsidium, quam ut ipsa delectum militum faciat, quos in suffectas his, a quibus petitur promittat.

Sigismundus primus Rex Poloniae, Petro Gamrato Archiepo Gnesnen

Rme. Quae graviter et prudenter scribit ad nos P. vra de gravibus, quae nunc Regno nostro impendant periculis, ea legimus diligenter. facit pro boni Senatoris officio P. vra, quod nos tanto studio ut vicinorum exemplo Regni nostri rationibus mature prospiciamus. Nos vero nostro officio defuturi non sumus, et facimus omnia sedulo, ut omnes intelligant, nihil esse a nobis, quod muneris

nostri sit praetermissum. ad Comitia venire ipsi non possum9 quibus rebus impediti, iam antea cognouit P. vra, sed quae tamen ibi erunt ex vsu Reip.cae constituta ea libenter sumus rata habituri, vestra P. quae Principem inter Senatores locum obtinet, pro eo vt debet consulat vna cum aliis diligenter praesenti Regni necessitati. multum in consilio illius et authoritate positum erit, omnes ingenii sui neruos contendat, vt salubris aliqua rerum quae impendent periculorum propulsandorum ratio inueniri queat, quam nos non approbabimus, modo sententia nostra, verumetiam vt debite mandetur executioni curabimus. ac si qua id Regni nostri necessitas postulabit, nullum ~~pii~~ discrimen diffugiemus planumque omnibus faciemus, nihil esse nobis in terris Regni nostri salute et incolumitate prius et antiquius. hoc et ipsa de nobis P. vra firmiter persuadeat et aliis tuto polliceatur licebit. Neque enim verbis a nobis dici tantum potest, quantum re praestare sumus parati, vt saluum Regnum nostrum, a quorumuis hostium impetu conseruare queamus.

DE Oratore ad Turcarum Caesarem mittendo, nondum nobis oportunum videtur. Nam et Nuncius quem ad Ser.ma filiam nostram misimus expectandus nobis est, vt ex illo de statu M.tis eius certiores fieri queamus, et cognoscendum vna quid sit constitutum Ser.mo Domino Rom: Regi de nuptiarum tempore. quae si ad praefinitum tempus erunt facienda, necesse fuerit per eum ipsum Legatum quem missuri sumus ad eas nuptias Caesarem Turcarum inuitare. Quandoquidem id vt faceremus, ipse a nobis misso ad nos nuncio suo postulauit, et nos ita facturos esse recepimus.

QVod ad Principes quoque Germaniae mittendum esse Legatum censet, id tuto a nobis fieri posse non putamus

Nam ita occulte res agi non possit, quin aliqua ad Turcas permanaret. Neque enim clam est D. vestrae, quam diligenter celari sint soliti quae statuuntur, quae ve geruntur in Germania prius etiam quam fieri aliquid incipiant, sparguntur in vulgus omnia. Quod si perventurum esset ad aures Turcarum Caesaris, fuisse Legatum nostrum apud Germaniae Principes, etiam si is rationem gessisset omnia, summoque ingenio usus esset, nihilominus occasionem ille sibi rumpendi foederis datam esse putaret, atque ita praeter omnem necessitatem ingens in discrimen Regnum nostrum essemus adducturi. Datum Vilnae 4 Febr: M.° D.° XLII

Sigismundus primus Rex Poloniae
Consiliariis in Conventu Piotrconiae
consultantibus

Rmi. Rdi. et Mag.ci Sincere nobis dilecti. Rediens Nunctius noster, quem ad Ser.ma filia nostra miseramus, Generosus Petrus Lubomirski Aulicus noster cum alia multa nobis narravit, quae scire nostra interat, tum hoc potissimum, quod Ser.ma filia nostra quoniam inter quos homines versatur, eis nihil tuto credi posse videt: mirum in modum cupit, ex eorum potestate eripi, et ope atque opera nostra in libertatem asseri. Adeo enim pertaesum est illam levitatis eorum hominum et inconstantiae, ut duram alibi vitam agere satius duxerit, quam apud tam duros homines diutius commorari, usque eo etiam, ut in Monasterio etiam se concludi passura sit libentius, quam ut diutius inter efferos homines vitam degeat. Supplex itaque a nobis contendit, ut si qua mica est in nobis paternae Charitatis, in hac tanta necessitate succursum ei velimus atque rationem aliquam ineamus, qua ex his locis ubi nunc

eripi, et in Regnum nostrum traduci possit. et a suis et ab aduersariae factionis hominibus esse sibi periculum Tamque pecunia conductos esse aliquos, qui filio illius Nepoti nostro char.mo insidias facerent, atque eum qua possent ratione vita priuarent. Cuius sceleris qui fuit Architectus, de eo iustum Deus sumpsit supplicium, priorque mortem ipse oppetiit, quam eam innocenti puerulo consciscerent.

Hoc addit preterea Ser.ma filia nostra, si diutius a nobis cunctatum sit, neque sibi periclitanti mature subuentum ita ut prior Turcarum in Hungaria exercitus perueniat, quam sit illa per nos ab his in quibus est angustiis liberata extremum se iam nobis valedicere. Illud enim se certum habere et exploratum: quod in perpetuam seruitutem Constantinopolim sit abducenda. Facile possunt conijcere S.tes vestrae qui sit animus in his rebus noster. Nam et Ser.ma filia nostra omnibus viribus nostris conseruandam incolumem cupimus, et metuimus interea, ne quid patriae Regnoque nostro periculi accersamus. huius sexus honestati, quae caro est ex carne nostra, vitae etiam nostrae periculo prospectum cuperemus Regni tamen interim rationes in tuto esse vellemus. Nulla unquam aeque nobis anceps incidit cogitatio, quid enim patri filia charius esse potest? preter unam patriae salutem, quae una omnes omnium charitates in se complectitur? Quoniam vero preterquam quod animo sumus hac filiae nostrae sollicitudine vehementer confecto, etiam corporis consueto morbo grauiter laboramus S.tes vestras hortamur, ut ipsae diligenter secum expendant omnia et lectis quae mittimus tam his quae inter eos qui sunt Ser.mi Do. Ro. Regis et Ser.mae filiae nostrae factionis pacta et transacta: quam his, quae inter Ser.mam filiam nostram et Thesaurarium de migratione Buda tractata sunt, sed nondum confecta, fidele nobis et prudens consilium suum impertiant: possitne citra Regni nostri periculum, traduci in Regnum nostrum Ser.ma filia nostra necne.

Si possit qua ratione nos eam rem aggredi oporteat, uberius autem S. tis vestrae cognoscent singillatim omnia partim ex R. mo Do. Archiepiscopo, partim ex Mag. co Palatino Cracouien quam eadem ista ex Nuncio nostro ex Hungaria reuerso cognouerunt. Fecerint pro fide atque officio suo si super his rebus matura consultatione habita salubre nobis aliquod consilium ostenderint. Datum Vilnae XI Marcii M° D XL II°.

Sigismundo primo Regi Poloniae Consiliarii regni in Conuentu Piotr: coniensi congregatis

Accepimus litteras M. tis vrae R. quibus nos cohortari digna: ta est, ut iis de rebus quas Petrus Lubomirski ex Hungaria attulit in medium consuleremus, salutisque et fortunarum Ser. mae Reginae Hungariae, totiusque Regni illius status explicandi ra: tiones inveniremus, per magnum ex eo animis dolorem hausimus quod in tam angustum res Ser. mae Reginae, meliore fortuna dignae reciderunt, quodque non modo Hungaria periclitatur sed et nos affines admodum sumus periculo, eoque grata quidem sed quo tardior eo difficilior haec nobis accidit consultatio, videmus enim eo redacta fuisse, ut Ser. ma Re: gina filia M. tis v. R. cum filio suo infantulo et vniuersa Hungaria, si vnquam alias nunc certe in extremo et ca: pitali versentur discrimine ac ne nos quidem a malo prorsus immunes sumus, cui depellendi atque euitandi rationem inuenire in procliui non est, idque M. tis v. R. quod pace

illius dictum sit lentitudine, et intempestiua cunctatione
accidit, quae si salutaria non postremorum quorundam Con:
siliariorum suorum consilia complexa, et secuta fuisset mi:
nus nunc Hungaria laboraret, minusque in dubio Ser.ma
Reginae filiae eius res essent, nos quoque de nobis ipsis se:
curiores fuissemus. Audiuimus enim id consilii datum
M.ti vestrae R. statim cum de morte Ser.mi Domini Regis
Joannis auditum esset, ut mitteret M.tas vestra Regia ad
Ser.mum Regem Rom: quam celerrime rogando et sua:
dendo, ne ipsius M.tas, nimiopere Regnum Hungariae ap:
peteret, neue exercitum illuc inducere festinaret, cede:
ret tempori, patereturque nomine Nepotis M. v. R. regnum
illud a Christianis retineri ad tempus, donec ipse vires
quae aduersus Turcas satis esse possent cum fratre colligeret
et alienos procerum animos sibi conciliaret, potius id
quam pariter, et se suaque perditum iret, acquiesceret M. v.
Regia cum nepote suo in iis pactis conuentis, quae inter
ipsum et Joannem Regem intercessissent non cuperet ut suus
regnaret apud eam gentem, quae neque fidem, neque con:
stantiam, neque officium ullum erga Regem suum nosset, quaeque
non a puero, neque a foemina, ac ne ab ipso quidem Rege
Rom: recte regi, et in officio contineri posset, sed hoc
spectare tantum M.tem v. ne Turcarum Imperator irri:
tatus, et ab Hungaris extrema necessitate adactis,
in auxilium inuocatus, Regnum illud et propugnaculum
Christiani orbis in potestatem suam prorsus redigeret
propterea quod magnam, et quasi certam haberet M.tas
vestra fiduciam, non aditurum esse Turcam armis Hunga:
riam, si Rex Rom: domi se contineret. Consulebatur
etiam, ut ad Imperatorem Turcarum prudentem quem:
piam, et solertem legatum M.tas v. mitteret, cum
antea commendando ipsi filiam, et nepotem suum, tum

vero post victoriam illam Budensem gratias agendo, quod eandem filiam et Nepotem liberos et incolumes e potestate sua dimiserit ac Transiluaniae et omnis vltra Tibiscum orae donatione honorarit, potuisset sagax et sapiens Legatus capto ex tempore et e re nato consilio Bassisque primoribus largitione occupatis multum commodare Ser.mae filiae et Nepoti M.tis vestrae, et quod Buda ipsis relicta esset perficere, promissique et constituti sui prioris de Regno Imperatorem caute et callide admonere faciendo spem quietum esse Regem Ferdinandum Si Nepoti M.tis vestrae Regnum concedatur. visum etiam fuit et nostratibus nonnullis et Hungaris operaepretium vt M.tas vestra R.a mox post cladem illam Germanicam apud Budam, et post aduersam Caesaris in Africa fortunam, adhuc ad Ser.mum Regem Rom: aliquem Legatum mitteret, qui ipsi persuaderet omni ratione in aduersa belli fortuna rursus tentaret, neue onus hoc susciperet quod ferre non potest, quodque ruinam ipsi ac ditionibus eius esset allaturum. habere M. vestram certam et pene exploratam spem redditurum esse Imperatorem Turcarum Buda, et Regni Hung: occupatione manus abstenturum, Si intelligeret Regem Ferdinandum quietum esse foreque. Ita enim pollicebantur proceres Hungarici, cum ex aliis coniecturis, tum ex pollicitationibus Regis Gallorum per Statilium. Recte etiam consulebatur ad Regem Gallorum vt mitteret M. V. R. Legatum primo quoque tempore, qui hoc ageret et perficeret vt eius opera atque interpellatione Buda filiae et Nepoti M.tis vestrae ab Imperatore Turcarum redderetur et spei factae Hungaris ab eodem Rege per Statilium satisfieret.

NEC illud alienum ab re fuerat vt initio statim horum motuum M. V. R. insignem aliquem et industrium Oratorem

~~ut initio statim horum motuum M.tas v. R. insignem aliquem~~
~~et industrium Oratorem~~ in Hungaria mitteret, cuius autho:
ritate res Ser.mae Reginae bene stabilitae fuissent sopi:
tis procerum inter ipsos dissidiis mutantiumque voluntatibus
confirmatis, et in partes Reginae exquisita cura et in:
genio allectis et inclinatis. hoc tum cum res fuit inte:
grior facta oportuit, erant enim salutaria consilia, quibus
si obsecundatum esset, non eo res quo nunc rediit rediisset,
neque nobis ipsi periculum asciuissemus, et ex remoto pro:
pinquum, ex alieno nostrum fecissemus, et paratius stabiliusque
Regnum M. v. Regia Ser.mo filio suo reliquisset, cuius
non postrema, atque adeo prima et antiquissima cura
haberi debet. Est enim magni et sapientis viri, non ma:
gis suis quam posteritatis commodis consulere. Sempiternumque
tempus in rebus agendis et consiliis spectare. Non fuit
parcendum M. v. R. sumptibus ob salutem filiae, et Nepotis
et ut Vngaria utrumque retineretur, et impendentia
inde nobis, atque huic Regno pericula depellerentur. Nunc
et impeditiora sunt omnia, et nihil attinet consilium dare
quod etiam si rectissime, et optima fide datum sit reiiciatur
negligaturve, tamen si quid non frustra in rebus tam
perturbatis et propemodum deploratis consilii dandi sit
censeremus mittendum adhuc esse M.ti v. R. quam primum
ad Imperatorem Tur: ita ut supra commemoravimus ali:
quem ingenio et rerum usu praestantem Legatum, et quidem
cum muneribus, tam Bassis primoribus, quam ipsimet Imp.ri
quae tam cupide poscunt, quaeque placant hominesque Deosque
ut Poeta quidam ait. Is autem Legatus hoc etiam in:
ter caetera contendat, ab Imp.re ut mandet Consili:
ariis Ser.mae Reginae, ut eam benignius, et pro digni:
tate ipsius habeant tractentque.

AD Ferdinandum Regem etiam non intempestivum esse videtur quempiam qui apud ipsum gratiosus sit allegare, qui eius nomine M.tis Regiae expostulet, quod eius M.tas prioribus pactis et transactionibus de Regno Hung: cum Rege Joanne factis praetermissis nova nuper cum Consiliariis Ser.mae Reginae ipsa inscia et invita in: stituerit infirma, et incerta, per quae nepos M.tis v. R. Regno pariter et patrimonio, et bonis omnibus prorsus exueretur. Tametsi eam habeat M. vra R. de ipso velut affine consanguineo, et necessario conceptam fiduciam, ut existimet ipso nesciente a Seberedi Gasparo illa tractata esse, quod alieno commodo gratiam apud M.tem eius inire, et commoda sua augere vellet. Non dubitare tamen M. V. R: quod Regia ipsius M.tas prioribus pactis iureiurando suo, et Caesareae M. firmatis statura sit pro multa benevolentia et necessitudine quae inter M.tes vestras liberosque earum intercedit, et pro studio Ser.mae Reginae erga ipsius M.tem quae adducta in tantas anxietates difficultatesque se coniecerit. Neque vero exigere nunc iam M.tem vram ab ipsius M.te ut ea prae: staret nepoti M.tis vestrae secundum pacta conventa, quae in potestate sua non haberet. Sed si non satis esse vi: rium, neque fortunam arridere sibi sentiret, exquirat prius modos, et vires, quibus Regnum Hung. vindicare ac bene defendere et pactis satisfacere posset. Interim autem pateretur M.tas sua, Budam sub praetextu Regni nepotis sui ab Imperatore Turcarum recuperare. Quod si satis se instructum ad resistendum Turcis, Budam et recipiendam, et Hung. retinendam tutandamque esse animadverteret, M.tem vram non obstare quominus eius M. Regnum Hung. in potestatem suam redigat ac deducere etiam Ser.ma filiam suam cum infante inde

inde velle, ne impedimento sit, modo ut M.tas eius pri:
mis pactis satisfaciat. Haec ut Legatus Regi Rom:
sedulo ac diligenter aliquid etiam e re nata consilii capi:
ens, suadeat et persuadeat. Itemque ad Regem Galliarum
ut quispiam mittatur. Porro quod in ea re precipuum est
et maxime necessarium, si M.tas V. R.a filiam et nepotem sal:
vos esse vult et incolumes. In Hungariam quoque cito
celeriterque insignem Oratorem aliquem, mittendum esse
censemus, cum honesto, et luculento comitatu equitum
peditumque, qui comitatus iustum quidem exercitum non facit,
sed tamen tutum iter per inquieta, et infida loca gen:
temque intestinis discordiis tumultuantem proficiscenti
praestet. Ad eam rem, nemo magis aptus et idoneus
esse videtur, quam Ill.mus et Mag.cus Dominus Pala:
tinus Cracoviensis, quippe qui et amicitiis graciaque pluri:
mum valet, apud illam gentem, et a Proceribus illius Re:
gni Ser.mae Reginae Consiliariis primoribus ad con:
spectum et congressum mutuum expetitur. quamvis autem
id recuset, excusans magnitudinem sumptuum, peri:
cula presentia, damnaque prius accepta. Non solet ta:
men pro observantia sua erga M. v. Regia mandata
eiusdem M. vestrae detrectare, eique postulanti negare
quicque, etiam quod cum periculo suo coniunctum sit. sed
operepretium est, ut si M. V. R. tum de libero tutoque
transitu Ser.mi Regis Rom: litteris quas non negabit
fortasse si cognoverit eum in hoc mitti, ut Ser.ma Re:
ginam deducat, caveri curet: Itemque Imperatoris Tur:
carum: tum viatici quod satis sit tanto Senatori cum tanto
Comitatu proficiscenti administrari iubeat. Nec sane
recusandus est M. V. R. quamvis magnus sumptus ob
salutem et incolumitatem Filiae, Nepotisque sui et
Regni finitimi, quod hactenus pro muro nobis fuit.
Si

Si parui lucri causa prudentes homines magnos saepe
sumptus faciunt, multo minus refugiendus est is sumptus
qui ad depellendum de capite char.morum quorumcunque peri-
culum confertur. Nam ibi aliqua inest commoditas, hic
necessitas et pietas sumptum iure optimo exiget. Ibi nihil
peccatur si sumptus declinetur, hic ab officio disceditur.
Aget autem is cum Monacho, et aliis Ser.mae Reginae Con-
siliariis, ut eius M.tas ipsis volentibus Cassoviam deducatur,
eamque in urbem in potestate sua habeat, traditis Monacho
si necesse erit omnibus aliis Arcibus, et ut liberaliter
ac pro dignitate ipsius, omnia ipsi ibi suppeditentur, vel alio
quocunque tutiori commodiori opportuniori et M.tis V. vici-
niori loco ut esset, si quis huiusmodi reperiretur. ubi enim
est nunc ipsius M.tas in summo eam esse vitae discrimine
pariter cum filio, cum ab hostibus quorum densae phalanges
iam iam ibi aderunt ex Turcia simul et e Germania, tum
ab insidiis, quibus ab improbis et sceleratis hominibus
appetuntur. Esse autem ex re ipsorum Procerum Regnique
illius, ut Nepos M. V. R. salvus sit, et ne in potestatem
Turcarum perveniat. Nam si quid ei durius quod absit contin-
geret, iam Imperator Turcarum Regnum quod ipsius prae-
textu defendendi adhuc quasi negligit, et remissius affli-
git, aperte invaderet, et sibi subiugaret. Quod si forte
nollet Monachus, et qui cum eo sentiunt, in hoc consilio
et postulatione M. V. R. acquiescere, ut vi Orator ille
Ser.mam Reginam cum filio e manibus eorum eriperet, et huc
in Poloniam deduceret, communicato cum Petro Petrowic, et
cum Rascianis qui fidem atque studia sua per Lubomirski
M.ti vestrae Regiae et Ser.mae Reginae detulerunt consilio.
Minime enim expedire et ipsis et toti Regno ~~et ipsis~~, ut ibi ubi
nunc est M.tas eius adventum Turcorum et Germanicorum
exercituum expectet. Quod si eo iam res pervenerit ubi

iam Ser.ma Regina in procinctu erit, tum demum mittat M.tas eius Oratorem, qui ad Imperatorem Turcarum se foeminam teneram atque viduam formidine atque multis incommoditatibus, in obsidione Budensi debilitatam, diuturnoque morbo afflictam, et curis exhaustam in Poloniam ad parentes ipsorum voluntate parumper secedere, ut aliquantulum ex his malis et incommodis recreetur, et exercitum advenientium conspectum, et insidias quorundam hominum declinet. Non habere Vngariam derelictam, reversuram ubi paulum respirarit, et motus hi armorum interquieverint, orare ut id bona gratia ipsius Imp. fiat. Caput autem est, in quo omnes insunt opportunitates, ut M. V. R. quamprimum huc adveniat, multa enim praebebit consilia ipsa loci vicinitas, ut pro re nata cuncta a M.te vestra de consilio primorum Senatorum instituantur, et instituta confestim peragantur.

Nunc cum permultae occasiones rerum bene gerendarum, et explicandae salutis Ser.mae Reginae Hungariaeque conservandae spatio temporis elabuntur, ac dum eae occasiones renunciantur M. V. R. dum ea consilium a nobis Consiliariis suis per nuncios exquirit, dum quae agenda sunt expedit, dum denique invenit per quos ea quae consulta sunt exequatur, aliquid interea novi intervenit, quod vel mutationem consilii vel difficultatem aliquam vel impedimentum afferat. Et profecto ipsa etiam Regni huius pericula aliquanto maiora, et propinquiora quam Lithuaniae, celerem reditum R. M. V. requirunt.

Haec habuimus in praesens, quae in commune consulta et omnium nostrum calculis approbata M. V. R. ad mandata ipsius responderemus. Quam rogamus etiam atque etiam, ut fidelia, et ut arbitramur, salutaria consilia addictissimorum Consiliariorum suorum respuat

nem incuria sua et quasi veterno quodam atque torpore in deterius etiam prolabi res suas suorumque patiatur ne eam sero facti peniteat, ita ut iam penitere magna ex parte debet, et credibile est. Meminerit M. V. R. serum esse solere in deploratis rebus a quibus non longe iam absumus consilium. Misereatur M. V. R. filiae suae viduae, nepotibusque parvuli et pupilli, quorum hostis ipse misertus est. Misereatur Ser.mi filii sui, cui his rebus et eventis certa propemodum ad fortunatum vel infortunatum imperium via sternitur. Misereatur denique nostri omnium, quorum salutem et incolumitatem R. M. V. non in presens modo sed in sempiternum tempus quantum in ipsa est summa cura, vigilantia, fideque prestare debet. Quod reliquum est Deum precamur, ut M. V. R. diutiss.me sanam salvam et incolumem servet. Piotrkoviae Die XXVII.a Marcii M.o D.o XLII.o

Credentia a Senatu ex Conventu Piotrcoviensi ad regem in Lithuaniam.

Mittimus ad M.tem V. R. Mag.cum et Generosos Dominos, Petrum Gorinski Palatinum Masoviae, Joannem Gamrat Prefectum Ravensem et Olzensem, Stephanum Grudzinski vexilliferum Calissiensem, et Nicolaum Rey qui eidem M. V. nostra et Nunciorum postulata referant: Quidque in his Comitiis constitutum sit accurate exponant. Dignetur itaque M.tas V. ipsis fidem habere, et ad nostra omnium aequissima et honestiss.ma postulata volun.tem suam adiungere. Quod promereri de ipsa omni obsequio et subiectione semper studebimus. Quam ut Deus opt. Max. diutiss.me sospitem servet et incolumem assidue precam.r Piotrcoviae XXII Marcii M. D.o XLII.o

Legatio à Senatu regni Poloniae ex Conuentu Piotrconiensi ad dominicam Reminiscere 1542, acto ad Regem Sigismundum primum Vilna missa

PRimum omnium deferant domini Legati Regiae M.ti addictissima et perpetua seruitutem Dominorum Consiliariorum, et nunciorum in Comitijs hisce congregatorum nomine. Deinde reliquam Legationem in hanc sententiam prosequantur.

MAndata M.tis vestrae Regiae, quae Mag.cus Bernardus Maciejowski Castellanus Lublinen. et R.dus Do. Andreas Czarnkowski Custos Cracouien. Dominis Consiliarijs Regni, et Nunctijs districtuum in hijs Comitijs generalibus congregatis exposuerunt, cupide et reuerenter acceperunt, immortalesque gratias agunt et habent omnes eidem M.ti v. Regiae, quod grauissimis istius magni Ducatus sui negotijs occupata atque distenta, aetateque etiam et morbis affecta, et afflicta, huius tamen Regni sui, omniumque nostrum curam non in postremis habere: quaeque ad salutem, et incolumitatem vniuersae reip.cae, et singulorum pertinere sapientiss.me iudicat, clementer ipsos admonere dignatur, vt de hijs in medium pro officio quisque suo consulerent. Quare maiorem in modum, nos omnes liberos fratres, et Necessarios nostros fidelissimos, et addictiss.mos sub:

ditos suos M.tas v. Regia sibi devinxit, usque adeo, ut ni:
hil tam charum habeamus, quod non libentissimis ac de:
votissimis animis M.tis v. Regiae, totiusque domus ipsius
Regiae causa vile ducturi simus. Animadvertunt omnes
nemine prorsus excepto, tam Consiliarii, quam Nuncii terra:
rum, eam esse temporum rerumque praesentium pariter et im:
pendentium conditionem, ut omnia quae in mandatis erant
M.tis v. Regiae, recta et salutaria, nihil supervacaneum,
nihil a republica alienum esse ducant. Etsi autem ma:
gno desiderio requirebant atque adeo res ipsa, et prae:
sens Regni huius status, futurorumque metus requirebat et
efflagitabat praesentiam M.tis v. Regiae, aequissimis ta:
men animis omnes acceperunt excusationes eius iustas
et prope modum necessarias. Neque enim ignorant, quam oppor:
tuna sit huic Regno M.tis v. R. Lithuania, quantumque
nostra omnium interest, eam pacatam, et omni ratione et
consilio provisam et bene constitutam esse. Ea sunt etiam
M.tis v. Regiae erga nos omnes, Regnumque hoc suum me:
rita, ut etiam si aliae causae desint, multum ipsi aetati
et valetudini M.tis v. R. indulgeamus. Illud modo ob:
nixe, summoque studio orant et obsecrant omnes M.tem
v. R. ne diutius ipsos ope et praesidio, augustaque et
iucunda praesentia sua destitutos esse patiatur, sed primo
quoque tempore constitutis et compositis istic rebus om:
nibus ad Regnum hoc suum, non satis recte ferens absentiam
Regis, immo vero patris sui, reverti feliciter; aliisque
Comitiis quibus constituatur de exquisitiore, et firmiore
atque etiam iustiore defensione, quae omnes ordines atque
homines ex aequo pro rata portione attingat, tempestivum
diem praestituere dignetur. Providerunt Domini Con:
siliarii et Nuncii accurate et libenter, ut quale:
cunque praesidium in hanc aestatem Regno huic compara:
retur

adversus repentinas duntaxat predas agentium et quasi latrocinantium hostium incursiones. Quod si qua maior vis ingruat, que sane metuenda est, adversus eam nihil opis nihil virium, nihil consilii in promptu est. Neque enim recte constitui aliquid eiusmodi absente Regia M.te vra publice ab ipsis potuit. Constitui autem quamprimum oportere vicina et prope modum domestica iam pericula nos admonent. Recte enim parum credendum esse communi Christiani nominis hosti, nihil fidendum federibus, vestra Regia M.tas arbitratur. Sunt et domestica mala non pauca que celerem M.tis vestre manum, opemque presentem admodum efflagitant. Crevit in immensum, impunitate plurimorum ~~[illegible]~~ licentia et audatia; Jus pene omne in armis esse cepit, leges et constitutiones publice contemnuntur et conculcantur; tenuiores a potentioribus magnis et intollerabilibus iniuriis afficiuntur et opprimuntur, et nemine vindicante ad scelus scelere vindicandum impelluntur inde pugne, cedes, parricidia, bonorum direptiones, incendia, edium privatarum sacrarumque etiam violationes, et expugnationes, et atroces iustis propemodum exercitibus conflictus inter propinquos etiam vehementer prob dolor increbuerunt. quibus rebus nisi mature M.tis V. R. que legum quasi anima, vel certe manus est, reditu occurratur, timendum est, ne in maius aliquod, et pub.cum malum hec erumpant, neue offense tot tantisque malis Deo, qui propter iniustitiam Regna gentesque transfert, in direptionem quod omen Deus avertat dimmux gentibus que in circuitu nostro sunt.

Valde etiam exacerbantur animi multorum, quod negent executionem ullam fieri a M.te V. Regia eorum que publice in Comitiis constituuntur. De quibus rebus, quod M.tas V. R.

ad haec Comitia denuo referri voluit. et Nuncii et ipsi Domini Consiliarii mirantur. Executa haec iam non quasi in dubium revocata esse oportuit. Atque ita loquuntur Nuncii. et a nobis, ut M.ti vestrae renunchiaremus contenderunt. nullos deinceps nunctios ad Comitia Regni electos et missos iri a Nobilitate, nisi in particularibus Conventibus proxime futuris certa documenta appareant omnia reipsa executam esse M.tem v. Regiam quae vel aliis superioribus, vel his Comitiis consensu publico statuta sunt.

Sed iam articulatim, immo omnium ore M.ti v. R. ad mandata ipsius respondebimus. quaeque praeterea communiter nobis visa sunt adijciemus quam brevissime. Quae ut benigne accipiat M. v. rogamus.

PRimum via in Slesiam. et in Hungariam, ut omnino arctius etiam quam hactenus clausa prohibitaque maneat, vehementer oramus. Id ea ratione fiet, si M.tas v. Regia mandet severe Praefectis suis Capitaneis omnibus finitimis, ne quem penitus, neque mercatorem neque nobilem neque quenquam alium cuiuscunque status et dignitatis, ac ne vectorem quidem aliquem e ditionibus M.tis v. Regni Slesiam, et Vngariam proficisci cum mercibus, et quibuslibet rebus venalibus, aut res quascunque advehere inde patiantur, sub poena amissionis omnium mercium et rerum illarum, quarum dimidia pars M. v. Regiae, altera vero dimidia ipsi Praefecto cedat. Videant etiam Praefecti et prohibeant novas et insolitas vias, atque transitus in Slesiam, et Vngariam. Quod si quis forte clam et furtim aliquid mercium et rerum venalium evexerit, vel advexerit, vocetur nobilis omnino etiam postea in Ius a Praefecto suo, et legittime condemnatus, Nobilis quidem centum marcis, Mercator vero, vel vector furca puniatur.

Vocati autem in Ius purgent se Iuramento, cum duobus testibus sui ordinis, probentque se ibi non fuisse. Quod si probare et purgare se non poterint, tanque convicti puniantur.

In Praefectos vero conniventes, et negligentes, ut Regia M.tas vestra privatione offitiorum et Magistratuum, et aliis poenis, secundum statuta animadvertat ~~M.tas etiam~~.

M.tas etiam vestra Regia, ne quas cuique det litteras, contra hoc Statutum. Quod si quae forte datae fuerint, mandet iam semel Praefectis, ne ullam earum litterarum rationem ducant, ita ut Statuto praescribitur, Neque ex litteris patrocinentur cuique quo minus puniatur. Huiusmodi enim clausio, ut nunc est, non modo non commodat aliquid, sed multum etiam incommodat reip.cae, eluditurque et irridetur passim etiam ab ipsis Slesitis.

De Moneta, nisi mox Illustris Dux Prussiae et Civitates officinas suas clauserint, edicat iam tandem omnino M.tas V. Regia, ita ut iam prius statutum est, ne in Regno accipiatur. Inveniet autem M.tas vestra Regia facile rationes excludendi eam e Regno suo sine detrimento subditorum suorum, cudendo aliam monetam argenteam sed quae pluris aestimetur quam valeat, ne rursus pereat. Valde enim damnosa est ista moneta Reip.cae, ita ut si hostes Regnum populabundi transeant, non possint id maiore incommodo afficere. Quod si Dux et Civitates praetendunt Ius sibi esse cudere monetam quando et quamdiu velint, cudant veteri grano, formaque, Nobis et universo Regno ne incommodent.

Ducis etiam Legnicensium moneta, nova ad imaginem Prussicae expressa, sine omni dilatione tanque falsa edicto M.tis V. R. excludatur. Valde enim iam increbuscit.

De unione Lituaniae, Prussiae, et Slesiae Ducatuum, roga-
mus M.tem vestram Regiam quam enixissime, ut iam tandem
eam peragat. Nulla unquam maior fuit eius rei perficiendae
occasio quam nunc est. Perierunt in Lithuania qui ei rei
adversabantur. Habet M.tas vestra Regia eam totam in
potestate sua. Requirunt unionem ista tempora et pericula
quae non magis nobis, quam ipsis Lithuanis imminent.
Coniuncti autem et uniti facilius omnem vim hostium utrinque
propulsare poterimus. Mandet M.tas vestra Regia ut hac
aestate ad minimum quinque millia equitum, vel mercenariorum
vel ex nobilitate parata in praesidiis habeant, et ut Con-
siliarii Lithuaniae itemque Nuncii terrarum more nostro
ad futura regni Comitia, cum Privilegiis suis publicis Con-
tractuum quos nobiscum habent, plane veniant. Iampridem
enim ita inter nostros ipsorumque maiores convenit, ita
ut non nova haec constituatur unio, sed intermissa repetatur.
Habent etiam quidam domini Consiliarii Regni, monumen-
ta unionis, et Contractuum eorundem, quae ut comportent
ad futura Comitia admoneat eos M.tas v. Regia.

De Prussiis etiam M.tis vestrae Regiae subditis idem
fiat ac de Slesitis Osswiecimen et Zatoricen, veniant
omnino domini et Nuncii ad futura Comitia cum plena
potestate, et Privilegiis suis publicis Mandato M. v. Re-
giae, et onera publica nobiscum ex aequo pariter ferant.
Indignum est enim nos pro ipsis bella gerere, ipsos vero pro
nobis ac pro seipsis non gerere, sed ociosos et nullo pu-
blico emolumento defensionem nostram expectare. Non
dubitamus M.tem v. Regiam pro singulari sua in hoc Re-
gnum charitate, iam tandem haec confecturam esse,
quae tamdiu et tantopere ab omnibus flagitantur.

Censemus neque appellationes quae signum sunt supremi

Dominatus Illustri Duci Prussiae remittendas. neque testamentum admittendum et confirmandum esse. ne quid eo quod Regni proprium sit alienetur. Sed tamen ad futura Comitia id in suspenso teneatur.

Externa militia censemus interdicendum esse omnibus subditis M.tis V. Regiae. Non ut sempiternam lex haec libertati adversa obtineat. sed usque ad proxima Comitia Regni intuitu periculorum quae emergere possent inde hoc tempore. Sed rogamus, ut stipendium militantibus apud nos augeatur et ut in Palatinatibus stipendium pronuncietur numereturque ne soli Russi militent communi stipendio. atque ut hii qui longius absunt a Russia et Podolia. duas septimanas ad minus habeant ad revertendum quando dimittuntur ex campo. Quae si fiant facile remittetur damnorum reparationem.

Tartaris stipendium suum donativum ne augeatur omnino. ne in immensum deinceps augeri id sibi velint. Non erit ut arbitramur nobis valde metuendum ab eis hoc anno. neque Lithuaniae etiam. si utrobique praesidia ita ut volumus in confiniis constituta erunt. In posterum vero alia defensionis ratio ineunda nobis erit

De Theloneorum quorumcunque et vectigalium immunitatumque Privilegiis ut cognoscatur omnino futuris Comiciis.
Mandet autem adhuc M.tas vestra Praefectis omnibus ut denunciari pub.ce in Civitatibus et oppidis iubeat. Quicunque Thelonea, et immunitates aliquas habent ut earum munimenta si nondum ostenderunt. futuris Comitiis ostendant. Qui non ostenderunt ut ab his Theloneis et immunitatibus. et Privilegiis in posterum cadant.

De homicidiis et periuriis negant Nuncii factum sibi esse potestatem aliquid novi constituendi nunc absente R. M.te V.

Haec etiam adiicere Nunciis terrarum placuit, quae nobis quoque non intempestiva, neque iniqua esse visa sunt, ut a M.te vestra postulemus

Primum ut honores et magistratus omnes in Regno hoc vacantes primo quoque tempore ante Comitia M.tas vestra Regia distribuat. Quod factum iri hisce praesentibus Comitiis speravimus, ut et iudicia exerceantur, et pax pub.ca manuteneatur, et si qua vis ingruat habeat res pub.ca quorum consiliis nitatur, quibusque ductoribus utatur. Rogamus autem omnes pariter, ut idoneis hominibus et secundum statuta distributio fiat.

Sunt in Regno multae villae et oppida quae ab exactionibus publicis immunitatem sibi arrogant inique. Ea ut ad communia onera communiter ferenda a Praefectis locorum M.tis vestrae Regiae mandato cogantur oramus. Atque ita inter nos convenit ut superiorum quoque duorum annorum exactiones ab eis omnino exigantur.

De Curtizanis fremit valde nobilitas, post factum aliquoties de his statutum, nondum eos revocatos esse edicto M.tis V. Regiae. Vehementer enim hoc genus hominum rapax exagitat. Itaque rogamus ut iam omnino omnes revocentur. Contemnentes secundum statutum puniantur.

De Civibus etiam et Plebeis, ni villas et quaevis bona terrestria obtinerant, quod ante quatuor annos statutum erat, ut M.tas vestra Regia iam exequatur omnino oramus.

Molesti etiam fert Nobilitas Nobiles a Civibus in carce-
ribus detineri, neque tradi Praefectis ut constitutiones
praescribunt, itemque eorum occasione non puniri. Nuper Cra- non:
coviae, cum quidam Nobiles in carcerem coniecti essent
ac dominus Palatinus Cracoviensis ad Consules in pretorium
descendisset, noluerunt eos tradere ipsi postulanti.

Rogamus etiam ne M.tas vestra Regia causas subditorum
suorum Nobilium Regni contra Statutum extra Regnum iudi-
cet: aut iudicari bonisque suis excludi eos patiatur ad
simplex mandatum.

Ne item Abbates plebei fiant aut exteri.

Rogant etiam seculares Consiliarii et Nuncii omnes
reclamantibus et protestantibus Ecclesiasticis, ut
M.tas vestra regia annatas Romae e ditionibus suis ex-
portari et solvi non patiatur. Nam in defensionem Chri-
stiani nominis non in aliquos alios usus decreta sunt.
Magis autem nos defensione indigemus quam Itali, quippe
qui et hostibus Christiani nominis undique cincti sumus
et divitiis non abundamus. Tentet autem M.tas vestra
Regia an impetrare possit a Pontifice ut remittantur
et reipub.cae nostrae donentur. Quod si impetrare non
poterit, interdicat Episcopis et Ecclesiasticis om-
nibus, ne quisquam annatam ullam deinceps Romam mittat.

Appellationes item in causis Ecclesiasticis atque a foro
Ecclesiastico ne ullae omnino fiant extra Regnum. Qui
volet provocare, ad Archiepiscopum Primatem provo-
cet. In cuius sententia si nondum acquiescet, habeat
extremam provocationem ad Sinodum, aut ad consessum
Iudicum, qui ex tribus ordinibus constituantur electi

ut ab

vt ab omnibus foris et iudiciis ad eos sine vlteriori pro:
uocatione prouocetur. In hoc quoqz Praelati Eccle:
siastici non consenserunt.

Item vt M.tas vestra Regia commonefaciat Archiepos
et Episcopos, vt sinodum prouincialem ante Comitia Re:
gni futura cogant, ibiqz cum vniuersis Ecclesiasticis nuncios
ad Comitia designari curent, cum libera et plena facul:te
de perpetua defensione, quae ipsos etiam pro rata portio:
ne attingat, cum reliquis ordinibus Regni constituendi, aut
ipsi eiusmodi facultatem ab vniuersa sinodo accipiant.

Rogant etiam omnes pariter de correctione legum et Sta:
tutorum, vt agatur sequentibus Comitiis, atqz vt M.tas
vestra mandet reuisoribus, vt ea quae recognouerunt
et reuiderunt, ad eadem Comitia comportent.

Praeterea ne debitoribus contra Creditores litteras quas:
cunqz Statutis aduersantes M.tas v. Regia cuicunqz
omnino concedat.

DE limitibus in limitibus inter Polonia et Lithuania
ne diutius differat M.tas vestra Regia. Sunt iampri:
dem designati vtrobiqz Cognitores et Commissarii modo
M.tas vestra Regia in loca defunctorum Consiliariorum
alios sufficiat, maxime vero in Lithuania vbi vix
vnus de Senatu superstes est. Tamen et in Regno val:
de necessarium est, vt sine longiori mora honores va:
cantes conferantur. Interim autem efficiat M.tas v.
Regia authoritate sua, vt pacata sint omnino illa
confinia, suspensis ad tempus controuersiis.

Masouia quoqz et a Lithuania et a Prussia ad extre:
mum primo quoqz tempore determinetur.

Multi exactores multa in Thesaurum pub.cum e superiorum aliquot annorum exactionibus inferre cessant. Eos itaque omnes M.tas v. Regia ad futura Regni Comitia evocari tempori iubeat. Et nisi adamussim quidquid debent solverint, severe puniat, veluti defraudatores reipu.

Quoniam perspecta est fides, cura, et diligentia Mag.ci domini Thesaurarii in exigenda et administranda pecunia pub.ca decrevimus ei omnes et Nuncii et Consiliarii mille flor. de exactionibus pub.cis. quam donationem nostram, ut M.tas vestra Regia habeat ratam postulamus.

Commendamus etiam M.ti v. Regiae Mag.cum Do. Castellanum Belsen Campestrem Ductorem summo studio, rogamusque ut M.tas v. Regia, eius labores, vigilantia et industria, quibus rebus is magno suo incommodo et sumptu, plurimum M.ti v. R. et reip.cae commodat, dignis tum honoribus, tum subsidiis remuneretur, et tam ipsum quam alios multos eius exemplo ad serviendum sibi, et reip.cae praesertim bellicis illis plenis periculorum studiis, quae valde languescunt in hominibus reddat alacriores.

De Domino Martino Sborowski etiam omnes concordes oramus M.tem v. Regiam, ut ipsi vinculum fidei, quo obstrictus est, remittere iam dignetur. Quando quidem facilem se iis et obsequentem ad omnia exhibet et ultro ipse intermissurus non est, quin in reditu M.tis vestrae Regiae, etiam cessantibus adversariis crimen sibi obiectum purget, famamque tueatur suam.

Sunt complures privatorum hominum querelae et supplicationes quas referemus, si prius id quod reliquum est de repub.ca explicaverimus

Cum bene perpendissent domini Consiliarii cum Nunciis, quantis periculis obiectum sit Regnum hoc, praesertim absente Regia M.te vestra, sine qua de exquisitiori defensione constitui nunc nihil potuit. Consenserunt omnes pariter et constituerunt in hunc annum exactionem duodecim grossorum, de quolibet laneo, secundum antiquas quittantias ad duas ratas per grossos sex, ad Penthecosten et ad festum s. Bartholomei. Itemque Schossi et Czopowe more solito, in eum finem, ut quoniam satis grandem pecuniam de exactionibus praeteritorum duorum atque etiam superiorum annorum in Thesauro, et in debitis adhuc superesse cognitum est. Nunc iam statim ad inopinatas Tartarorum incursiones arcendas mille equites conscribantur. Deinde post dimidium quartale exactum quinque millia rursus ad duo quartalia integra conscribantur, ita ut per aestatem sex millia sint in confiniis hostium. Sed ne in Castella et oppida dividantur, sed in stationibus opportunis maneant. Non dubitamus autem M.tem v. Regiam curaturam esse, ut etiam istinc e Lithuania quinque ad minimum millia ita ut prius etiam oravimus expediantur. Quando quidem non minus ac magis etiam fortassis Lithuaniae qua Poloniae imminent communes hostes Tartari

Rogamus etiam diligenter M.tem v. Regiam, ne quid ex pecunia pub.ca et exactionibus aliorsum quam in defensionem Regni convertatur. Mandet autem M.tas vra Regia domino Thesaurario, ne plus in rationes pub.cas

referat eius donatiui nomine quod Tartaris datur quantum expensum est, et quanti pannus emitur pro rata portione Regni. Itemque si quid alios in usus quam pub.ca defensionis praeteritis his duobus annis ab eius Mag.tia conuersum est, ut reip.ca restituatur. Praeterea mandet M.tas v. Regia ut dominus Thesaurarius futuris Comitiis in medio Consilii et Nunciorum cum M.te vestra Regia congregatorum, exactam omnium perceptorum et expensorum istorum triumannorum rationem reddat.

In summa, ut omnes Comitiorum Constitutiones M.tas vestra Regia exequi tandem reipsa sine diuturniori procrastinatione dignetur, etiam atque etiam rogamus ne maiores motus exeo deinde in hoc Regno oriantur. Negant enim Nuncii ad futura Comitia ullos nobilitatis Nuncios venturos, aut de rebus ullis in commune consultaturos esse, nisi omnium statutorum executio facta sit ante proxime futura Comitia.

Cum Comitia haec terminaremus, retulit nobis dominus Castellanus Posnanien. premi grauibus iniuriis subditos M.tis v. Regiae, et a Regno non parum adimi et alienari per illustres dominos Joannem Marchionem Brandeburgensem, et Duces Pomeraniae, cauendumque esse ne longius progrediantur. Rogamus itaque M. v. Regiam, dignetur diligenter prouidere, ne quid Regnum suum detrimenti capiat, perficiatque ut quemadmodum per Do. Nicolaum Nipsicz, anno superiori defunctum, qui legationem M.tis v. nomine ea de re obiuit constitutum erat, primo quoque tempore ad exitum perducatur, et Commissarii constituto loco et tempore utrinque conuenientes de toto negotio cognoscant.

Quod si non processerit, provideat tamen M.tas V. Regia omni cura et ratione, ita ut Jusiurandum M.tis V. postulat, ne quid Regno adimatur.

Cum hac Legatione venerant Vilna, ad Regem Petrus Gorinski, Palatinus Masoviae, Joannes Gamrat Capitaneus Ravensis.

Reij — nobilis
Grodzienske

Responsum ad precedentem Legationem a rege datum Legatis Polonicis Vilne Xa Maii 1542 per do. Samuelem Maczieiowski Epm Plocen Vicecancellariu

Quod studium nostrum in constituendis et tuendis pro virili nostra Regni nostri rationibus, cunctis illius ordinibus tam gratum acciderit, gratissimo id animo accepimus, nos officio nostro fungimur. Quo quidem fungemur deinceps alacrius, quum opera nostra apud gratos homines nos ponere intelligimus.

Verum et illud libenter audivimus, boni eos consuluisse, quod partim morbo, partim magni Ducatus huius arduis negotiis prepediti Comitiis ipsi interesse non potuimus. Porro quod admonent nos ne diutius hic commoremur, sed primo quoque tempore in Regnum nostrum redeamus et ne quid dubiis his et periculosis temporibus detrimenti capiat providemus: id nos lubenti atque alacri animo facturi sumus, iamque itineri nos hinc accingimus, quod faustum nobis Deus, felix, fortunatumque esse velit, omnes enim commorationis hic nostre diuturnioris cause prorsus iam sublate sunt rebus Dei beneficio satis ex sententia confectis, ita ut modo servet nos Deus incolumes, nihil sit amplius, quod reditum in Regnum nostrum retardare queat.

Quod vero exacerbati esse dicunt animi nonnullorum quod, que publice sunt in comitiis constituta, eorum executionem ullam fieri negent, satis mirari non possumus, cum in nos culpa conferri, a qua lon:

gissime absumus, neque enim decerni quidquam in comi:
ciis meminimus quod ~~fitura~~ non sit executioni per nos
mandatum. utinam illi ipsi qui mirantur iisdem de re:
bus nos ad Comitia iterum retulisse, impedimento saepe
non essent quominus Comitiorum constitutiones, debitae
executioni mandentur.

Nos certe quae officii nostri sunt, ea facere non inter:
mittimus, ut primum constitutio aliqua facta est per
aedicta nostra pub.ca satis ei fieri mandamus.
Contra quam fecisse aliquem si ad nos non defertur
nos de rebus incognitis iudicare atque executioni
eas mandare non possumus. Cum itaque
nemo nos merito non executarum Regni constitutionum
insimulare queat. Non potuimus non acerbe ferre, mi:
nas etiam esse additas, nullos deinceps Nuncios
ad Comitia Regni maiora, ab equestri ordine electos
et missos iri, nisi in minoribus suis particularibus
Comitiis certa extiterint documenta, esse nos omnia
in maioribus constituta re ipsa executos. quasi vero
ii simus nos, qui minis potius terreri, quam iustis ra:
tionibus flecti debeamus. Nos vero ita ut semper fa:
cimus, deinceps etiam facturi simus, ut Comitiorum
constitutiones, quantum in nobis fuerit debitae executi:
oni mandari curemus. Sed ipsi tamen nisi delatum
ad nos sit contra constitutiones fecisse aliquem scire
non possumus, neque ea quae nescimus exequi. de fide
erga nos et observantia totius equestris ordinis, ita
nobis persuademus, nunquam eum commissurum, ut cum
fuerint edicta per nos Comitia, nuncios ad ea suos
non ~~mittat~~ missurum, minasque suas quibus nos terreri non
oportebat ad rem conferat. quae nunc sint tempora
quam periculosa, quis est qui non videat? sed si

qui sunt equestris ordinis ii quod absit officii sui oblivisci
vellent, nobis vicio verti non possent, si nos nostrae
dignitatis esse memores atque eam tueri vellemus
neque ea Comitia ediceremus, ad quae Nuncios ab eque-
stri ordini missos non iri persensissemus.

Ut vero ad singulos articulos et ipsi respondeamus
Principio quod edictum per nos fieri postulant severius
ut ne mercator quispiam sive nobilis sive plebeius
atque adeo ne vector quidem e ditionibus nostris cum mer-
cibus, et cuiuscunque generis rebus venalibus in Silesiam
et Hungariam proficisci, aut inde mercium aliquid in
ditiones nostras adducere audeat, id quemadmodum
antea ita nunc quoque serio prohibebimus. Ita tamen
ut ex salinis, sive suppis nostris vehere liberum sit.
Neque delatum est adhuc nomen cuiuscunque ad nos qui
contra edictum hoc nostrum fecerit, ita ut queri nemo
possit nos constitutionem hanc executos non esse.
Unius tantum nomen ad nos delatum fuit, Notarii Bole-
slavium, quod is conniventer et secus quam oporteret
se gesserit, neque in transgressores edicti nostri ani-
madverterit. Quare eum simul ut admoniti sumus
et si quo modo se res habeat, nondum satis exploratum
habemus, vinculo tamen fidei eum obstringi, certumque
diem quo se coram nobis in Regno nostro sisteret, et
ei praefiniri iussimus. Scribi iussimus mandata ad
Capitaneos nostros, ut deinceps in transgressores dili-
gentius animadvertant, mulctae partem tertiam sibi
habeant, quibus etiam sui officiorum privationem
si se remissius et negligentius gesserint.
Litteras vero contra Statutum hoc neque dedimus unquam
neque daturi sumus, neque est qui eas a nobis datas
proferre possit.

DE Moneta scripsimus iam ad Dominum Ducem Prussiae vsu illius nostris hominibus interdicturos nos esse cominati sumus, nisi voluntati huic nostrae atque omnium Regni nostri ordinum cesserit. neque vero semel hac de re ad eum mandata dedimus, etiam per legatos quos ex magno hoc [Ducatu] nostro miseramus serio ab eo vt tandem aliquando a cudendis nummis desisteret postulauimus. quid nobis responderit ex his quae descripta mitti ad Comitia iussimus intelligi potuit. nos quidem ea comminatione in litteris ad eum nostris vsi fuimus, quod moneta eius vsu hominibus nostris essemus interdicturi, sed quemadmodum id facere possimus priusque ipsi monetam cudere coeperimus prorsus non videmus. quae vt cuderetur decretum quidem est in Comitiis, sed quis in eam rem sumptus suppeditet quod imprimis scire oportebat, de eo verbum nullum.

Nobis quidem deliberatum nondum est, hanc vt ipsi prouinciam suscipiamus. Ita ita est periculum ne comminationes nostrae ludibrio sint potius quam terrori, si forte eum ipse in sententia permanserit nos minas nostras ad rem conferre non possimus.

Cum prius nobis monetam Ducis exterminare e Regno non liceat, quam aliam ipsi cudere coeperimus. Alioqui ingens ea ex re detrimentum Regnum nostrum esset accepturum, si et hac, quae non sola prope iactatur, in Regno moneta carendum foret, et nulla in locum eius alia succederet.

Quod Ciuitates nostras attinet, hae iam pridem cudere desierunt, sed se tamen ad intermissum opus redituras esse denunciant, nisi D. Dux quoque Prussiae desierit.

Quod Ducis Legnicen moneta attinet, edicto nostro cavebimus ne quis ea uti audeat, et eam tanquam falsam prorsus ex Regno nostro exterminandam curabimus.

De coniungendo ~~etiam~~ cum Regno magno Ducatu hoc nostro nobis ipsis agere licitum non videbatur. Sed habuerunt ea de re mandata Consiliarii Regni nostri qui presentes hic nobiscum adsunt ea paulo post adventum huc nostrum exposuerunt, propter Consiliariorum Ducatus huius defectum, responsum adhuc nullum acceperunt: Sed curae nobis futurum est, ut in demortuorum locum alios brevi sufficiamus, qui cum suam sententiam dixerint in his Comitiis, quae proxime in Regno habebuntur, per Consiliarios nostros qui nobiscum hic sunt, quicquid responsum eis fuerit renunciabitur. Quem sint militum numerum Lithuani confecturi nihil habemus quod certo polliceri queamus, sed cum ii semper sint in officio potestateque nostra, et ad nutum se nostrum convertere consueverunt, ita ut presto adsint simul ut ediximus efficere nos posse speramus, ut si quando necessitas postulaverit cum Regni se copiis coniungant. Sed hac de re quid deliberatum illis fuerit, ex eorum responso cognosci poterit, quod sunt iis, qui presentes hic nobiscum adsunt Regni nostri Consiliariis datum.

De uniendis cum Regno Prussiae terris multum nos laborasse ex legationibus, quas ad Comitia descriptas misimus colligere licet, summus ea in re conatus noster non defuit, sed hii quoque suis gaudent iuribus et Privilegiis. Quodque antea nunquam fecerunt, missis ad nos ex Comitiis gravibus Legatis supplicarique nobis fecerunt ne deinceps idem ab illis postularemus, sed sua illis

iura et Privilegia sarta, tecta conseruare velimus
Iniuriis ordinis Theutonici, se ad actos ab eo desci:
uisse, et ad fidem nostram confugisse, rogare itaqz
vt se defensos vellemus, si quae Regni nostri ordines
iniuria sibi adferre aut si quam in re Iura et Privi:
legia terrarum Prussiae infringere conarentur quae verba
quid in se ponderis habeant, facile quiuis prudens per:
spicit, nos nihilominus et ad haec Comitia quae nunc
habentur in terris nostris Prussiae pro festo Diui Stani:
slai non alia de re Legatum nostrum misimus, quam
vt quo summo posset studio contenderet, quo in his
tempestatibus et procellis quae propter vicinorum recen:
tem cladem Regno quoqz nostro ingens impendere
videtur, si qua necessitas postularet suas vires,
cum Regni viribus coniungerent, et commune incendium
communi auxilio restinguere conarentur, quid responsi
allaturus sit Legatus noster postea videbimus. Porro
si forte recusauerint vis illis quemadmodum adhiberi
possit non videmus.

De Oszwiecimiensi et Zatoriensi Ducatu propter ab:
sentiam a Regno nostro statui nihil potuit, qui tamen
et ipsi iura sua et Privilegia volunt conseruari,
cum Christo bene iuuante incolumes in Regnum redi:
erimus, quoad fieri eius poterit, vt ordinum Regni
nostri voluntati satisfiat.

Ne quis extra Regnum in militiam proficiscatur
ediximus toties, et noua nunc etiam edicta scribi
mandauimus, ex quibus praeter indignitatem, fumum nil
lucrifacimus, cum ea passim contemni ab omnibus vi:
demus. Atqz haud aliter, quibus animus est eos

extra Regnum stipendia facere, ac si nullum ea de re in: terdictum nostrum intercessisset, cum nulla sit in Comitiis contra eos, qui edicto non paruerint poena sancita, ut impune omnibus contra edictum nostrum facere li: ceat. Non sine magno dedecore et ignominia nostra, nulla nobis in transgressores animaduertendi potes: tate concessa.

De stipendio militibus augendo, non est nobis visum a veteri maiorum nostrorum instituto discedere. Caetera tamen non inuite concedemus, illud in primis prouidebimus, ne solis illis qui ex Russiae sunt et Po: doliae terris stipendium numeretur.

De Tartaris datum nobis consilium amplectemur, neque ultra consuetum donatiuum quidquam dari eis iubebimus.

De Theloneorum vectigalium et immunitatum quarumcumque Priuilegiis edicta scribi, et ea promulgari iussimus, ut in his quae proxime habebuntur in Regno Comitiis sua omnes exhibeant, qui non exhibuerit ut eis usum eius amittat.

Honores et Magistratus, quae vacant in Regno viris idoneis mandabimus atque cum Regnum Deo bene iuuante redierimus, quod ex usu Regni fuerit de illis statuemus.

Quae sint villae et oppida, quae ab exactionibus publicis inique sibi immunitatem arrogant, nominatim no: bis perscriptum fuisse mallemus, facilius huic incom: modo prospicere liceret. Dabimus tamen mandata ad exactores, ut nullius immunitatis ratione habita, quae omnes ex aequo attingunt, ea onera

ferre

ferre omnes ex aequo cogant aequaliter ab omnibus contributionem exigant, retentae etiam repetendae.

De Cortisanis nihil est quod fremat equestris ordo non eos esse revocatos. Nemo coram nobis aut Judicio ali:quo nostro Cortisanus esse convictus est praeter unum Doctorem Michaelem, quem tamen Mandato nostro ex urbe revocandum curavimus. Idem facturi de om:nibus aliis qui Cortisani esse convicti fuerint.

Nullius civium et plebeiorum qui bona terrestria possiderent nomen ad nos delatum est, sed de his curae nobis futurum est cum in Regnum redierimus.

Sidem etiam de Nobili in carcerem conjecto de quo sua ad nos purgationem Consules Cracovien miserunt Cum presentes aderimus Cracoviae rem cognoscemus.

Non modo Nobilium sed ne Civium quidem Regni nostri causas extra Regnum iudicabimus neque iudicaturi sumus.

Abbates quoque plebeios aut exteros non presentabimus unus erat Vangrovicen. qui cum plurium maioris Polo. Consiliariorum litteris commendatus ad nos cum ve:nisset sine presentatione tamen nostra voti sui ne:quaquam compos factus discessit. postea tamen rogantibus ~~herent~~ nonnullis maioris Poloniae Consiliariis de:dimus hoc eorum precibus ut putationem ei scribi iuberemus cum nullus esse diceretur nobilis aut indigena qui Abbas esse cuperet, et ad munus id aptus censeretur.

Quod appellationes in urbem quandoquidem hoc in loco reclamarunt Ecclesiastici miramur, quid

in mentem venerit equestri ordini, vt in aliena re:
pub.ca tam esse vellet curiosus, fuit semper acerba
nobis, et est adhuc eius temporis recordatio, quo
sublatis manibus quibus iura et priuilegia sua tene:
bant, accedentes ad genua multi ex equestri ordine
iuris iurandi nostri nos admonuerunt, ac supplices
a nobis contenderunt, vt Iura sua et Priuilegia con:
seruata vellemus, cum vero non vnius equestris ordinis
sed aliorum quoque Iura et Priuilegia aeque nos conser:
uaturos iurauerimus, committere nollemus, vt illi or:
dini vociferandi contra nos occasionem daremus, neque
minus in vno quam in altero iura violari iniquum
putamus. Quare quominus suum Iudicia Ecclesiastica
cursum teneant, nobis impedire non licet, neque pro:
hibere phas est, vt ne ad supremum Iudicem Sanct:mum
Dominum nostrum, cuius nos quoque authoritatem reueren:
ter agnoscimus, appellationes fiant.

Vt ne annatarum nomine aurum ex Regno nostro in
vrbem exportetur, id nobis quoque aequum videtur
Nam cum auri apud nos ingens penuria, in vrbe con:
tra magna sit copia:
cum preterea a Christiani nominis hostibus plura
Regno nostro quam Italiae pericula impendeant
dignum certe foret, vt hoc onere Regnum nostrum
inops leuaretur, et quae annatarum, sacrarum,
palliique nomine, ab eo exiguntur ea necessitatibus
eius potius condonarentur. Itaque non vnum ea de re
Legatum nostrum in vrbem misimus, ac summo studio
a Sanct.mo D. nostro contendimus, vt habita ratione
presentium periculorum, in quibus Regnum nostrum
versari videtur: pecuniam hanc ei remissam et in

defensionem eius conuersa vellet. sed hactenus ob:
tinere a nobis nihil potuit. Porro quod a nobis po:
stulatur. vt edicamus Episcopis. et sacerdotibus
ne quis annatarum nomine in vrbem quidquam mittat:
id quemadmodum apud nos facere conueniat. qui li:
benter vestigiis maiorum nostrorum insistimus. nos quidem
non videmus / si quid honesta ratione effici a nobis
poterit. summum in ea re studium nostrum collocabimus
vim adhibere probas non esse putamus. neque in affe:
cta aetate hac nostra quidquam a perpetua vitae no:
strae ratione alienum facere vellemus.

Vt Sinodum congregandam curent. atque ex ea ad Co:
mitia Legatos mittant Archiepiscopos et Episcopos
Regni nostri libenter commonefaciemus.

De legum quoque et Statutorum correctione cura nobis in
proximis Comitiis futura est. comportarique ea facie:
mus. quae hac de re perscripta habentur. quae si apud
alios non sunt apud nos tamen reperientur. quanquam
ita fuisse multorum animos exagitatos meminimus
propter vnum aut alterum articulum. qui in constituti:
onibus his correctis continebatur. vt mentionem
etiam earum fieri per quenquam prohibuerint

Vtinam tam hoc facile effici posset. vt moratorias
litteras Consiliarii nostri. ne cuiquam a nobis concedi
peterent. quam nos eas omnibus libenter sumus
negaturi.

Consiliarios in magno Ducatu hoc nostro in Demor:
tuorum locum breui alios renunciabimus. id vbi fa:
ctum erit limites Regni et Ducatus inspiciendos
et iniurias curabimus disceptandas.

Ad Thesaurarium Regni nostri mandata dedimus, ut quae sunt ab exactoribus retenta ea numeranda per illos curet. nisi fecerint, eorum ad nos nomina deferat, ut quod iuris est in illos statuamus.

Cui quidem Thesaurario ita ut petitum a nobis est mille floreni de contribuenda pecunia, ut donentur. spectatae fidei et virtutis ergo assentimus.

Castellani Belsensis rationem quoque suo tempore sumus habituri

De Martino Sborowski videbimus in proximis Regni Comitiis.

Contributionem Decretam grato animo accipimus. in aliorsum pecuniae quam in Regni defensionem convertantur promdebimus, modo non illi ipsi qui hoc a nobis petunt. in aliorsum eam conversam vellent. Quinque millibus mercenariorum militum, ut stipendium ex eam numeremus promittere non possumus. Praestare vellemus si esset unde numerari posset. cum autem ex hac non magna Contributione. quanta pecunia confici queat scire non possimus. ad hunc numerum alendum adstringi nolumus. utinam vero etiam pro pluribus quam quinque millibus ex hac Contributione stipendium sufficeret. nos eam non alium in usum. quam in alendum exercitum converterimus.

Thesaurario ut in his Comitiis, quae proxime habebuntur de triumannorum perceptis. rationem reddat mandabimus.

Executio quo minus fiat omnium Regni constitutionum per nos non stabit. sed quae nemo ad nos detulerit de his neque cognoscere. neque executionem facere nobis liceat.

De regundis finibus inter Regnum nostrum et Marchiam agi iam per nos ceptum est, et ut terminetur breui negotium curaturi sumus. Iam enim ea de re ad D. Joannem Marchionem Brandemburgensem dari litteras iussimus.

Ad Capitaneos
eosdem

est supra

Sigismundus Dei gracia

GEnerose fidelis dilecte. Quandoquidem circum Piotrcouiam Ciuitatem nostram et passim etiam alibi, presertim in maiori Polonia grassari pestis dicitur. Nos prouidere volentes, ne plures contagione inficerentur, si ad prefinitum per nos tempus Comitia haberentur, differenda ea duximus, et transferenda ita ut presentibus differimus et transmittimus in Dominicam Reminiscere proximam si forte interea temporis quod a Deo precandum est pestis haec sevitia conquiescat. Quare F.ti tue Mandamus, ut hanc Comitiorum dilationem siue translationem, in omnibus foris Ciuitatum, et Oppidorum nostrorum, et quibuscunque pub.cis in locis promulgari, et proclamari publice per preconem faciat ut scire possint omnes, quod ad Dominicam Reminiscere et non ante, Comitia Piotrkouie habebuntur, neque ignorantiam aliquis pretendere queat. Datum Vilnae Xa Decembris M.o D.o XLj.o

Ad mandatum Sacrae
R. M. proprium

Bone Sphorcie Regine Polonie
Petrus Kmitha de Visnicze Palatinus
Crac. regni Polonie Marshalcus Crac.
Scepusien. Premislien. et Colen. Capita-
neus

SAcra et Ser.ma Reginalis M.tas Domina domina
michi clementiss.ma. Post debitam et diligentem ser-
vitiorum meorum in gracia M.tis V. Reginalis commend.nem
Jam Deo ductore Comitia et cito et placide tran-
segimus. quia vero videbam rationes istius Duca-
tus Lithuanie presentia M.tem V. adhuc isthic fla-
gitare. nichilominus citum reditum huc ad Regnum eas
adornare nobis polliceremur. Statuimus ut mercenario
milite Respub.ca nostra hoc anno defenderetur.
Ad eam rem fertones nomine Contributionum, Ssossi,
et Czopowe decrevimus. Cum tamen cernamus
vehementiorem, quod absit, impetum hostilem, per
mercenarium militem, qui numero parvus erit, ne-
quaquam posse reprimi, iam tandem nos omnes
accingi oportet. ut omne robur Regni M.tu V. in
unum coactum ad defensionem sui paretur. et tanquam
arx omnifariam munita hostem advenientem ex-
pectet. De eo tamen quia absentia M.tis vestrae
nichil inceptare permittebat in id tempus quo
M.tas vestra feliciter utinam citto redibunt

eam consultationem communi sententia reiecimus. Quemadmodum ea de re, simulque aliis Tractatibus Mtis vestrae ab Nunctiis terrarum qui isthuc mittuntur cognoscent. Erant tamen nonnulli qui in ficere negotium eorum Comitiorum, quominus ex sententia procederet, summis nitebantur conatibus Nihilominus Rmi Do. Archiepiscopi et mea authoritate oppressi tempori extinctique sunt. de quo tempore suo Mtas vestra credo erudietur per alios.

De Moneta Ducis Prussiae, egimus hic summo studio in Senatu, ne amplius ea obrueremur. Quid preterea eius Nunciis in negotio limitum, quod ei cum magno Ducatu Lithuaniae in controuersia est, responderimus ex nostris litteris Mtes vestrae cognoscent illa vero hic repetere non est visum. solum est, quod nescio quorsum eius animi euadent. Suspicor tamen, nam dubium non est, quin praeceps persequatur, quod mordicus arripuit. quid tamen ego super vtroque ad eum scripserim, paulo ante priusquam Nuncii eius huc venirent, ex eo rescripto, quod Mti v. mitto animaduertet. Spero quod propemodum attigi Mtis v. sententiam, quamquam eam adhuc non noueram, quantum video, non reticebit ille quin significet, non satis bona in partem se mea scripta accepisse. Ego vero etiam acrius quiddam ad eum scripsissem, si tum antequam scripsi, nouissem Mtis vestrae sniam.

Quod vero tertiis litteris, Mtas vestra me hortatur vt studerem et citae, et vtili transactioni Comitiorum reuera id est, vt hoc etiam secundo repetam, a me efflictim elaboratum promisumque vt ne quisquam suscitaret

aliquid eiusmodi quod rationem instituta a nobis
deffendendae hoc anno Reip.cae turbare posset. vide-
bam enim quantum istius Ducatus Lithuaniae rationes
presentiam M.tem vestram isthic adhuc desiderant.
Considerabam praeterea absentibus M.tibus v. non
posse commode nos ad aliam rationem deffensionis
aspirare posse, quam ad eam quae instituta est. atqui
cum fauente domino Deo proxime huc (quod necessarium
summopere est) M.tes vestrae faeliciter redibunt
iam tum serio firmiora presidia Reip.cae nobis ineunda
statuendaque sunt. si liberi, si denique salui una cum M.tibus
vestris Dominis nostris esse volumus. potentia enim
Thurcae parua haec et minuta presidia neutiquam admittit.
Calliditas autem eius securos esse non patitur. Mul-
titudo praeterea aliorum hostium iam quasi in statione
aciem ex omnibus viribus et ordinibus Regni
paratam esse debere exiget. et ut summatim dicam
noua vis morbi inusitatam medicinam ex omnibus
ordinibus ac statibus Regni coadunatam nemine
prorsus excepto efflagitat. Commendo me tandem
seruitiaque mea in gratiam Ser.mae M.tis vestrae Regina-
lis. Cupioque ex animo, ut Deus omnipotens M.tem
vestram quam diutissime faelicem et incolumem seruare
ac sospitem ~~M.tem vestram~~ ad nos reducere dignetur.
Datum Piotrkouiae XXVI Marcii Anno M.o D.o
XLij.

Petrus Kmita

Mitto etiam M.ti Regiae ~~pr~~ rescriptum litterarum Ducis
Prussiae quibus praecipue duos articulos tractat.
Primum quidem de finibus seu limitibus inter terram
suam feudalem, et inter magnum Ducatum Lith.ae

constitutes. Alterum vero ut ei liberum sit mone-
tam cudere quoad velit. Ad primum ergo ei respondi
Regiam M.tem M.tisque suae Commissarios ea de causa
illuc destinatos non potuisse falli quin id quod
aequissimum utrinque fuit pervestigare, statuereque in
presens potuerint. Ad secundum vero articulum
Scripsi M.tem Regiam multis querimoniis et sum-
mis damnis ac praeiuditio omnium Regni sui or-
dinum admonitam fatigatamque saepe fuisse, ut ei
hanc facultatem adimeret, quod revera monetae illius
copia tanta in Regnum M.tis vestrae ingesta fuerit
ut precia omnium rerum tantum ascenderent quantum
monetae copia vilesceret. quare si eum ista libido
teneret ad exemplum veteris suae monetae, non
Regiae M.tis, illam cuderet, quaeque in terris suis
tantum non in Regno etiam fiat in usu, ut illa antiqua
fuit. Quod si Ser.ma Regina contractus illos obtendit
utrinque factos, at nos conniuere non possumus ad
tam supplices omnium voces et querelas ea de causa
iam dudum suscitatas. Cogitetque omne scriptum neces-
sitate exigente fieri, et suscipi itidemque eadem
necessitate poscente ex aequo et iusto debere
interpretari, et quod publice offendat prohiberi
ac limitari. qua in re M.tem vestram non dubito con-
stanter se se gesturam, et quod coepit M.tas Regia
cudenda ipsa moneta ad extremum prohibeat, aut
si aliter fieri non poterit, ut ipsa eius Moneta pro-
hibeatur gravissimis edictis. Ita ~~adeo~~ audio illum Ducem
ad ducentos et ultra Monetarios fabros undequaque
sibi conduxisse, eum aliunde tum ex his etiam Civitatibus
M.tum vestrarum quibus simile exemplum cudendae
monetae M.tas Regia prohibuit. Alioqui iussi cudi

aut saltim accipi ea ipsa Moneta prohibebitur aperte maximam iacturam M.tis v. dominiis et omnibus subditis idipsum portendit et minatur.

Exemplum litterarum Duci Prussie a domino Palatino Cracoviensi etc

Illustris Princeps domine etc. Litteras vestre Ill. Celsitudinis ad me missas et apud me priuatim et in corona Senatus ad Comitia generalia congregati legi diligenter. Cum vero plures articuli sint qui vestre Ill. D. cum Sacra Regia M.te Domino nostro in controuersia sunt. Duos tantum suis apud me tractat litteris de transigendis vid. et inter Prussiam ditionis vestre Ill. D. limitibus et de moneta cussione libera. Ad primum itaque articulum significandum esse duxi me publice etiam in Senatu Regni sententiam meam aperuisse quantum michi doleat displiceatque isthaec ipsa controuersia, quae vestrae Ill. Do. est cum Ser.ma M.te Regia Domino nro clementissimo. Illud vero est quod michi etiam maiorem ingerat sollicitudinem quoniam utrinque Commissarii illo missi non tantum non transactum reddiderunt verum etiam pluribus quam antea fuit intricatum ut scribit v. Ill. Do. erroribus reliquerunt negotium et equidem iudicaui fines Magni Ducatus ita defendi debere ne quippiam deterreatur isti itidem Ducatui feudali. Nec e regione ita videtur esse partibus vestre Ill. Do. obsequendandum ut quicquam

dematur parti alteri. Secunda est cum vtrobiqz [sequendo] media iustitiæ via, et harmonia vtriusqz tranquilli-tatis æquabiliter iusteqz ac legittime procedat.
Cum tamen postulationi vestræ Ill. D. esse Regiæ M.tis porro consensu e diuersa parte non contraire animaduerti, vt denuo vtriusqz per Commissarios cognoscatur hoc ipsum regundorum limitum negotium.
Spes me tenet facile fore, vt tam per Magni Ducatus Lithuaniæ superintendentes vero Polonos Commissarios, qz per vestræ Ill. mandatarios ex æquo et bono visis vtriusqz litteris super eam statuatur. Ei vero negotio quoniam tempus breui fauente Deo præstituetur. interea admonitam esse vestram Ill. D. volui, vt vestra Ill. D. sua propria non obmittendo, graciam Regiæ M.tis sibi non omnino offendat, neqz ob leuiores res eius M.tem exa-cerbet. quod fiet si vt constituit alii Commissarii vtriusqz deputabuntur, superintendentibus e Regno Poloniæ adiunctis Commissariis. Censerem dandum esse aliquid tempori, concedendum plurimum Regi, præsertim cui et co-gnationem vestra Ill. D. simulqz Dominium ingenue agnoscit. Demiqz si quid peccatum est placide videtur esse corrigendum. Et scio quidem solere iactari vulgo etiam. Inuitare eum iniurias nouas, qui ferat veteres. Nihil tamen iniuriæ admissum esse censeri potest, cum negotium denuo ad limam judicii admittetur. Et si quid non satis pro voluntate v. Ill. D. tentatum est corrigi optatur. illud viri scio esse prudentis, con-silia sua cognitioni prudentum subiicere, et ne quid precipitanter agatur, satis diu meditari.
Contulimus hic præterea publice in Senatu de secundo articulo, quem itidem vestra Ill. D. suis apud me tractat litteris, qz Ser.mus Princeps

noster aegre ferat incudem vestra Ill. D. monetariam
hactenus usque nova superfoetare [fluere] pecunia. propterea
cum ultro citroque partem in utramque congereremus
itidem ea de re consilia, animadversum tandem est
a nobis, communi quodam consensu et sententia.
Ingentem cladem ea tempestate Regnum hoc acce-
pisse propter monetae copiam quae isthinc nobis quoti-
die ingeritur. Itaque cum meditaremur omnium rerum et mer-
cimonium valorem ad auream monetam referri, inveni-
mus nostra memoria fuisse viginti octo grossis. Nunc
vero iam ad quadraginta octo grossorum precium aureos
ascendisse, et nisi cohiberetur ea licentia cudendae
monetae, veremur ne ad sexaginta grossos propediem
etiam ascendant. Consimili quoque ratione precia
omnium generaliter rerum, ne cunctas enumerem, incre-
dibili modo ascenderunt. Unde id fiat, nemo tam
est stolidus, quin copia superflua monetae id fieri
deprehendat, quae nec auri, nec rebus venalibus
ut antiqua respondebat moneta respondet. Nos
nihilominus Census nostrorum nomine ad antiquum
numerum ea moneta accipere oportet quae ita levi
utrobique expendendo habetur. Quare a maioribus
nostris Ill. Princeps legibus cautum est ne etiam
Reges sine Senatus et equestris ordinis consensu et
decreto publico cudendae monetae sumant sibi quam
velint potestatem, si existimavere prudentissimi viri
quod nunc re ipsa usu venit, plus hoste externo
eam ipsam licentiam intestinam Regnum vastare, et eius
omnes ordines demoliri perdere. Quod cum ita sit
rogandam esse vestram Ill. Do. ego quoque pro mea in eam
observantia putavi, desisteret ab cudenda ea mo-
neta cuius usque ad fastidium huc plus satis isthinc
nobis

nobis obtruditur. quod an ita sit, facile deprehenditur.
Nam ubi mille flor. habueris pecuniae. ibi non est
invenire quinquaginta aut sexaginta florenos Po:
lonicae Monetae. Item si quis novem millia floreno:
rum istius Prussicae habet monetae falso se habere
putabit. tot habere millia. Nam reducta moneta
ad verum pondus argenti. octo millia deesset se suo pe:
riculo habere. Succurrit vero hic michi in memoriam
quod v. Ill. D. vigore cuiusdam Privilegii. apud Regiam
Mtem obtendet se se id facere posse. De eo Privilegio
ego interea temere pronunciare, cum illud non videam
nolo. Id tamen ingenue fatebor. si Ser.mus Rex
noster. solus eam sibi ultro Senatus consulto prae:
clusit potestatem. praeiudiciique ante aliquot annos
clementer passus est. Iam in confesso erit. non potuisse
etiam vestrae Ill. Do. tale concessisse Privilegium. quod
in rem vestrae Ill. Do. unius membri: In praeiudicium
vero M.tis Regiae. nostrum porro ingens discrimen futurum
erat. et Regnum plus gladio hostili. cominus devastaret.
praeterea si validum esse deberet. ex aequo tamen et
iusto illud interpretari oportere nemo negaverit.
Iniustum enim est. privato commodo. omnes publice pes:
sundari. Quod si vestrae Ill. Do. haec et alia plura
quae possint ad eam rem adduci. non satisfacerent.
Sed porro superesset. quod iam in sententia sua obfir:
maret. praesertim quod libertatem cudendae sibi
monetae. ex privilegio quodam ad Regnum attulisse
sese contendet. Non inficior forsan pro meo erga
v. Ill. Do. candore liberum esse ei ut deinceps quoque
ad exemplum veteris sui Numismatis. ipsa cudat mo:
netam. et eam suis tantummodo subditis. ut antiquitus
fuit observatum det utendam. Sic vestra Ill. D. et

suæ morem gerat voluntati, seruietq commodo et Ser.mo nostro Principi, ac nobis omnibus pub.ce nihil fere incommodabit. Quod si vestra Ill. D. pergit obtendere libertatem aliquam, Regiã itidem M.tem præterea totum hoc Regnum hoc ad eam serui:tutem non posse conniuere existimet. Nec ego suadeo sensus expers communis, ut negem vestram Ill. D. ma:gno ornamento esse Inclit.mo Regno Poloniæ. In:gentem porro secum eidem attulisse utilitatem in fœndatione istius, quem obtinet Ducatum, attamen si pensabit quæ itidem v. Ill. Do. e regione com:moda inde senserit, exequabunt facile illud q.d supereminere videtur. reliquo vero libens id ipsum et cætera cogitanda, expendendaq vestræ Ill. D. pro dignitate, quæ ut æqui boniq faciat, meam hanc scribendi libertatem rogo. Nam nisi libere scripsissem ea de re de qua controuertitur, me etiã iudice non liberi hominis, neq integri Senatoris functus fuissem officio. Ipsam vero nihil etiã meã erga se quæso existimet propensionem et integritatem, quæ sic imminuta esse posset videri, si non scriberem ea quæ cogitabam. Sed nec hic, quæ oportet ex re commodoq publico gererem, et apud vestrã Ill. Do. multa simulando, plura dissimulando, me dubium et quod dicitur tectum preberem. Cauebam vero id in me admittere, alterum siquidem putabam seruilis ac vafri ingenii. Alterum ingenui viri et Senatoris integri, qui commodis publicis, suam obligauit fidem, offitium esse videbam. Neq puto me ob hoc inuidiæ obiici, cum alias meam erga se integritatem vestra Ill. D. spectare potest, qua nulli secundus esse volo, in his præsertim officiis, quæ in vestram

Ill. D. fortassis, et possum pro mediocritate et pro officio meo praestare debeam. Nam ego hic sentio, quot modis M.tas Regia eo nomine a subditis suis omnium ordinum fatigatur, urgetur, et ne pessundentur ad extremum multitudine ipsius monetae extimulatur. Quod itaque in me privatim est, neutiquam favorem vestrae Ill. D. invidiae omnium ordinum, Sacrae Regiae M.ti denique ea ob rem amplius expositam iri. Accedit enim aliud incommodum, ne dicam indignitas, quae hic omnes ordines etiam urget, et extimulat. Nam Ducum nonnullorum circum vicinorum moneta fere ad exemplum Monetae vestrae Ill. D. serpere incepit. Quae propediem multo minus tolerabitur spero quam vestrae etiam Ill. D. Principis feudalis. Mira vero impudentia est, ne dicam temeritatio, nonnullos suo privato commodo, aliena commoda velle pessundare. Commendo me tandem etc.

Legatio Regia data Fabiano Czeme ad Conuentum Prussie in Mariemburgo ad diem Sancti Stanislai in Maio actum 1542 missa ex Vilna xii Marcii

Salute dicta et gracia Regia in hanc sententia orator noster verba faciet.

Deliberatum erat Sacre M.ti Regie quandoquidem non sine graui animi sui molestia totiens id frustra egit, non amplius instare atque vrgere, vt pro officio suo D. vestre terrarum harum Prussie rationibus consulerent quas impediri per nonnullos intelligebat. Nam neque persone dignitatisque sue id esse putauit in cassum ea tentare, que tot missis Nunctiis, tot tam accuratis hortationibus, et modo non obtestationibus obtineri hactenus non potuerunt. Cum tamen non sue priuate vtilitati, sed Reip.ce terrarum istarum commodo periculosissimis temporibus his pro boni Regis, verique patrie parentis offitio prospectum voluerit facile conijcere possunt D.nes vestre, quandoquidem tot iam legationibus nichil aliud postulatum est per Sacram M.tem Regiam a Do. vestris, quam vt sue ipsorum, et charissimorum pignorum Coniugumque suarum, salutis curam susciperent, vt fortunas suas saluas vellent, vt tuende et defendende patrie sue rationem aliquam inirent, quo ferendum illi animo fuerit, nichil, se tantopere instante, atque

vrgente, proficere potuisse. poterat certe offensus animo
eorum curam abiicere. quos ipsos sui curam priores abie-
cisse: Suaeque postulationis et paternae admoniti-
onis tam exiguam habuisse rationem videbat. Sed
quo est paterno erga suos animo, quaque senili prudentia est.
etiamsi ab his grauiter erratum videbat, quos libero-
rum loco charos habet, non ideo tamen suum ab illis ani-
mum prorsus alienandum, neque curam eorum posthabendam
existimauit. Me ad D. vestras misit, vt qui oculatus
fui testis eorum, quae proximo superiore autumno ad
Budam gesta sunt, qui modo non ipse interfui miseran-
do cladi illi, qua a Turcis eo tempore Christiana
respub.ca maiorem accepit, quàm vt fando expli-
cari queat, verbis M.tis eius D. vestras admonerem
vt animo secum diligenter reputarent, quantum in peri-
culum non modo Hungaria et Germania, verum etiam
inclytum Poloniae Regnum, et terrae istae Prussiae vni-
uersae, ex hac tanta Christiani exercitus strage
sint adductae. Si fuit aliquando, nunc hora est ma-
xime nos de somno surgere. Appropinquauit enim ille
qui tanquam Leo circuiens, quaerit quem deuoret. Nullum
quidem sibi indictum a quoquam, et denunciatum bellum
habet S. M.tas Regia quae experientia didicit ma-
gistra nichil esse pace vtilius, cuius nomen dulce,
res est ipsa inprimis salutaris. Semper itaque M.tas
eius a turbulentis consiliis abhorruit, neque irritandum
atque armis lacessendum quenquam putauit, etiam si
lacessita, neque animum neque vires sibi deesse ostendet,
Christo conatus eius adiuuante, ad vim eiusmodi pro-
pulsandam, ne nunc quidem alio est animo quin po-
tius in veteri more institutoque suo perseuerare
statuit, sed ea videt tempora esse quibus maiora

quam unquam antea Regno ditionibusque Maiestatis eius im-
pendent pericula. quare provocare quidem ipsa nemi-
nem decrevit, sed providendum esse nihilominus dubiis
temporibus iis censet. Si quae nec opinata vis alicunde
maior existat, quemadmodum ea propelli queat. Intelli-
git Sacra M.tas Regia quae sua sit quae hostium poten-
tia, ipsa viribus non esse fidendum prospicit, sed Christi
solius gratiae et misericordiae, qui vult nihilominus
si adiuvari a se velimus, ut et ipsi manus admoveamus.
In hoc itaque spe omni et fiducia collocata, non in curri-
bus, non in equis, sed in solo nomine domini nostri Je-
su Christi, persuadet sibi Sacra M.tas Regia si suorum
omnium vires coniunctas habeat, etiam si nulla adsint
externa auxilia posse se tamen Christo Duce, quamli-
bet magnam hostium vim propulsare. sed solius Regni
copiis id fieri si posse credat metuit, ne tentare Deum
videat. Quam ob rem in hoc studium toto quod aiunt
pectore incumbit, ut non modo Regni, verum etiam om-
nium terrarum ditionumque suarum vires, contra vim ali-
quam maiorem coniunctas habere queat. A qua rati-
one cum non abhorrere videatur Magnus Ducatus
Lithuaniae, qui tamen ad Regnum nequaquam pertinet,
quanto magis aequum est, eandem ad rem suas D. vestras
voluntates inclinare, quae etiam si iura habeant di-
versa, idem tamen certe cum Regno corpus sunt.
Nihil est necesse repetere eadem, quae antea quoque di-
cta sunt D. vestris, et quae ipsae pro sua prudentia fa-
cile perspiciunt, quam facile sit dispersos vincere
quam difficile in unum omnes congregatos. Si quod
omen Deus avertat, aliquid de Regno actum esset
quae spes reliqua terris his esse posset? Hoc itaque
providendum est omni ratione, ut totum Regni corpus

si quae vis maior sit ei se opponat, adiunctis etiam eorum
auxiliis qui etsi ad Regni corpus non spectant, ei-
dem tamen domino subsunt. nihil est quod hic legum
et patriarum constitutionum fiat mentio, quae cum ad
utilitatem Reip.cae latae sunt, ad interitum eius uti
eis velle rationis non est. Non hoc postulat Sacra
M.tas Regia, ut ad quemvis hostium impetum, suas, D.nes
vestrae cum Regno vires coniungant: nihil illa de
iuribus terrae huius detractum cupit, sed si usus veniat
quod tamen prohibere divina misericordia dignetur
ut potentior hostis aliquis ingruat, tum vero postulat
Sacra M.tas Regia, ut tanquam ad commune incendium
restinguendum, communibus omnium viribus succurratur
Ne si de legum litteris disputare, quam armis libertatem
nostram tueri maluerimus, non modo iura nobis no-
stra eripiantur, sed nos etiam ipsi una et Coniuges
liberique nostri partim vita fortunisque omnibus ever-
tamur, partim in duram servitutem captivi ducamur.
quae omnia gratia sua et misericordia procul a nobis
avertere Deus dignetur. Admoneat D. vestras
infelicis Hungariae casus, quae si coniunctis omnium
viribus hostili potentiae restitisset, nondum fortassis
ad hanc calamitatem pervenisset, quam sine lachrimis
nemo commemorare potest. hoc una secum reputent
D. vestrae, quae fides Regi et domino debeatur, quam
id indecorum, quam parum honestum nobis futurum esset
quam a nobilitate virtuteque nostra prorsus alienum
Regem et dominum nostrum de nobis bene merentem
de Regno, deque fortunis suis omnibus dimicantem
deserere, neque ei periclitanti omni ope nostra adesse.
Non est quod D. vestrae in id tempus consultationem
hac de re reiiciant, quo armis potius quam consilio

opus futurum esset. Tempori providendum est, si et Regem nostrum, et nos ipsos saluos esse volumus. Nam et haec ipsa aetas quae instat, quid allatura sit, quis est qui certo scire queat? Non modo Ser.mo Ro. Regi sz et fratri eius Imperatoriae M.ti grauiter his temporibus fortuna est aduersata, quae non minorem quam Ser.mus Ro. Rex cladem accepisse certo nunciatur. Qua ex re dubium non est, quin creuerint animi communi Christiani nominis hosti. Omnia itaqz formidat Sacra M.tas Regia, ac tempori prospiciendum suis esse putat. Quapropter in his ipsis Comitiis constituant iam tandem D. vestrae, quibus copiis adesse Regno possint, si quis hostium fiat validior impetus, ac ne desint bellorum nerui, certam etiam pecuniam contribuendam decernant, qua conduci miles queat, si quando id necessitas postulet

Haec sunt de quibus agere me cum D. vestris Sacra M.tas Regia iussit, quae cuius generis sint, ut ad salutem carum tuendam, ad fortunas conseruandas pertineant

Etiam atqz etiam pro paterno animo suo D. vestras hortatur Sacra Regia M.tas, ne vsqz adeo Reip.cae suae commodorum, neue suae ipsius et liberorum Coniugum suarum salutis obliuisci velint, ut salubribus his monitis Sacrae M.tis Regiae obtemperandum non putent. Meminerunt potius quid Principi suo quid patriae suae debeant, atqz ad illius vtilitatem consilia sua omnia dirigant.

Quoniam vero allatae sunt non pridem litterae ad S. M. Regiam a Ser.ma Domina Maria Hungariae Regina, quibus postulat vt ratio inueniatur, qua per Ser.m Dominum Daniae Regem hominibus eius ultro citroqz tuto nauigare liceat, quod nisi curatum sit sibi necesse fore, vt aliorum Principum ita nostris

queq; subditis navigatione interdiceret. Harum litterarum exempla ad me missa D. vestris profero. ut postquam legerint. quid ea de re consilii capiendum sit S. Mti R. significent. quo commodis harum terrarum prospiciat⁰ ut libera omnibus et secura sit navigatio.

Paulo Papę Tercio

Sigismundus Primus Rex Poloniae

Migravit ante Menses aliquot ex huius vitae diversorio aeterna illa in domum Rn.dus in Christo pater do. Lucas Episcopus Wladislaviensis. In cuius itaq; locum nominavi Rn.dum in Christo Patrem Do. Nicolaum Dziergonski Chelmensem Episcopum. porro in huius locum Chelmensem Episcopum nominavi Reverendum in Christo patrem Do. Joannem Dziaduski Camenecensem Episcopum. virum et de nobis bene meritum. et magna integritate. morumq; suavitate singulari preditum. Eum itaq; S.ti vestrae diligenter commendo. atq; illud una supplico. ut hunc per me Chelmensem renunctiatum authoritate sua ap.ca confirmare. et a vinculo. quo est Ecclesiae Camenecensi obstrictus absolutum. ad Chelmensem Ecclesiam transferre dignetur. Quoniam vero tenuis est hic Episcopatus. ut ex illius proventibus annuis alere se pro dignitate nequaquam possit. Peto a S.te vestra. ut reservare illi quae possidet sacerdotia una cum Episcopatu velit. Rem mihi valde gratam factura. Datum Crac. xii Die Mensis Januarii Anno Domini. M⁰ D⁰ Xlii⁰

Paulo Tercio Summo Pontifici

Sigismundus I Rex Poloniae

Crebra haec Episcoporum in Regno meo mutatio, magnam meo animo molestiam adfert. Nam et Regnum meum alioqui inops, dum sacrarum, annatarum, pallii, et aliorum id genus onerum nomine, aurum ex eo exportatur, vehementer exhaurit et quos in Senatu Regni adscivi viros graues et prudentis opinione mea celerius orbari me contingit, cum maxime fructum aliquem eorum consilii percipere deberem. Ita ut nuper adeo mihi accidit. Orbatus enim sum graui et prudenti Consiliario Rev.do in Christo Patre domino Luca Episcopo Wladislauien quem praeclare tuenda in terris meis Prussiae religione, et Zizaniis ex ea euellendis cogitantem, in medio cursu mors rapuit, ac pios illius conatus praeuertit. In cuius locum qui mihi sufficiendus, cum animo meo diligenter volutarem, visus est minime praetereundus Rev.dus Nicolaus Dziergowski Episcopus Chelmen, quem cum ante biennium fere in Senatorum Regni mei numerum retulissem, spectata mihi est ac probata fides eius atque integritas. Quocirca Vladislauien eum Episcopum in demortui locum nominaui, a S.te V. peto, vt autoritate sua Ap.ca nominationem hanc meam approbare, et eum vinculo, quo est obstrictus Ecclesiae Chelmen absoluere, ac ad Wladislauien transferre dignetur, Illud vna rogo, ne eum ab officialibus Curiae suae nimium emungi patiatur. Nam et exinanitum est iam Regnum

meum toties aurum exportando, et cum undique sit hostibus circumseptum, et quasi obsidione quadam cinctum, ipsos etiam Episcopos cogit urgens tolum necessitas, in tuendum id et conseruandum suas expendere facultates. Multum sibi me, Regnumque meum deuinxerit S. vestra, si petitionis huius meae rationem habere fuerit dignata. Datum Vilnae XXVII Januarii, Anno domini M° D° XLII°.

Alberto Duci Prussie



Sigismundus I. Rex Poloniae.

Ill. etc. De proscriptionis negotio scripsimus ad Ser.^mum dom: Rom: Regem, nostrosque Commissarios nos esse designaturos recepimus. Dummodo quos M^tas eius renunciasset, quo etiam tempore, et quo loco, eos conuenire vellet, certiores ab illa redderemur. Dabitur a nobis opera, quantum nostra diligentia prouideri poterit, ut ad optatum tandem aliquem finem hoc negotium perduci queat.

Quae de rebus Turcicis scribit Ill.^tas tua ea sane accepimus, non visum est omnia litteris committere, sed ex Mag.^co Andrea Comite a Gorca Castellano Posnaniensi, quoniam ei mandata ea de re ad Ill.^tem vestram dedimus, Quid sit nobis deliberatum cognoscet. Vilnae XIIII Januarii. M° D° XLII°.

Ferdinando Romanorum Regi

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Ser.me etc. Quod M.tas vestra in causa proscrip:tionis, de qua toties illi scripseramus, non defuerit Ill. Do. Alberto Prussiae Duci, Nepoti nostro charg.mo. habemus illi graciam. Quod obtineri potuit id interea boni consulimus. Commissarios libenter designabimus modo qui fuerint a M.te Caesarea designati, et quo loco, quove tempore convenire eos velit, certiores a M.te vra reddi cupimus. Tunc et nos si idem nobis tempus commodum videbitur, ad id nostros quoque mittemus. Illud autem provideri inprimis cupimus, ut qui mit:tentur ab utroque nostrum in plena habeant rerum omnium potestatem. Ita ut si intra spatium anni ver:tentis per concordiam res transacta non sit, liceat eis in tempus etiam longius proscriptionis sententiam suspendere. Quod si opera M.tis vestrae promissum ita fuerit, futurum id nobis est multo gratissimum, et ad constitutam inter nos amicitiam, magis etiam augendam et amplificandam plurimum pertinebit. Datum Vilnae XIIII. Mensis Januarii Anno dni M.o D.o XLII.o

Ioanni Friderico Saxoniae Electori

Sigismundus I. Rex Poloniae

Redditae sunt nobis Ill.tis vestrae litterae, quibus a nobis postulat, ut qui proxime in clade illa misera:bili exercitus Ser.mi Domini Romanorum Regis fratris, et per Turcas capti, et Nobilis Joannes a Schenberg, in eo redimendo operam nostram interponamus. Id ita celeriter, ut cuperet fortassis Ill. v. fieri non potest. Sed ita rebus nostris exigentibus, missuri sumus breui ad Caesarem Turcarum Nuntium nostrum ei negotium dabimus, ut sciscitetur diligenter sicubi is de quo scribit Ill. vestra reperiri possit, ac omnem adhibeat diligentiam, ut repertum redimere, et ad nos incolumem perducere queat. libenter enim non hac mo:do, sed maioribus etiam in causis, quoad poterimus Ill.tis vestrae gratificabimur. Datum Vilnae XIIII Januarii M° D° XL II

Castellano Craconiensi

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Accepimus commendationem S. tuae, qua nobis Ven.lem Andream Czarnkowski Scholasticum Cracouiensem commendat, ut eius benignam rationem in conferendo Cracouiensi Decanatu habere dignaremur. Quamuis

autem et commendatio S. vestrae apud nos non me-
diocre pondus habet, et Andreas Czarnkowski
non male de nobis meritus est tamen nostro solito more
ea de re amplius deliberandum censuimus, quam delibera-
tionem nostram cum habere coeperimus, in ea commendatio-
nis S. tuae memoriam aduocabimus.

Quod se iam expeditiorem esse itineri Patauino S. tua
significat, ex eo (quod bona nostra gracia, id illi facere
liceat) dolenter ferimus, propter hanc S. tuae impositam
necessitatem, ut externa auxilia morbo suo quaerere
cogatur. Nec minus vicem nostram dolemus qui hiis dif-
ficillimis temporibus, tam necessario Senatore care-
re cogimur. Quare quanti nos Remque pub. S. vra facit
tantum det operam, ut quamprimum ad nos reuertatur
utrinque salua et incolumis, valeat S. tua. Datum Vilnae
XV. Januarii. Anno Dni M°D°XLII°.

Capitaneo Leopoliensi

Sigismundus I. Rex Poloniae.

GEnerose etc. Menses aliquot intercesserunt, cum lras
nostras cum appenso sigillo nostro, manu Ser.mi filii
nostri subscriptas, dedimus Consulibus Ciuitatis no-
strae Leopolien, quibus veterem eorum morem in eli-
gendis Consulibus, in demortuorum locum perpetuo appro-
bauimus, atque eum ut conseruarent, neue quisquam eos
impedire auderet decreuimus. Nunc perfertur ad nos
S. tuam voluntati nostrae, in hiis litteris nostris expresse
contrauenire velle, neque permittere, ut Priuilegium

nostrum in executionem veniat. Id si ita esset, non possit non offendi animus noster. Cum nos de Privilegiis nostris non disputare, sed ea inuiolabiliter obseruari velimus, ita vt subditos nostros omnes facere aequum est. Quod si neque nos iste eligendi Consules in Ciuitate nostra Leopoliensi fuisset, neque vlla alia eius rei documenta Consules protulissent, nobis nichilominus liberum foret. Quandoquidem eligendi Consules potestatem penes nos esse dicit F. tua, eam potestatem ad Consules transferre. Neque de beneficio per nos illis concesso F. tua disputare conueniret, sed in eo potius acquiesceret, quod esset semel per nos constitutum. Quare mandamus F. tuae, aliter omnino non habere volentes, vt ne deinceps impedire vllo modo audeat, quo minus hoc nostrum Privilegium debitae executioni mandetur, vtque secundum illud absque omni renitentia et contradictione Consulum electio perficiatur. Datum Vilnae tertia Die Februarii M° D. XLII°.

Palatino Cracouiensi

Sigismundus I. Rex Poloniae.

MAg.ce etc. Quae scribit ad nos S. tua de Regno Hungariae calamitoso et miserabili, ea nobis ingentem dolorem attulerunt. Gratum autem fuit quod pro officio suo Senatorio grauiter nos et prudenter admonet, vt tempori prospiciamus ne quid Regnum quoque nostrum detrimenti capiat, ne quid ei mali propter vicinum malum eueniat. Omnia haec quae scribit S. tua diligent

animo nobiscum habemus meditata. Neq3 alia in re de:
fixae sunt curae nostrae, cogitationesq3 omnes quam
in vna hac, quemadmodum impendentia mala ma:
turo consilio propulsari queant. Quamquidem ad
rem ita sumus animati, vt si vitae etiam fortunarumq3
nostrarum iactura repraesentari salus Reip.^cae^ posset,
non modo non molestum, sed et iucundum id nobis futurum
esse. Neq3 enim obliti sumus, quid patriae nostrae quid iis
etiam debeamus, quos liberorum loco semper habuimus.
Neq3 vnici filii nostri, quam communis Reip.^cae^ salus
curae nobis est maiori. Quare de nostro studio nihil
est quod dubitet S. tua quod ita futurum est ardens in
Regni salute tuenda, in rationibus eius quantum fieri
posset constituendis, vt nullum patriae parentis officium
in nobis requiri passuri simus. De S.^te^ vero tua quae
est inter primarios Regni nostri Senatores et Con:
siliarios ita nobis persuademus, eam in hiis quae pro:
ximae instant Comitiis, pro eo loco, pro ea authori^te^
pro ea qua est prudentia, communicato cum aliis Pro:
ceribus Consilio, firmam aliquam, stabilem et aequa:
bilem defendendi rationem inventuram quam nos ala:
cri animo amplecteremur dummodo saluti esse Reiq3
pub.^cae^ queant
Quae S. tua Illustri Saxoniae Principi respondit, ea no:
bis probantur. hoc ille non obscure fert, cupere se socios
nos habere periculorum, in quae adducta nunc esse Ger:
mania videtur, nobis vero etiam atq3 etiam considerandum
est, quid fides per nos data, quae etiam servanda est ho:
sti postulet. Neq3 nos callidioribus consiliis trans:
versos agi patiemur, vt ingens in discrimen aliquod
Regnum nostrum adducamus. Quod si maxime liceret
nobis mittere, ad Comitia Spirensia aliquem,

quoniam tamen ea diu prorogari non possunt sine pe:
riculo Reip.cae Christianae, quae celeris consilii atque
auxilii indigere videtur, facile S. tua perspicit,
Legatum nostrum tempori venire non posse. Nunc autem
ne licet quidem tanta de re sine Comitiorum decreto
et omnium ordinum, praecipue vero Regni nostri Senatorum
consilio, quicquam statuere. quare supersedere satius
duximus a legatis mittendis, et de nostris potius quam
vicinorum periculis propulsandis, curam cogitationemque
suscipiamus.

Quod S. tua primatis etiam Ser.mae filiae nostrae rationibus tanto studio prospicere conatur, et vacillantes
nonnullorum animos confirmat, atque omnia facit, ut vita
salus, et dignitas eius in tuto collocari possit, est id nobis
vehementer gratum, atque ut in hoc suo, erga illam tanto
studio perseveret, hortamur. pertinebit hoc S. tuae ad
graciam nostram uberiorem demerendam.

De viris dignis in demortuorum Regni nostri Senatorum
locum sufficiendis, quae admonet S. tua, ea non legimus modo libenter, sed etiam ita facere ut scribit animum in:
duximus. Videmus quanti intersit, et nostra et Re:
gni nostri habere Consiliarios viros graves et pru:
dentes, dubiis praesertim et periculosis temporibus
his, quibus si salui esse volumus, bonorum et sapientum
consiliis labantem reip.cae statum fulcire et sustentare
necesse est. Quam ob rem facturi sumus diligenter
et pro boni Principis officio, in deligendis Regni nostri
Senatoribus, nihil aliud praeter virtutem dignita:
temque spectemus ac tales in demortuorum locum suffi:
ciamus, qui cum nobis, tum Reip.cae nostrae, et or:
namento et emolumento esse queant.

Quod postulatur a S. tua, ut in finibus Regni Hungariae cum Proceribus nonnullis Hungaris conveniat. Id si fecerit non modo non offenderit quicquam voluntatem nostram, verum etiam gratum nobis est futurum. Sed ita tamen ut hoc contendat modis omnibus, ut Conventus hic non alibi quam Cassoviae esse queat, utque adesse una ibi possit Ser.ma filia nostra. Id si obtinere a S. tua non possit, licebit illi per nos nihilominus cum Proceribus Hungariae convenire. Nihilominus quantum potest urgeat, atque instet, ut adsit una Ser.ma quoque filia nostra. De restauranda arce nostra Lubowlia probatur nobis S. tuae institutum.

De Moneta rem ad Comitia retulimus, ac uberiora etiam de ea mandata Oratoribus nostris dabimus.

De Judiciis, quae scribit S. tua, cura deinceps nobis est futurum. Litteras quibus conferimus officium Succamerarii Generoso Stanislao Herborth affini S. tuae, in manus S. tuae mitti iussimus. Datum Vilnae tercia die Mensis februarii Anno domini M° D° XL II°.

Petro de Gamratis Archiepo Gnesnen.

est supra 20106

Sigismundus I. Rex Poloniae.

R. Me etc. Quae graviter et prudenter scribit ad nos P. vestra, de gravibus, quae nunc Regno nostro impendent periculis, ea legimus diligenter. Facit pro boni Senatoris officio P. vestra, quod nos tanto studio admonet, ut vicinorum exemplo Regni nostri rationibus mature prospiciamus. Nos vero nostro officio defuturi

non sumus, et faciemus omnia sedulo, ut omnes intelligant nihil esse a nobis, quod muneris nostri sit praetermissum.

Ad Comitia ipsi venire non possumus, quibus rebus impediti, iam antea cognovit P. vestra. sed quae tamen erunt ibi ex usu reipub. constituta, ea libenter sumus rata habituri. Vestra P. quae principem inter Senatores locum obtinet, pro eo ut debet consulat una cum aliis diligenter praesenti Regni necessitati. Multum in consilio illius et authoritate positum erit. Omnes nervos ingenii sui intendat: ut salubris aliqua eorum quae impendent periculorum propulsandorum ratio inveniri queat. quam nos non approbabimus modo sententia nostra, verum etiam ut debite mandetur executioni curabimus. ac si qua Regni nostri necessitas postulabit. nullum ipsi discrimen defugiemus. planumque omnibus faciemus, nihil esse nobis in terris Regni nostri salute et incolumitate prius et antiquius. Hoc et ipsa sibi de nobis P. vestra firmiter persuadeat, et aliis tuto polliceatur licebit. Neque enim verbis a nobis dici tantum potest. quantum re praestare sumus parati, ut salvum Regnum nostrum a quorumvis hostium impetu conservare queamus.

De Oratore ad Turcarum Caesarem mittendo nondum nobis opportunum videtur. Nam et Nunctius, quem ad Ser.ma filia nostra misimus, expectandus nobis est ut ex illo de Statu M.tis eius, certiores prius fieri queamus. et cognoscendum una quid sit constitutum Ser.mo Do. Roma: Regi de nuptiarum tempore. Quae si ad praefinitum tempus erunt facienda, necesse fuerit per eum ipsum Legatum, quem missuri sumus ad eas nuptias Caesarem Turcarum invitare. quandoquidem

id ut faceremus ipse a nobis missus ad nos Nuncio suo postulauit, et nos ita facturos esse recepimus.

Quod ad Principes quoque Germaniae mittendum esse Legatum censet, id tuto a nobis fieri posse non putamus. Nam ita occulte res agi non posset, quin aliqua ad Turcas permanaret. Neque enim clam est Regiae Maiestati vestrae, quam diligenter celari sint solita, quae statuunt quaeue gerunt cum Germanis, prius etiam quam fieri aliquid incipiat sparguntur in vulgus omnia. Quod si peruenturum esset ad aures Turcarum Caesaris, fuisse Legatum nostrum apud Germaniae Principes, etiam si is ratione gessisset omnia summoque ingenio usus esset, Nihilominus occasionem ille sibi rumpendi foederis datam esse putaret, atque ita praeter omnem necessitatem, ingens in discrimen Regnum nostrum essemus adducturi.

Datum Vilnae Die quarta Mensis Februarii. M.° D.° XLII.°

Isabellae Hungariae Reginae

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Ser.ma etc. Quod a nobis consilium requirit M.tas vestra id cuiusmodi illi impartiamus prorsus nescimus, quandoquidem, quod satis mirari non possimus, in hunc usque diem certum ab ea responsum elicere non potuimus, velit ne saluti suae tutiori in loco prospectum relicta Transsiluania ubi nunc est, an ibi cum periculo potius manere. Intelleximus venisse Seberedi ad deducendum M.tem v. quemadmodum etiam ab illa rebus infectis discesserit

cognouimus. Caeterum quid porro cogitet Ser.mus S.
Romanorum Rex ignoramus. Itaque perplexo sumus
animo, vellemus et tutiore in loco esse M.tem v. et ea
tamen quae possidet in Transsiluania non amittere quoad
pacta non praestantur. Id ita fieri posse putamus si hoc
egerit M.tas vestra, vt dominum Episcopum Varadien. quam
maxime sibi conciliet, quo posset apud eum efficere, vt
Cassouiam, qui nobis tutissimus locus videtur, commi-
grare M.ti v. liceat. et ei interim Transsiluaniae curam
committat vt nomine M.tis v. prouintiam illam gubernet
Ita et illa pars a Turcarum impetu futura est tutior, cum
in fide fuerit et potestate M.tis v. Et M.tas vra quo
propior Regno nostro, hoc erit a periculo remotior.
Hoc interea consilii dandum esse M.ti v. putauimus
quod vt fortunet Deus precamur, qui vram M.tem
saluam et incolumem conseruet.
Quoniam vero rediit ad nos, qui missus erat ad Caesarem
Turcarum Nunctius noster Generosus Jacobus Vilamow-
ski, quid illi de M.te vestra responsum sit, ex inclusa
scheda cognoscet. In ea enim describi fecimus omnia
quae ad v. pertinent M.tem. Datum ~~Cracouiae~~ Vilnae quinta
die Febru: M.o D. xl iii

Cardinali Sanctorum Quatuor
Regni Protectori

Sigismundus I. Rex Poloniae.

R.me etc. In terris nostris Prussiae oppidum est
Culma ditionis Episcopi Culmen. in eo fuit

aliquando ludus celebris, ex quo multi litteris instru:
cti prodierunt: et ad Ecclesiastica, et prophana mune:
ra obeunda idonei, is ludus temporum iniuria, cum pro:
pter bella, quae in Prussia gerebantur, tum propter hae:
reses in Germania exortas ad nihilum prorsus iam
redactus est. Atque ubi olim magna frequentia fuit
ibi nunc ingens est sollitudo. Quoniam vero pro Catho:
lici Regis offitio edixinus hominibus nostris, ne quis
propter ingenii cultum capiendum, in Germaniam tot sectis
miserre dissectam, proficisci auderet, quod si quos
processus in litteris istic fecissent, magno id periculo
animae consequuturi essent, una etiam coniugatum quen:
dam sacerdotem, qui in oppido nostro Elbingensi ludum
aperuerat inde exturbavimus, quod quaedam ibi haereseos
semina spargere diceretur. Scripserunt nobis Consiliarii
terrarum nostrarum Prussiae, cum nullus amplius sit in terris
his ludus litterarius, et Ecclesiis parochos, et Mona:
steriis Monachos deesse, ita ut nisi mature provisum
sit, ingens futura sit et parochorum et Monachorum pe:
nuria. Illud una significarunt certam pecuniam iam
esse per se destinatam ad ludum Culmensem restaurandum.
Quoniam vero duo sint praedivites in terris Prussiae Ab:
bates Olivensis et Peplinensis, quorum maxime interest lu:
dum hunc restaurari, quod pauci in his Monasteriis Mo:
nachi supersint, nisi prospectum hac ratione sit
nulli breui reliqui futuri. Ab his itaque se postulasse
ut aliquid ipsi quoque in ludum hunc restaurandum subsi:
dii darent, id eos constanter negasse. Supplicarunt
itaque nobis, ut eos authoritate nostra Regia ad dan:
dum aliquod pecuniarium subsidium cogeremus. Cum
autem nihil iuris in eos usurpare nobis soliti simus
quos Iurisdictioni nostrae non subesse intelligimus,

A Rdm.da P.te v. petimus, vt ipsa apud Sanct.mu Do: nostru authoritatem sua interponat, quo edicto suo Abbates hos compellat, vt sexcentos Ducatos ad vicesimu modo annuu pro ludo restaurando tribuere quotannis teneantur atq3 vna loci ordinario Wladislaviensi Episcopo et vicinis Plocensi Varmiensi Culmensi Episcopis mandet si forte recusent Abbates isti summa hanc pecunie in singulos annos numerare, vt eos ad id faciendu censuris Ecclesiasticis authoritate ap.ca adigant. Ita tamen vt potestas penes eos sit, de hac summa aliquid detrahendi, et eam moderandi, si forte facultates eoru ferre non viderint, tantu vt pecunie tribuant quotannis. Conservatores autem schole huius constitui volumus Varmien. et Culmen. Episcopos pro tempore existentes, vt iis ratio reddatur, de omnibus schole istius annuis provenientibus. Quod si hec res R. p. vestre cure fuerit et de Ecclesiis terraru nostraru Prussie preclare merita fuerit. Quam diu incolumem vivere optamus. Datu Vilne viii Dec. Anno M.o D.o xlii *

Eidem Cardinali

Sigismundus I. Rex Poloniae.

R.me. Nondu redisse ex vrbe accepimus eu, quem expeditionis gracia miserat isthuc Rdm.dus in Christo pater Dominus Samuel Episcopus Plocensi Regni nostri Procancellarius. Huius autem eius ta diuturne istic commorationis causa hec esse dicitur, quod solito plus

ab eo pecunia exigitur. Miramur non haberi tem:
porum istorum rationem, quibus et contendunt multi,
ista quae quasi iure suo Romana Curia extorquet,
minime illi deberi et Regno nostro a Christiani nominis
hostibus tanta impendent pericula, ut alenitum id po:
tius aliorum opibus, quam exhaustum suis et exinanitum
oporteret. Vestra R. P.tis quae Protectorem agit Re:
gni nostri, non modo non recusamus quo minus plene
numerentur omnia, verum etiam ex animo id illi fave:
mus. Sed alios ita avare exigere, cum quid eis debeatur
non videamus, non possumus non moleste ferre.
Quare a R.ma P. vestra petimus auctoritatem suam
interponat, ut aequitatem potius, quam cupiditatem in
consilium adhibeant ii quibus expeditionis istius nomine
pecunia isthic numerari consuevit, neque nimio plus
emungant. Scripsimus autem cum hac de re Sanct.mo
D. nostro tum ut nominandi apud certas Ecclesias
facultatem nobis concederet. Nam ex his quas concessit
adhuc paucis res contigit, quibus spes fuit per nos osten:
sa, vel quod revocatae fuerint statim ut datae sunt,
vel quod alia nonnulla impedimenta acciderunt.
Quocirca R. D. v. rogamus, ut agat cum Sanct.mo D.
nostro, atque ei nostro nomine supplicet, quo ad Cathedra:
les Regni nostri Ecclesias ad unam quamque seorsum duos
ad singulas vero Collegiatas, tres nominandi potestatem
nobis faciat. Praeterea ad Parrochiales nonnullas qua:
rum nomina in scheda inscripta habebit is qui praesentes
reddet. Rem nobis fecerit R. p. vestra valde gratam

Caeterum exhibetur negotium quibusdam Cancellariae no:
strae scribis de duabus parrochialibus Ecclesiis quorum
causam R. P. vestrae commendamus atque ab ea pe:
timus

petimus ut eorum propugnationem suscipere non gravetur.
Cognoscet autem rem ita ut est ex hoc qui has perferret
Cancellariae nostrae scriba. Venerabili Thoma Conopnicki
Praeposito Chelmen. quem ow et hac et aliis multis de cau:
sis mittit istuc Rndus Do. Ploczen Episcopus. Eum Rmae
P. vestrae diligenter commendamus. Datum Vilnae xii
Mensis Februarii Anno Domini MoDoXLIIo.

Paulo Tercio Summo Pontifici

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Renunciavit mihi Rndus in Christo pater dns
Samuel Episcopus Ploczen. Regni mei Procancellarius
nondum ex urbe famulum suum rediisse, atque diuturnioris
huius commorationis istic eius causam hanc esse, quod ab
eo expeditionis nomine plus exigitur, quam quantum dari
ab aliis Ploczen Episcopis consuevit. Qui clamores con:
tra me meorum hominum excitent in Comitiis, qui tantum
auri ex Regno meo inopi in opulentam urbem efferri pa:
tiar, non est clam S. vestrae: futuri nunc sunt procul
dubio multo maiores. Nam et illud minime fugit S. ve:
stram actum esse iam de Hungariae Regno. Itaque si cuiusquam
alterius Christianorum Regum et Principum meis nunc
terris, quae proximae sunt Hungariae plurimum discri:
minis impendere videtur, iniquum fore videbitur, tam
difficili hoc et periculoso tempore tantum exportari
nummorum qui nervi belli esse dicuntur, ex eo Regno
quod nunc omnium Christianorum opibus adiutum potius
quam a quoquam exhaustum oporteret. Quare a Sctate

vestra maiorem in modum peto, habere velit huius tam iniqui temporis rationem, neque solito plus emungi per suos patiatur. Cum hoc ipsum quod mittitur propter tam crebras mutationes, non sine magno Regni mei incommodo mittatur.

Caeterum semel atque iterum me scribere memini S. vestrae atque ab ea petere, ut ad Ecclesias Metropolitanam et Cathedrales Regni mei, certas quas michi visum esset personas nominandi facultatem michi concederet. Cuius etsi hac in parte benignitas michi non defuit, accidit tamen non raro, ut qui nominati per me fuerant in spe quam illis dederam frustrarentur, vel quod revocata essent nominandi facultates, vel quod aliud quidpiam intervenerat, quod spem illorum perimeret. Quamobrem S.ti V. supplico, ut novas mihi nominandi facultates ad Metropolitanam Gnesnen. et Cathedrales ac Collegiatas nonnullasque etiam parrochiales Regni mei Ecclesias dare dignetur. Qua de re scripsi uberius ad R.mum Dominum sanctorum quatuor Cardinalem Regni mei protectorem, a quo etiam postulavi, ut suam in facultatibus istis impetrandis operam interponat. Quas si beneficio S.tis vestrae fuero consecutus multum illi hoc nomine me debere profitebor. Datum Vilnae XII Februarii. M° D°. XLII°.

Palatino Craconiensi

Sigismundus I. Rex Poloniae.

MAg.ce etc. Vehementer probamus vestrum omnium Senatorum nostrorum consilia haec, quae ad celeriter, et commode absoluenda Comitia S.tes vestrae miserunt. Imprimis autem pergrata nobis operam nauat S. tua, quae in constituendis in tranquillo Ser.mae filiae nostrae rationibus ita est occupata vti nobis significat. Experietur bene meritorum apud nos graciam neutiquam interituram.

Quod se purgat S. tua ab aspergini bus Joannis Jordan quibus se apud nos tinctam esse putat, de eo non sit nimium sollicita. Nam quamuis Jus et aequitas omne apud nos pondus habet, tamen solemus in omnibus delationibus semper alteram aurem parti integram seruare. Dedimus quidem ei ad S. tuam mandata, sed quae essent eiusmodi vt officii eius authoritatem minime vel perstringerent vel eleuarent. Volumus enim, vt secundum Juris consuetudinem, ea causa transigatur.

Dari mandauimus ad Lampartum Zaxinski Capitaneum Prodecem, de exequendo judicato, quod Nobilis Lubranski soluere debet Nobili Petro Psarski, mandata ea ad S. tuam mittuntur. Caeterum ad Mag.cum Palatinum Posnaniensem dari illa non necessario putauimus. Ad Capitaneum tamen Posnaniensem, quae ad eam rem pertinere putauimus, scripsimus. Stanislao Broniewski saluum

prorogari mandauimus. Porro facultatis danda ad eximenda quaedam bona Czerniechow et Laki tempus in reditu nostrum prorogandum duximus. Tunc et de inhibendis secundum Leopolim precibus Turcis et Valachis, ne inusitatis itineribus et emporiis vtantur statuemus. Bene valeat S. tua. Datum Vilnae xiii Mensis Aprilis Anno Dni M° D. XLii°.

Capitulo Plocensi Samuel de Maczieievicze Epus Plocen regni Poloniae Vicecancellarius

Rndi et Venerabiles etc. Reddita michi sunt litterae D. v. ex quibus certior sum factus, nondum cooptatum esse ab illis in Collegium suum Ven.lem dom. Joannem Kuniezki per me Plocen Canonicum creatum. Fuit id mihi vt quod sentio dicam, quam credi possit molestius. Cum enim erga D. vestras eo semper animo fuerim, et esse velim, quoad per illas licuerit, vt nulla mihi maior dari possit laetitia, quam si qua se offerat occasio, vel publice de vniverso Collegio vestro, vel priuatim de singulis D. v. benemerendi, illas longe diuersum erga me animum declarasse, in ipso statim ingressu in Ecclesia isto meo, non potui non grauiter ferre. Neque enim arbitror cuiquam hoc adhuc Episcoporum Plocen accidisse vt per eum creatus Canonicus vir praesertim idoneus non reciperetur. scilicet, solus ego visus sum, qui in ipso statim initio hac afficerer ignominia? Sed quam tandem ob causam? fecisse dicor aliquid contra Statuta in quae cum iurarint D. vestrae, tueri ea tenentur, et defendere

Vltima vero fortes se Statutorum Ecclesiae nostrae propu-
gnatores tum D. V. praestitissent, cum qui unus in Eccle-
sia prae caeteris omnibus est maxime necessarius, Con-
cionatoris praebenda ad eum qui hoc offitio non fungit
delata est. Nunc vero qua de re tantopere pugnent
non video. Legi diligenter exemplum Privilegii ad me
missi, aut ego latine non intelligo, cum strenue tamen
in Italia litteris operam navaverim, aut nihil in eo
continetur, quam ob rem ego contra id fecisse argui
queam. haec enim Statuti verba sunt per D. V. etiam notata
quod duos tantum et non plures utiles, et valentes
facta et negotia Ecclesiae disponere, de Consensu et
consilio Capituli facere et creare valeant Episcopi
Quid est in his verbis, quod obiici creato per me posset?
quem ego utilem fore et valentem facta et negotia
Ecclesiae disponere, bona fide promitto. Est idem Vil-
nensis Can.cus si dixero non esse in Ecclesia hac Vil-
nensi alium utiliorem, et ad Ecclesiae negotia tractanda
aptiorem, nihil a veritate aberravero. Omnia enim
Ecclesiae huius negotia, prophana praesertim solus prope
suis sustinet cervicibus. Ad haec gratus est Ser.mis
Principibus, amabilis omnibus, atque ea morum suavitate
ut si nossent hominem D. vestrae, ultro a me petiturae
essent, ut ne praeter eum, alium quemquam Can.cum crearem.
Contra hanc ergo particulam, nihil est a me peccatum
Vtilem enim creavi et valentem facta et negotia Eccle-
siae disponere. Sed in eo deliquisse videri possum,
quod non fecerim de consensu, et Consilio Capituli.
At ubi tum erat Capitulum cum vacatio contigerat
quandoquidem pestis metu Ecclesiam reliquerat. Si
Capitulum esse possunt, qui absunt ab Ecclesia, quando-
quidem hic fuit Praepositus, fuerunt Can.ci praeterea tres

de quorum consensu dominum Cunicki creaui non potest quisqua dicere non esse de consensu Capituli creatu Nec hac itaqz in parte peccaui. Quid si Priuilegiu hoc ignorassem ita vt reuera ignoraui, et aliquid per errorem a me factu contra id esset: nonne fuisset humanitatis vestrae non ita seuere in primu errorem meu inquirere, et honori meo in recipiendo quem creaui consulere. Nunc ego vehementer gaudeo etsi nihil de Priuilegio hoc sciebam nihil me tamen contra id deliquisse, et D. vestras ad factu meu reprehendendu voluntatem quam potestatem maiorem attulisse.

Vt enim omnia verba diligenter examinent, vt singulas etia syllabas atqz adeo litteras quoqz summo studio excutiant, nihil inuenire poterint, in quo iure me queant accusare, quo iniquiore fero animo ibi vos irrigandi meum voluntatem ostendisse, vbi causa irrigandi nulla esse potest. Non me tam stupidu existiment vt quae latine scripta sunt non intelliga. De iis potius id suspicentur qui vt ne reciperent D. vestrae creatu meu authores fuere. Nam idem omnes sensisse vt credam adduci non possu, cu sciam esse inter D. vestras viros doctos et linguae latinae gnaros, qui nihil procul dubio reperiri posse in Priuilegio hoc videbant, quod contra creatu a me facere posset. Cu nullu in eo verbu de eo sit vt non creentur, nisi presentes in Ecclesia sint. quod si esset etiam scriptu ita vt non est, quis tamen est qui affirmare posset fore, vt non resideat istic dominus Cunicki. Cu ego tamen breui eu venturu ad Ecclesia nostra certo mihi pollicear. quod si maxime residere nollet, tum meo solius, nullo vero D. v. beneficio fruetur, neqz de illaru quottidianis refectionibus quicqua decedet

Si autem resideret quod eum omnino facturum opinor, re
ipsa experientur, esse utilem et valentem facta et ne:
gotia Ecclesie disponere, an mihi liberum non erit de
meo esse in aliquem liberalem ? Porro quod suum est
hoc est refectiones suas per me licebit D. vestris ut
non nisi in presenti impetrent. Quod si prius con:
sensum eorum non requisivi, cum pestis metu, ab Ecclesia
diffugerant, nunc requiro atque ab illis postulo, ut crea:
tum per me, cui etiam dotem assignavi, viginti sexagenarum
in Collegium suum recipiant, ac amore potius meum et
benevolentia, quam alia quapiam ratione parum honesta
certare velint, hoc erit et mihi gratius, et D. vestris
dignius, atque etiam rationibus illarum conducibilius
Si quis erit, qui aliud meum, quam benevolentie certa:
men suscipiendum putaverit: Etiam atque etiam vi:
deat, ne consilii eum sui sero peniteat. Mihi nihil est op:
tabilius, quam amari ab omnibus, et amicitie officiis
cum quovis contendere, neque vellem cuiusquam importu:
nitate, alio, quam quo natura mea me fert trahi.

Que de domino Czierminski scribunt D. vestre ea
mihi nota non sunt, neque quo sese nitatur scio, sed ad:
monebo litteris meis Dominum, atque id quod iustum et
equum visum fuerit libenter faciam. Vilne XX Febr.
Mº Dº XLII

Paulo Tercio Pontifici Maximo

Sigismundus .I. Rex Poloniæ.

Cum e vita excessisset ante Menses aliquot Reverendus in Christo pater dominus Lucas, eum qui est Chelmensis in locum eius Wladislaviensem, qui vero Camenecensis et Chelmensem, Camenecensem vero Episcopum renunchiavi, Venerabilem Andream Zebridowski Secretarium meum et litterarum studiis expolitum, et ingenii quadam acrimonia præditum, ut eum et mihi et Ecclesiæ usui fore persuasum habeam. hanc renunchiationem meam, ut S. vestra authoritate sua apostolica confirmare et approbare dignetur S. vestræ supplico. Quoniam vero Camenecensis Diocesis, in ipsis Regni mei finibus cum sit, hostium est incursionibus opportuna, et continuis eorum populationibus vexatur, factum est ex eo, ut proventus Ecclesiæ Camenecensis pertenues, ac propemodum nulli sunt, neque dignitatem suam Episcopus tueri posset nisi aliunde proventus habeat uberiores. Quare a S. vestra peto, ut ita nominatum hunc meum confirmet, ut reservari ei interim sacerdotia quæ possidet omnia et singula iubeat, absque quibus se pro eo ut dignitas eius postulat, alere et sustentare non posset. Rem et æquam et mihi gratam S. vestra factura. Cracoviæ. XXVII Februarii. Anno domini M°D°XLII°.

Caesari Thurcarum

Sigismundus I. Rex Poloniae.

SAer.me etc. Egimus iam aliquoties cum M.te vestra ut ex parte sua mitteret aliquem, qui de campis de pascuis, deque locis confinibus, de quibus inter M.tis v. et nostros homines ambigi nonnihil videtur, cognosceret, una cum eo, quem nos quoque ex Aula nostra eandem ad rem missuri essemus. Ac ita quidem se facturam receperat M.tas vestra. Nunciumque nostrum iam ad finis anno superiore miseramus, qui adventum illius expectaret, quem eadem de causa M.tas vestra legasset, sed maioribus impedita negociis, in hunc usque diem misit neminem. Quoniam vero pro eo animo quo sumus erga M.tem v. nihil magis cupimus, quam ut eadem sit inter utriusque nostrum subditos, quae est inter nos ipsos, constans et perpetua amicitia: atque ut omnis litium inter ipsos materia praecidatur, iterum litteris nostris ea de re M.tem vestram duximus admonendam. Et si enim Sandiacus fecit nostrum cuiusdam arcis praefectum certiorem, missurum iri a proximo Paschalis festo ex Aula M.tis v. quendam: Quoniam tamen cum eadem spes anno quoque superiore nobis ostensa fuisset, frustra eum noster longo tempore expectavit, hunc cum litteris nostris ad M.tem vestram misimus, per quem certiores reddi velimus, de eo quem M.tas vestra missura est, ut nostrum quoque sub eidem tempus mittere possimus. Et insuper a M.te vestra rogamus, quo

Ser.ma filia nostra et Nepotis nostri eam habere velit rationem in Hungaria quam et illorum dignitas et nostra mutua postulat amicitia, et efficere velit quo a nomine M.tis vestre subditorum quanis in re molestet.ur Factura rem se digna nobisqz gratam. Cui etc. Datum Vilnae ultima Mensis Februarii. Anno Dni M.o D.o XLII.

Petrus Gamratus Archiepus

Sigismundo I.o regi Poloniae

S. Ervitutem meam addict.ma perpetuamqz M.ti v. Regia sumisse in primis defero.
Mittit ad M.tem vestram R. Ill.ris et Mag.cus Dominus Palatinus Cracovien litteras Joannis Ducis Saxonie et Misnie Electoris ad se scriptas ex quibus cognoscet M.tas v. R. quantopere homines illi armis militibusqz florentes loca situ arteqz munitissima habitantes longinquum adhuc hostem Turcam metuant quamqz satagant de salute et incolumitate sua solliciti. Nos vero hoste eodem irato tum per se tum per submissos Valachos Tartaros Transalpinos (quod M.tem v. R intellexisse etiam ex iis quae ad Ser.mam R.lem M.tem nuper scripsi scio) non dico finibus sed cervicibus imminente supini alto stertimus ab omnibus plane imparati quasi id vel nostra minime referat vel Deus in somnis nobis omnia confecturus sit. In illo enim uno summa atqz adeo omnis spes et fiducia salutis nostre nobis figenda est. Sed vetustum est proverbium. Tangentem aras Deum precari oportere quod multo aliter apud nos usurpat.ur

stringenti gladio diuinum auxilium implorandum est. Cognouit iam opinor M^tas V. R. peracta esse Comitia Pragensia, quibus Slesia omnis, Morauia, Alsatia, Austria, Stiria, Carinthia, Carniola, atque Tirolis conspirarunt rationem belli aduersus communem hostem communiter gerendi rectam vt mihi videtur, et expeditam inierunt quam nos satis bene descriptam, misissem tamen M^ti V. Regiae, nisi scirem a domino Castellano Biecen. impressam mitti.

Videntur et Hungari cum illis omnino se se coniuncturi esse quippe qui et Turcis amplius iam non fidant, et in illis tam certis et expeditis viribus Regis Ferdinandi satis praesidii positum sibi esse animaduertant. Itaque crebri omnium pene procerum internuntii cursitare ad Regem dicuntur. Quam tam validam societatem contra se coiisse vbi Imper. Thur. acceperit; Verendum est ne Marte dubio decernere de summa rerum nolit, et illis omissis in nos incautos et imparatos (quod illum latere non potest) omnem vim belli conuertat, ne frustra tantam expeditionem fecerit.

Cum didicisse iam M. V. R. tum ex domino Castellano Posnanien. tum ex meis litteris ad Regiam eius M^tem nuper scriptis debuerit illum offensum, ad omnem occasionem nos quos non contemnit omnino vt audio, ex improuiso inuadendi attentum esse. Quid igitur nobis faciendum est? scribit M^ti V. R^e dominus Palatinus consilium suum quod amplectendum esse iudico. Scribam tamen et ego quod sentio non multum ab eo dissentiens. Equidem iterum atque iterum censeo primo quoque tempore istinc huc M^ti V. Regiae reuertendum esse, ac se de suisque liberis, et Regno hoc suo tuendo et conseruando mature ac tempestiue consultandum. Deinde mittendum confestim ad Imper.

Tur. et quos eis habet in consilio primores. Legatum pru:
dentem aliquem hominem. qui turbatos illos mune:
ribus demulceat. tum de eo. quod apud Buda et Re:
gem Ferdinandum inconsiderantius gestum est. verbis M^tis
vestrae R. ipsis satisfiat. nec quicqua prohibebit quo minus
affirmet pleraqz iniussu. atqz adeo non e sententia M^tis
v. R. illic acta esse. gracias etiam Imperatori agat de
benignitate in filiam. et Nepotem M^tis v. Regiae. anno
praeterito ostensa. rogetqz vt res et fortunas eorum in
posterum etiam stabiliat. Hic vero Legatus quasi ad
Ser.^ma Reginam Hung. proficiscatur ita fiet. vt ille et
tutius et occultius ad Imperatorem perueniat. Nolim enim
quoad fieri possit. vt Germani. et omnis illa societas.
id nos agere persentiscat. ac ne sic quidem quiescendum
aut foederi. quod cum Imperatore percussit M^tas v. R.
fidendum esse nobis iudico. praesertim cum quaedam singularis for:
tuna luculentam facile comparandorum auxiliorum occasionem
M^ti v. Regiae praebeat, quam paucis ostendam. Aguntur nunc
Comitia Spirae. magno Principum et vniuersorum ordinum to:
tius Germaniae conuentu. Ad quae Rex Ferdinandus Praga
recta contendit. ibi de bello Turcico propulsando consul:
tabitur. Animaduertunt autem Germani Principes ali:
unde quidem se montibus atqz alijs difficultatibus ab ho:
ste illo septos satis munitos. et modico presidio tutos
esse posse. qua vero Polonia longo tractu attingit Ger:
maniam. ea ne hostis vel a nobis immissus. vel vi per:
rumpens patentem et minus firmam tum per se ipse. tum
per auxiliares suos. Tartaros atqz Valachos adoriatur
valde metuunt. Itaqz facile nobis petentibus aduersus
comunem hostem opem ferent. Neqz tamen ego societa:
tem nobis cum ipsis ineundam existimo. vt opitulari
ipsis vicissim debeamus. propterea quod satis ipsi
negotii

negotii domi habituri simus in illis iisdem hostibus susti:
nendis et reprimendis. Verum ita legationem ad eos in:
stituendam esse M. V. R. censeo Hungariam propugnaculum
quondam Christiani orbis diuturno bello afflictam, et inte:
stinis dissidiis conuulsam in faucibus atque rictu Turcarum
esse quam M.tas V. seruatam, et in p.te Chri. nom. reten:
tam anno superiori, si sua successissent consilia voluerit
Nunc iam ipsos nosque proximos esse periculo. neque
vero velim ipsis salutem nostram esse de habere, si sua
vilis sit. quippe quae ex nostra fere pendeat. et quod nos
ipsorum causa in discrimen vocemus. Irritasse enim M.
vestrae contra se Regnumque suum Imper. Turc. cum per ea
quae ad Budam anno superiori suo nomine gesta sunt tum
propter negatum hactenus semper Tartaris in Germaniam tran:
situm per Regnum suum, unde ille eam et aditu et oppugna:
tu facillimam esse sciat. Nunc quod precario obtinere
non possit, vi eum tentare, et viam in Germaniam aperire
sibi statuisse. Imperasse enim Tartaris, qui non minus
fere centum millibus equitum constituere soleant. Valacho
qui quadraginta: Transalpino Palatino qui totidem
bellatorum millia educere possit. Praefectis item, quos illi San:
dziacos vocant Bialogrodensi, Silistriensi atque Thebiniensi
qui etiam iustum exercitum habere possunt, ut coniunctis M.tis V.
Regiae Regnum inuadant, et quo ad maxime poterint
progrediantur. Quod cum ita sit, vereri M.tem V. ut tantis
hostium viribus ipsa per se par esset, et quos volens nunquam
qua est pietate, ipsis Christianis et multis nominibus
secum coniunctis. iis immissura sit, in modum torrentis ma:
gno fragore ruentes sustinere possit. neue ipsa cum suis
iisdem undis quod Deus auertat inuoluta difficilio:
rem ipsis salutis suae expediendae rationem relinquat
Prouideant ergo mature sibi. et alieni mali obiectu

se se tuerentur decreuerunt, ut cum primum vis aliqua M^tis v. Regiæ Regno ingruisset, e vestigio parata et expedita a vicinioribus Principib^us velut a Ducibus Saxoniæ et Pomeraniæ Marchione Brandenburgen, et alia auxilia petitum nobis præsto essent. Ita non magis nostram quam suam rem ipsos curaturos esse, atque hæc sit Legationis summa. In eandem sniyam cum Rege Ferdinando, et cum Duce Saxoniæ, qui gracia et authoritate plurimum nunc valet in Germania apud omnes ordines atque etiam cum genero M^tis v. R. Marchione Brandeburgen privatim agendum esse censeo. At non per litteras, quarum leue momentum esse solet, quæque in manus eorum quos nollemus peruenire possent, sed per industrium aliquem et prudentem Legatum qui id quam secretissime agat, quod quidem munus Joannes Ocziesky, siquidem Roma iterum, ut accepi a M^te v. R. mittitur, recte obiret et responsa illorum per fidelem famulum mittere celeriter posse M^ti v. R. videtur. Non debet autem M^tem vestram R. eius legationis pudere. Non puduit nuper Ro. Regem in Comiciis Pragen triginta aut viginti duntaxat equitibus comitatum domum Ducis ipsius Saxoniæ ac deinde assumpto eo ad Landgrauium Hassiæ inimicos vel certe aduersarios suos supplicis in morem proficisci: quo facilius quæ vellet ipsorum opera in Spirensib^us Comiciis impetraret. Permagnam M^ti v. Regiæ dat et honeste postulandi occasionem et facile impetrandi fiduciam Ill^s ipse Dux Saxoniæ, qui hoc a M^te v. R. fieri suadet posçitque id quod ex litteris eius ad dominum Palatinum Cracouien M^tas v. R. abunde cognoscet. Muniet etiam ad id, ac iam muniuit aliqua ex parte ipse dominus Palatinus litteris suis viam, ita ut equidem minus negotii in postulando quam in impetrando fore existimem

ne desit quaeso sibi nobisque M. V. R. hoc extremo et pleno
discriminis tempore. Erit id et Regno huic salutare
inprimis et Mti V. R. graciosum et honorificum apud
suos. Quam ut Deus opt. Maximus diutissime sos-
pitet, omnique faelicitate augeat et cumulet, assiduo
cum universo clero meo precor. Crac. XVI Januarii
Anno Dni M° D° XL ii°.

Petrus Kmitha Palatinus Crac
regni Poloniae magnus Marschalcus
Sigismundo I° regi Poloniae

Post debitam et diligentem servitiorum meorum in gracia
vestra M. commendationem.
Quod S. R. M. vra meam sedulitatem et propensionem
in vestram R. Mtem Dominum mihi clementissimum Remque pub.cam
nostram et eius salutem grato animo excipere dignatur
habeo gracias S. M. vestrae multo maximas, et quidem
duplici nomine partim quod clementia vestrae R. Mtis
privatim unicuique bene instituto char.ma, et ad no-
bilissima quaeque facinora acerrimum calcar est, partim
quod ad me Senatorem, ac mea studia in Rempub. Mtas
vestra gracia complectitur sua, nos omnes subditos
salvos esse nimirum vult, quorum bona, opes, gloria,
status denique ipsa Reip.cae incolumitate, et huc usque
ope divina, tum providentia vestrae Mtis florent.
Quia vero Ser.me Rex, meorum saepe soleo inire ratio-
nem, agricolam privatum in aestivis temporibus solere
summo studio et summa diligentia comparare ea
dum tempus ad eam rem est, quae sibi in saevientis

hiemis intemperiem excludant, aut saltim temperent
et se se minime iniuriae tempestatum obnoxium fieri per-
mittant. Alioqui frustra postea opem imploraret vicinam
frustra Deum segnissimus homo precibus lacesseret, qui
statim aut fame interire, aut alienae potestatis tum
fieri necessum esset, qui socors rem suam sua rem fami-
liarem una consilium, necnon dominium perdidit in suos
domesticos. Nec multum dissimiliter in omni Repub.ca
nostra vero praesertim, ne de aliena loquar administra-
tores video Ser.me Princeps procedere. In qua dum
omnia gratia omnipotentis Dei vernant florent, et
exuberantia quadam vestrae M.ti Principi suo applaudent
nihilque non sit ex sententia, tum summopere providen-
dum est quae faciant, et in procinctu sint ad toleranda hiemē
periculorum, quam non diu retroactis annis ex longinquo tantum
audiebamus, saevissimus licet, tamen eam memini bene, metueba-
mus multum. Nunc vero iam adducit in praeceps, nos undique
circumdat, et quasi volucres rete expansum illaqueat
sic quod turpem famem ac servitutem exitumque nobis,
quae omnia dominus Deus avertat, iam pollicetur mini-
tetur intendat. Turcus enim nihil patitur reliquum fieri,
nullam non occasionem venatur et arripit, ut confirmet
Imperium suum in Hungaria nobis vicina, quae quondam cen-
munitissima arx barbari hostis toties excepit insultus
bellum sustinuit, violentiam propulsavit usque cum ei esset
incertus Rex, nullae leges, ordo incustoditus, militiae
studium neglectum, arces reip.ae conservandae tuendaeque
in universum abiectae. Sic scissa fatigataque multifaria
civili seditione, postremo sese hosti miserabilem et semi-
laceram in praedam praebuit. hoc vero ut ita sit, multorum
meorum certis narrationibus, etiam certum heri a certis
proceribus ad me missis nunciis accepi venisse Buda

non ita diu Turcarum duos praefectos Sandziacos cum quindecim citra vel ultra militum millibus, ducentes secum innumeram colluviem opificum una cum Coniugibus liberis ac suppellectili domestica, ut Ciuitatem Budae ac Pesthi vacua compleant, etiam cuius numero esse illic discant illam nostros Christianos illinc in Turciam abegerunt miseros cum coniugibus captiuos, ut ne genus libera aliquod ad libertatem aspiraret, quin magis ut populus Christi in legem Machometica transmigraret, non sine communi totius orbis Christiani iactura, dedecore summo moerore, et omnibus nobis exemplo formidando.

Augebunt etiam de his omnibus fidem apud M. V. et illae litterae Bassae Budensis, quarum exemplum paulo antea Mti v. misi, quibus omnes incolas Agriae terrore solo suae subiiciat tirannidi, ad quem nuncium miserimae Hungarorum reliquiae libentissime se se quantumuis sexo alicui applicarent iam Principi Christiano, siue Sermo Rom: Regi, si modo velit et possit eos a tanta Tirannide defendere, siue alicui alteri, alioqui si non sufficeret repellendo tanto hosti, potius supersederet, ne amplius miseros Hungaros periculis inuolueret, et se se una cum ipsis discrimini extremo etiam exponeret.

Cognoscet etiam Mtas vestra ex istis litteris Illmi Principis Saxoniae quae ad me xi Januarii perlatae sunt quod Comitia Germanica Spirae, ad 14 Januarii dicta iam agitari coepta sunt, ut statuatur de bello sumendo contra Turcam, ad quae etiam si volet Mtas v. oratorem suum cum ea legationis forma, aliave quae videretur Mti v. in arbitrio et summo iudicio Mtis v. esto. Significaui ego quidem Illo Principi propterea Mtem vestram debere excusatam iri si illuc tarde, neque ad tempus Comitiorum Mtas v. mittere negligat, quod litterae eius non cito mihi redditae sunt

et quod M.tas v. longe hinc abest. Itaque fieri non posse
vt intra tam angustum tempus hinc isthuc orator Spiram
posset longa terrarum percurrere spatia. Tempus vero bre:
ue longam moram et consultationem ne dicam expectatio:
nem non pati. Et hi quidem exteri tam in Hungaria
quam in Germania tumultus. In Valachia vero omnium
rerum bellicarum presto copia. De quo prioribus litteris meis
fusius disserui. Quid aliud Ser.mi Rex pertendunt
quam vt nos quoque tot modis ab hoste circumdatos, simulque
nostram patriam et libertatem quam vestra M. hactenus fe:
liciter gubernabat et tutata est hiems ista efferatissimi
et cruoris humani appetentiss.mi hostis inuadat suo tempore
oppugnet et omni genere fraudis ac doli pessundet. Etenim
quis Deus sponsor nobis erit cum illo pacis aeternae cuius
ambitioni non sufficit, libidinem et auaritiam non explet
totus orbis terrarum. Non feret neque pacietur Ser.mi Rex
nos solos esse ociosos, a metu liberos, inter tot seruos suos
inter tot caesa cadauera nostrorum, inter tam spatiosum
Imperium suum quod longe lateque circum nos vndique propa:
gat saluos et incolumes, non feret inquam, neque vllo pa:
cietur modo. videt enim maerere nos clade tot Regnorum
Christianorum intelligit iacturam Hungariae nobis viciniae
et a necessariis M.tis v. vt sic dicam regnatae, nobis
summum ingessisse dolorem. Sentit insidiosus tirannus
caede Germani exercitus, nostri partem esse auulsam
videt se multa damna per foedus et scelerata auxi:
lia filiae M.tis v. Ser.mae Reginae Hungariae, et ne:
poti ex ea intulisse, in cuiusque M.te in nos contumelio:
sum esse. Ideoque Ser.mi Princeps, fieri non potest vt ille
velit foedus nobiscum esse perpetuum, quod iam ille mul:
tis modis inciauit [viciauit], prophanauit, violauit. Nam hoc
hic reticebo q[uod] frater fratrem ob dissimiles mores

ferre non potest. Nos vero etia quo pacto redamabimus
eum, cu quo non mores, non habitus, non ulla necessi-
tudo religione nos ligavit. veru ne ipse quidem Deus
nobis cu eo communis est. Jam igitur intelliget M.tas
vestra non posse illu nobis amicu esse. Nunc paucis ex-
pendat M.tas V. quaeso an non iam bellu ille gerit no-
biscu qui arces in confinio M.tis vestrae contra nos extruit
munitqz. unaqz pontem a Tobinia alteram ripa fluvii
Niestr in fundo M.tis vestrae consistentem applicuit,
sicqz solam occasionem ex sententia nos invadendi ex-
pectat, qua facile ubi velit inveniet. Nec enim meum
bellu gerit hic solu qui gladiu vibrat, sed etiam hic mecu
in certamine est qui ea facit, quibus ego capi possem.
Proinde Ser.me Rex si hanc suaue rempub. salva semperqz
florentem M.tas vestra ad extremu videre Ser.moqz
filio suo relinquere vult, quaeso per omnia sacra, et quae
sunt M.ti V. char.ma, ut faeliciter huc, et quod pre-
camur cito redeundo velit nobiscu serio consultareq
statuereqz ne miseri coloni qui hactenus defensionem Reip.ae sustinuerunt:
sustinereqz Decreto nostroru Comitioru proxime agitandoru
forsan cogentur, utcunqz amplius premant.r inhuma-
niter, sed potius ut alii modi aliaeqz viae quaerant.r, quae
sufficiant viribus tanti hostis iuvante domino Deo re-
primendis, ne sic pessundent.r ipsi ad extremu Coloni
De quo quia isthic Ser.ma M. V. R. absqz Senatu suo
et aliis ordinibus Regni statuere non consuevit, sum̄u
operae suae preciu iudico, ut huc remigret M.tas V. faeliciter
et dictam generalem indicat. In qua et vniendoru Du-
catuu ad corpus Reip.ae Regni, alioqui nunc nobis
paru utiliu, tractetur diligent.me negotiu, et vires
conferemus et ad promotu redigeremus nostras, ut
s. unusquisqz qui in gremio Reip.ae continet.r pro modulo
suaru facultatu nemine excluso, ad defensionem

et salutem ipsius comune Simbolum afferat, alioqui si cui durum erit recedere a suis Juribus, durius esse existimabit seruitutem pati quod absit Tirannicam. In qua non tuus erit ager, non coniunx, non liberi, non Imperium, non religio non corpus denique ipsum, sed omnia quod absit spurcissimae seruirent Tirannidi.

Vt autem discat M.tas v. quod summopere cupit de rationibus Ser.mae Reginae M.tis v. filiae, mitto etiam cum presentibus litteras M.ti v. Ladislai Clemphi qui semper fuit in fide tam olim Ser.mi Joannis Regis, quam nunc Ser.mae Hung. Reginae filiae M.tis v, quam ego, inter alios fide erga filiam M.tis v. constantes, ut apparet iam vacillabundum, litteris meis hortatus sum, ut animo infracto, et minime vacillanti Ser.mae Reginae adhaereat, pollicitans fore, ut M.tas vra, et suae filiae et eius partibus per tempus iusto modo non desit, et hoc ideo, ut animo renouato, ipsam fidem Ser.mae Reginae vna cum aliis seruet integram. Quod ego mihi de illis constanter promitto, quatenus M.tas v. vtique aliquo modo filiae suae non prouiderit.

Respondit etiam mihi Monachus Thesaurarius ad meas priores litteras per Vrantium Praepositum Transiluaniensem huc ad nos certos proceres Oratorem missum, cur in partibus Transiluaniae potius quam Cassoviae Reginalis M.tas degere debeat, inter quas causas vnam hanc dixit, sic malignitati temporum seruiendo Caesari Turcarum morem geri Transiluaniaeque possessionem presentia Reginalis M.tis confirmari.
Cui ego respondi, et per litteras meas, et per Vrantium eundem Oratorem remissum locum non habere modi eiusmodi praetextum qui mutuo rogans, vt Cassoviae loco, arte, natura munitiori degat potius, ne eius R.lis M.tas omnibus iniuriis pateat. Illic in longinquo, quo auxilia, consiliaue parentum suae M.ti quando necessaria forent cito adesse non poterint.

multis praeterea rationibus et nuntio meo et litteris signi-
ficaui eidem Monacho cum Liubomirski illuc proficisceretur
cur Cassouiam oportcat R.lem M.tem conduci potius quam
eius dignitatem illis regionibus Turcis propinquioribus
credi, pluresqz ibi congessi rationes quas potui. Non negli-
gam vero, et alios meos nunctios ad eum mittere, quo
ad etiam fatigatus a me quod persuadeo de R.lis M.tis et
eius habitatione constituat etc. Cupio tandem ut Deus
omnipotens S. M. V. quam diutissime faelicem et inco-
lumem seruare ad nobisqz sospitem reducere dignetur.
Cuius gratiae ac benignitati Regiae me commendo. Crac.
xix. Januarii. Anno Dni M.o D.o XLii.o

Petrus Kmitha de Visnicze Palatinus
Craconien. Regni Poloniae Marshalcus
Sigismundo I.o regi Poloniae

NEqz nos solum vexant externa mala Ser.me Rex
verum etiam et domestica non parum molestant. Illustris enim
Dux Prussiae ut constanti nuntio accepi ad Ducentos mo-
netarios fabros, fertur apud se habere quorum opera
multam vim monetae nobis huc immittit, non sine ingenti
damno M.tis V. et subditorum omnium M. V. iactura. Eo
vero nomine quod preter indultum M. V. cudere eam audet
ad instar et ad granum M. V. Monetae, quod quid aliud est
quam priuato eius commodo insequitur se a debito suo ex-
trahere, nos vero omnes subditos M. V. Regnicolas extre-
mo damno afficere. Cum vero habere eum audierim hic
Crac. nonnullos mercatores qui ei hinc argentum trans-
mitterent, nihil cunctatus contuli secretius eo nomine

cu Consulatu Cracoviensi. neue id facerent amplius vetui. Verum illi absque mandato M. v. id sibi prohiberi non aequo ferebant animo. Deo enim inclinare reip. rationes video. vt olim egeat argento. quod nunc in sua pernitie temerario impartitur. Adficit eadem iniuria Regnum M.tis vestrae. et Dux Legnicensis. Cudit enim monetam fere etiam ad instar M.tis v. monetae pondere multo minorem et ob hoc reip.cae perniciosiorem. quod internosci vulgo nequit. paululum eius discrimen inter M.tis v. monetam potest deprehendi. Cuius monetae Ducis Legnicensis duos grossos M. vestrae mitto. simillimos monetae M.tis v. Quare rogo et consulo M.ti v. vt litteris ad hoc datis ad Consulatum Crac. M.tas vestra vetaret efferri ad dictos Duces argentum. Alteris vero litteris ad locorum Capitaneos. vt accipi ipsa moneta prohibeatur. vel alios modos pro prudentia sua Regia M.tas v. reperiat statuatque. vt exterminetur ista Ducis Prussiae moneta. praesertim quae etiam incessanter cuditur similiter et Ducis Legnicensis. ne subditi M.tis v. magno hoc damno adficiantur. Poterit vero M.tas v. etiam si videtur eade re ad Senatum in Comitiis futurum referre. vt quid ei quoque videatur super ea re M.ti vestrae significet.

Queruntur hic etiam magnopere subditi M.tis v. Nobiles propter dilata Comitia, judicia quoque terrestria vna differri. in eoque iustitiam potentibus negligi. Ita post conuentus particulares statuto cauetur. ne iudicia terrestria fiant. Quare si hoc in posterum contingat. dignabitur M.tas v. simul edicto mandare. vt fiant iudicia terrestria. sic M.tis v. edicto libenter stabitur.

Antonius Wrantius dudum hic Oratorem apud nos. vt prioribus litteris scripsi agebat. postulauit me vt

conuenirem cum aliquot proceribus Hung. in finibus ali:
cubi Regnorum aliqua mecum secretius agitaturis. Id
tamen ego absque voluntate et scitu M^tis^ v. nolui me tem:
pere facturum. Quare quid M^ti^ v. super ea re videt^ur^
rogo mihi praescribat. videtur enim mihi apud aliam
partem forsan hic congressus meus suspitione carere non
posse.

Arx M^tis^ v. Labouliae lignea vt scit M. vestra non:
nullis in partibus parietum putredine ruinam minatur
simulque ad fortuitos euentus periculum, propterea iussi
parare lateres et cementum aliamque materiam vt succur:
rat^ur^ ei tempori. nollem enim committere vt quicquam per
me ea de re negligentia peccetur. vellem ideo aestate
futura eius reparationi intendere. nolui tamen quin
M^ti^ v. ista significem. Cum videam Ser.^me^ Rex tot
pericula quae in litteris descripsi Sacrae M^tis^ vestrae
dignitati saluti Reipub.^cae^ nostrumque omnium incolumi:
tati ingruere. Eoque rem si salui esse velimus iam spectare
vt omnium qui beneficio reip.^cae^ continent^ur^ et viuunt
presidiis sustineat^ur^ non postremum esse puto. immo vero
primarium. vt S. M. V. Senatorum vita defunctorum ex:
pleat numerum temporis.

Quinque enim Palatinatus vacant. Episcoporum ordo etiam
non integer est. Comitia vero iam iam instant. magno
consilio agitanda. vt statuat^ur^ aliquid quod rempub: li:
berat^ur^ insigniter. Proinde rogo M.^tem^ v. pro meo in M^tem^
vestram fide et consulo legeret magistratum ante ipsa
Comitia non quos ambitio ad gubernacula Reip.^cae^
precipitaret. Sed eos qui plurimum prudentia et con:
silio. virtute. vitaque integritate. tum authoritate per:
sonae valerent. Ex multis facile paucos reperire est.

Tales nimirum euentus in repub.ca sequi solent, quales viri ea instituerint. Celebre enim illud Platonis verbum legitur. Beatas esse res pub.cas quarum Principes sapientiae studiosi sint, et sapientum consilia praesto habeant et sequantur. Quod si M.tas v. delectu forsan ipsius ingratus ante Comitia pro Dominica Reminiscere celebrari facere non posset. Rogo ut ne hic ordo Senatorius maneat attritus ad alia Comitia, quibus fretus Dei praesidio M. V. praeerit, in quibus tractandum iam erit de summa consilii et expensione exacta virium omnium nostrum a capite usque ad calcem, quo salus Reip.ce ab hoste posset sustineri et deffendi. Nec putarem M.tem vestram eo nomine submoneri oportere, nisi viderem, quantum bonum situm sit reip: in Senatus dignitate, authoritate, et maturo consilio. Quam in re fidem meam et debitum M.ti vestrae duxi quoque testatum facere.

Anthonius Vrantius Or. reginae Isabellae Sigismundo. I.o regi Poloniae

Ser.me Rex, et domine ac Princeps mihi clemen.me. Post humillimam mei ad pedes M.V.S. commens.

ſktoremi mi weſpolek a nie rozdzielnie Sgiem a ra:
dę. o rzeczi poſpolitei mieć w Crakowie a nie indziei
chcemi. Bo ieſli bi ich M. radami naſſemi bedac
inaczei. a nad wolią naſſe ku zlemu przikladu a
nie poradzie naſſei czinili. Nie mogli beſmi tego za
dobre przimowac i rozumieli beſmi w tem nieia:
kie vblizenie doſtoienſthwu naſſe⁹. Iakoz iednak i to
co ſsie iusz ſtalo iz bez woliei naſſei a po przeloze:
niu Seimu S Piotrcowa do Crakowa ziazd ſobie
opowiedzieli ich M. ſ Polſki nie malo nam nielubosczi
przinioſlo. o czim chcemi z ich M. gdi v naſz bendą
i zinſzemi pani mowicz.

To tesz co do naſz piſſali. ze bi ſsie obladzenie ſthalo
ſ Cancellariei naſſei ze nie piſſano w liſczich ani
przez poſli wskazano do Sliachti. abi z zupelnemi mo:
cami poſli obrali Xiane Bielſkie obmowi. i wi:
wiedzie tem obiczaiem iako ſama rzecz ſie w pra:
wdzie ma. isz ſie zadne obladzenie nie ſtalo w pi:
ſaniu. abo w roſkazaniu poſlow. bo i poſlom dano
na liſczich naſſich roſkazanie. ktore liſti do nich pi:
ſano. iz bi mowili o moc zupelną abi bila poſlom

dana s Seimow powiatnich obranim. J do Sliachti nie
inaczei Urzad listhow pissano ieno iako i za pierwssich
nasszich Cancellerzow pissane bili co kopiiami z Re:
gestrow Xiadz Bielinski poswiatczicz badzie mogl.

Responsum à domino Luca Epõ Cuianiensi ad precedentem legationẽ

Xieze mili Bielinski wyrozumialem z listhu i sspo:
selstwa Crolia ie° M. me° Milosciwe° Pana. przez
twa milosc vczinione° Isz ie° C M. raczi nie wdziecz:
nie przyimowac to co ssie przez Pani ich M. w Cole
na Seimie stalo. iako bi to bicz mialo. nie tilko nad
wolia lecz ku vblizeniu zwierchnosci ie° C M.
tak iako to t M. szerzei powiedziec z ginim poruczo:
niem raczil. ku ktore° takowe° roskazaniu ie° C M.
zdalo mi ssie za potrzebne to t M. powiedziecz. Isz
gdi ie° C M. raczil na Sgiem Colski wskazacz. abi sie
panowie ich M. na posliech dowiedzieli i o moci ziaka
bi poslami bili i o Articuliech abi tam rozmowiwssi ssie
na Valnim Seimie. tim snadniei obrona postawiona
mogla bic. gdziesz Panowie ich M. iako iesth iawno od
poslow tego ssie dowiedziecz nie mogli. nie w gini sposob
jedno czyniac dossicz roskazaniu ie° C M. sa rzetelnie
obaczili. abi ssie bili s Posli w Piotrkowie tilko ku do:
wiedzeniu tei rzeczi ziechali. abi wedlie ie° C M. ro:
skazania mogla bi ssie bila tak rzecz namowicz izbi
tim snadniei Sgiem walni ku dobremu rzeczi pospolitei

mogl bic skonczon iz wie ie° C M. tho niewdzieczne
a nie laskawie przijmowacz raczi. mnie the° sprawa
wiara litho iesth. Tak iako mi ie° C M roskazac raczil
abich do Piotrcowa nie iezdzil. vczinie na them dossicz
woliei a roskazaniu ie° C M. Co ssie roskazania ie°
M. doticze abich komieczmie bess mieskania iechal na
Sgiem do Cracowa. Mam sobie za to iz mie bilo po:
thrzeba ie° C M. tak srogiego ku mnie wskazania
gdess ie° C M iawno iesth iz ia z mlodosci mei zwiklem
kozdemu laskawe° ie° C M. rosskazaniu dossicz czinie
Mam ssobie za to iz mie ie° C M. na tho dostoienstwo
wezwawssi i na wissze acz niedostoine° Stan postawi:
wssi. acz mie w pierwei lasce swei milosczziwie mial
raczicz zachowacz. znaiac izem zawsze dali pan
Bog ie° C M. i rzeczi pospolitei wiernie cnothli:
wie sluzil. co ie° C M. skutkiem poznawac raczil
wedlie moznosci mei. a na mei acz nie dowscipnei
wssakoz ia to od ie° C M. iako me° naimilosciwsse°
Pana sspokora przijmuie. Czo ssie iechania do
Cracowa dotiecze. sa thego pewne przicziny. ktore tess
ie° C M przez mie mogli bicz powiedani. przec ssie
mnie przed ine winikac. nie godzi. wssakoz pana
Boga wssechmogace° laski w thim wziwaiac. bede
ssie w them tak zachowiwal iako ani od ie° C M.
ani zadnego winowan bicz nie bende mogl slussnie.

Seruitutem

Consiliarii regni Polonie in Conventu Piotrconiensi congregati. Sigismundo primo Regi Polonie

Servitutem nostram addictissimam perpetuamque M. V. R. sub-
misse in primis defferimus.
Non ignorat Mtas V. Regia Palatinatum Sandomiriensem
dimidiam fere partem esse minoris Poloniae excepta Russia
cuius Palatinatus homines honesti et Nobiles queruntur
magnas dilationes et intermissiones sibi fieri a judicio
terrestri in administranda iustitia, etiam cum habet judi-
cem et subiudicem quemlibet diligentem. Itaque propter
magna locorum in quibus iudicia exercentur intervalla
causarumque multitudinem plurimae causae pendere so-
lent non decisae ad X. XV. atque etiam XX annos ma-
gna cum iniuria et incommodo hominum. multa multorum
producta et monumenta pereunt, dum festinatione iu-
dicis in acta non refferuntur nec inscribuntur.

Quae hoc sunt ipsis graviora et intollerabiliora, quod
vicinus Palatinus Lublinensis licet longe minor tamen
duos judices habet. Palatinus autem Russiae quinque.
postulant igitur Nuncii Palatinatus illius nomine totius
nobilitatis, et ipsorum petitis, reliqui omnes Nuncii
non inviti assenciuntur, nobis quoque minime adversan-
tibus, ut ipsis tres Judices, tres subiudices con-
stituantur. Nempe Sandomiriae et Chenczini unus
alter Radomiae, et in Opoczna, tertius Vislicie,

et Lithuaniae quod commodissime fieri nunc potest quando judex et Subiudex mortui sunt. Notarius quam diu iste qui nunc est obtinebit, ut fungatur suo munere apud omnia illa tria Judicia per viccarios et substitutos iuratos emolumentaque omnia percipiat. quando vero vel euehi eum ad altiorem honoris gradum, vel quod absit mori contigerit, ut tum demum tres etiam Notarii constituantur. Itaque rogamus omnes pariter cum Nunciis Maiestatem vestram Regiam, ut eorum hominum aequas ut arbitrantur preces exaudiat, collatoque quam primum Palatinatu Sandomiriensi trium Judicum totidem Subiudicum electionem indici eis iubeat. Consuluerit in eo plurimum Maiestas vestra Regia utilitati et iustitiae bonorum virorum, quos etiam male habet improbitas et perfidia ministerialium quos vocant, quibus uti coguntur ad contestanda damna et iniurias. Non usuri si iudices et Subiudices propinquos haberent, iis enim potius ut pote probis, et fidedignis viris uterentur, celeriusque et expeditius omnino suum quisque ius obtineret. non dubitamus Maiestatem vestram Regiam, ad eorum haec et nostra omnium postulata voluntatem suam benigne accomodaturam esse. Quam ut Deus opt. Max. diutius sospitem seruet, et incolumem assiduo precamur. Piotrcouiae XXIIIa Marcii. MDXLII°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Isabelle Regine Hungarie

Sigismundus I. Rex Poloniae

Ser.ma etc. Nihil est quod nobis gracias agat M.tas v. de pecunia sibi per nos suppeditata. Functi enim sumus officio nostro paterno, quod in nobis nunquam desiderari a M.te v. patiemur. Quare et hoc summa cura et diligentia facturi sumus quod a nobis postulat, ut rationes illius in tuto collocare conemur. Illud inprimis, ut ex his locis in quibus nunc est ad nostrum Regnum commigrandi ei facultatem faciamus. Non pridem advenit huc generosus Petrus Lubomirski Aulicus noster, qui nos etiam consueto morbo nostro laborantes invenit. Ex quo iam Dei beneficio recreari et convalescere cepimus. Simul atque tamen redi(i)t is, quamlibet egri, nulla prorsus mora interposita, ad Consiliarios Regni nostri qui nunc Piotrcoviam Comitiis intersunt Cubicularium nostrum misimus, qui ut celeriter suum nobis ea de re consilium perscriberent admonuimus, quod quidem in horas expectamus. quamprimum eius participes facti fuerimus, dabitur a nobis opera ut quod sine Regni nostri periculo fieri poterit M.ti v. prospicere possemus. Illud nos reddidit non nihil perplexos quod renunciatur nobis per Consiliarios suos M.tem v. nova quaedam pacta fecisse, iamque de eo quo commigrandum illi sit transegisse, qua de re nihil esse nobis a M.te v. scriptum satis mirari non possumus. Quod si ita se res habet, quemadmodum pro certo nobis dicitur, pugnare id cum eo videtur quod Aulicus nobis noster nunciavit

Nos nihilominus paterno nostro officio defuturi non sumus
Sed a M^te v. de novis iis tractibus iis certiores interim
fieri cupimus. ut ad rem nata consilium nostrum accomodare
possimus. Datum Vilnae xxi. Marcii. Anno dni M° D°
XLii°

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis Terrarum Prussie

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Rndi et Mag.ci etc. Quin offensus fuerit nonnihil animus
noster, quod a S. et f. vestris nihil postulationibus nostris da:
tum loci fuerit obscure ferre non potuimus. Monebat nos rei
indignitas, quod non eam quam par erat nostri rationem vide:
bamus haberi. Neque vero minus monebat id, quod cum tot ad
Comitia Legationibus usi non privatum nostrum, sed publi:
cum terrarum nostrarum Prussiae commodum quesivissemus
nihil nobis tamen profici potuerit. Itaque repulsam hanc
sive, ut S. vestrae vocant protelationem in eam partem
acceperamus, ut abiecisse S. et f. vestras terrarum ista:
rum Prussiae curam et Reip.cae rationes quibuscunque tan:
dem de causis, posthabuisse prorsus interpretaremur.
Ea enim nunc sunt tempora, ut non protelatione, sed actione
opus sit, si salvam esse Rempub: volumus. Nam nisi cito
subventum sit, periculum est, ne quod Deus omen obruat
frustra deinceps subveniendi rationes quaerantur. Quare
iustis rationibus commoti fuisse videmur, quod quorum
rationibus omni ratione prospectum cupiebamus, eos
et dignitatis nostrae parum memores, et publicae Patriae
suae utilitatis, prorsus oblitos esse credebamus.

Sed lectis litteris S. et f. vestrarum et prudenter et offitiose scriptis, facile sumus adducti, vt voluntaria obliuione, quae acta essent, omnia contereremus. Fuitque nobis id gratum, quod S. vestrae et erga nos obseruantiam et erga patriam suam studium non vulgare declararunt. Quodque ipsi a nobis postularunt vt Nuncium ad Comitia terrarum istarum mitteremus. Spem haud dubiam ostendentes fore, vt et postulationis nostrae et presentis necessitatis, quae non Regno maior nostro quam terris nostris Prussiae impendet, ratio habeatur. quoniam vero, quod litteris ad nos suis S. et f. vestrae perscripserunt, id ipsum ita futurum aliquanto a nobis confirmauerat Reverendus Do. Samuel Episcopus Ploccen. Regni nostri Procancellarius, cuius consiliis adducti, misimus non ita pridem Cubicularium nostrum. Nunc a S. et f. vestris postulamus, atque eas hortamur, vt operam suam interponant, ne idem in hac, quod in aliis nostris Legationibus, nobis eueniat. Vident S. et f. vestrae quae nunc sint tempora, quantum in discrimen adducta sit vniuersa respub. Christiana. Quod nisi nos Deus respicere fuerit dignatus, nisi hanc mentem nobis dederit, vt priuatarum rerum cura posthabita, coniunctis et animis et viribus, in tuenda reipub. studium incumbamus, quae sint metuenda, facile pro sua prudentia S. et f. vestrae perspiciunt, sed haec Orator in Comitiis noster narrabit copiosius. Porro quo minus asseruetur pecunia, quo in loco S. et f. vestris visum fuerit, et ratio de perceptis reddatur, causam non dicimus. Nos enim non in nostrum priuatum vsum, sed in reipub.cae necessitatem contribui eam postulamus. A qua quidem Contributione neminem immunem esse volumus. Quam obrem et ad nostrae Ciuitatis Gedanen. Senatum scripsimus, vt quam pecuniam nostro nomine exactam concessu nostro in suam Ciuitatemque

vsu conuertebat, eam deinceps cum illa coniungat, quae fu:
erit a reliquis terrarum nostrarum Prussiae ordinibus collata
Quod ut ita fiat. S. et f. vestris curae esse volumus.
quae quod constitutionem terrarum nostrarum Prussiae faciunt
mentionem, nihil nos ea re offendi recte sibi persuadeant
Neque enim aut fecisse nos quicquam contra illas, aut facere
unquam velle suspicari recte potest. Quod adstringi pe:
tunt Judicia S. et f. vestrae, atque a cognoscendis causis Ci:
uilibus se liberari, satis ne id expediat, nos quidem non
videmus. Ipsae secum diligentius reputent, ac quid petant
considerent. Nos tanta de re nihil nobis esse statuendum
putamus, nisi cunctis terrarum nostrarum Prussiae ordini:
bus consencientibus. Quam ob rem in his Comitiis
S. et f. vestrae, in omnes partes accurate despiciant
sit ne e re futurum, ut qua cupiunt ratione adstringan:
tur Judicia, quam cupiant hoc onere leuari S. et f.
vestrae, facile nos quidem perspicimus: sed an idem
cupiant ii quorum interesse videtur, ut ad Comitia
fiat appellatio, certi et explorati nihil habemus.
Nollemus autem ita optimatum desiderio per nos satis:
factum, ut qui sunt inferioris loci atque ordinis, his que:
rendi de nobis occasionem dedisse videremur. Quod si
idem cunctis ordinibus visum erit, nos quod ex usu omnium
fore videbitur, non grauatim faciemus.

Quod suadent S. et f. vestrae, ut propter ea pericula, quae
nostro Regno grauia nunc impendere videntur illi nos
restituamus, quo praesentibus emergentibus malis consulere
possimus id nos Deo bene iuuante, libenter sumus fa:
cturi, modo ut prius magni Ducatus huius nostri quieti
consulamus. Cuius rationes postquam fuerint per nos
constitutae, consilium S. et F. v. secuti in Regnum nos no:
strum conferemus. Vilnae penultima Marcii M° D° XL ii°

Legatio à Ioachimo Marchione Brandeburgen. ad Sigismūdū primū regē Poloniē

Salute dicta et eam quam patri filius debet obseruantia

Non ignorat M^tas^ vestra. Regni et Marchionatus terras praeteritis annis clausas fuisse. ita vt subditis M^tis^ vestrae mercatoribus. non fuerit permissum in Germania ad mercatum proficisci. vnde at Ill.^mum^ dominum Ducem. et ad Ciuitatem eius Francofordien. non paruum detrimenti emporii ratione perueniebat. Quamuis autem inter M^tem^ v. et Ill.^mi^ Domini Marchionis parentem ante viginti annos de Emporio contractus quidam facti et descripti fuerunt: nimirum vt citra vllum impedimentum subditi M^tis^ v. per vniuersam Marchiam Francofordiam vsque mercari possent. Quoniam vero postea permissum est Mercatoribus euehere merces. ingens exeo damnum accepit Marchia: ita vt nisi antiquatum sit edictum de via claudenda. certis contractibus. commodis futuris incredibilem iacturam Marchia sit factura.

Non meminit autem Ill.^mus^ Marchio. quod sua hoc culpa acciderit. propterea quod offenderit aliquem M^tem^ v: quin etiam affinitatem cum illa contraxit. Quod si aliqua bella orirentur contra M^tem^ v. quae Deus auertat. promittit Ill.^tas^ eius. non modo cum vniuersa Marchia. sed etiam in propria persona cum amicis suis in auxilium venire ad Regalia eius defendenda. Spem habet quod et vestra

Mti non ipsius modo Ill.ti bene affecta, sed etiã terris eius sit tanquã clemen.mus Rex, defensor et tutor. Ac ideo petit ut antiquare velit edicta sua. Diuina autem dispositione factũ est, ut hac de re consultare Ill.tas eius, ꝙ media quædam utriusqz terris utilia sunt inuenta modo Mtas vestra velit iam ordinare pro suis et Illis eius ac terrarũ utriusqz commodis, secundũ quod Ill.tas eius se gerere sciet, quod se obedienter facturũ offert.

MAnifestũ est, ꝙ plurimũ mercium ex ditionib. Mtis vestræ in Germaniã deportaturi et quoniã ad varia loca merces exportantur, non potest Mtas v. certã habere scientiã de vectigalibus et ponderibus: consulit itaqz dominus Marchio, ut Mtas vestra omnes merces quæ Centenariis ponderantur et in Germaniã feruntur, per Posnaniã ferri iubeat, ita ut Cæsarea Mtas per Antuerpiã. Nouit enĩ procul dubio Mtas vestra, ꝙ multis seculis ex Portugalia Venetias versus merces vehebantur, sed post affinitatem contractã inter Cæsarem et Regem Portugaliæ vehi Venetias desierunt et magno commodo Cæsareæ Mtis, multorũ millionũ Antuerpiã vehi cœperunt. Quod si ad eundem modũ ad commodũ Regaliũ domini Marchionis Centenaria bona per Posnaniã veherentur tum habitura esset Mtas vestra Legittima pondera et vectigalia augerentur, hac ratione commoda Mtis vestræ ædificarentur, meliorarentur. Præcipue Posnania magnũ esset emolumentũ perceptura, ita ut nullis verbis satis queat explicari: fiscus Mtis v. multis millibus Ducatorũ augeretur.

Quoniã vero ex ditionibus Mtis vestræ multa ad loca boues aguntur, neqz reperitur locus ullus aut portus

rerus quo agi possint cum subditorum M^tis v. commodo.
Petit M^tem vestram D. Marchio quicunque boues ex ter-
ris illius in Germaniam acti fuerint, vt agant^ur Francfor-
diam, et ibi sit emporium et mercatus ibi ter quotannis
habeatur, quod vbique per omnes Imperii status dominus
Marchio promulgari faceret, futurumque id esset magno cum
Regni commodo.
In ditionibus M^tis v. et in Marchia minore sumptu a-
gere potest mercator, quod longe secus est, si per alias terras
boues agat: immenso enim sumptu grauatur non solum ve-
ctigalibus, pascuorumque caritate: sed etiam quemadmodum ex
fide dignissimo, et omni exceptione maiore teste Isaac Iudaeo
cognoscere licet, qui duxit eo equos Turcicos, ex quo in-
terroget M^tas v. est enim fide dignus: is vno die quinque
millibus flor per practicas mercatorum Germanorum est
emunctus: et coactus est boues minimo vendere quod
ne postea fiat in gente tam sancta et electa prouideri potest.

Tertio ne M^tas vestra aliquid esse petulantiae putet
in domino Marchione in hac re, ex qua non modo ad
Marchiam, sed et ad vestrae M^tis fiscum, plurimum emolu-
menti peruenit. Experta est procul dubio M^tas v^ra
quod non recipitur moneta illius in Germania, qua ex re
multa millia coguntur amittere subditi Mercatores
M^tis vestrae. Tunc sciat M^tas vestra, quod Deus e caelo
domino Marchioni magnam faelicitatem tribuit, quod tantum
argenti aquisiuit eius Ill.^tas, vt cogitet cudere taleros
eodem valore et pondere, quo cudit Ser.^mus Rex Rom.
et dominus Dux Saxoniae. Rogat itaque M^tem vestram
vt se cum Ill.^te eius et moneta eius velit aequare. Et si
hoc posset apud M^tem vestram obtineri, vellet dominus
Marchio eodem grano pondere, et valore, in terris suis

moneta cudere, ac serio mandabit, ut per totam
Marchiam Mtis vestrae moneta accipere teneantur,
ita ut suam ipsius: petendo, ut eidem sua moneta
in Regno Mtis v. accipiatur, ut ne utrobique permu:
tatione sit opus. nam et Imperii, et Regni mercatores
Francofordiae moneta inuenire possent, qua citra per:
mutationem, utrique parti satisfieri posset quod quotannis
multa millia afferret in commodum terrarum Mtis vestrae.

Summa summarum ut Mtas vestra incredibile commodum
cum ingenti consolatione sua percipere possit, debet sci:
re quod tam per fluuium Vartam, pro multis millibus flor.
versus Francofordiam, et Stetin frumentum est demissum.
Si Mtas vestra centenaria bona permitteret nauigio
imponi Posnaniae, inde possent peruenire Francofor:
diam sumptu minore, posset tantum tributum inde cadere
Mti v. Posnaniae, ut nulla id oratione explicari possit:
hac ratione quod dat mercator vectori a singulis
Centenariis, versus Francofordiam singulos flor. flumi:
ne peruenire posset, quinque aut sex grossis: de reliquo
daretur Teloneum Mti vestrae. Deinde nullum est dam:
num metuendum in flumine. Nam scit Mtas v. quod in
Mezeritz per predones magna damna fiebant, quae per
haec consilia caueri possunt. Quod vero attinet thelo:
nea persoluenda D. Marchioni a mercatoribus Regni
vestrae Mti potestatem permittit, quantum sit soluendum
statuendi ut ne suspecta sit eo nomine, quasi grauare
velit Regni mercatores.

HAEc sunt quae postulat Ill.mus D. Marchio quae si obtinu:
erit, tum vestrae Mti clemen.mo et char.mo Regi domino
et patri suo omni obed.tia filiali promereri studebit.
Et nos gens sancta et electa sicut Mtis v. obedientes
famuli, volumus nos commendatos esse Mti vestrae, sub
spe consolatorii boni et clemen.mi responsi.

Responsum à rege Sigismundo primo datum Nunctio domini Ioachimi Marchi: onis Brandeburgeñ Vilnè penultima Marcii 1542

QUæ a D. vestra Ill.mi D. Marchionis nomine
sunt renunciata ea S. M. Regia probe intellexit ac
primū quidem agit gracias Ill.mo Do. Marchioni filio
suo char.mo quod ea consilia quæ ex usu et totius Re:
gni et magno S. M. eius commodo fore arbitrantur cū
illa communicauerit, viamq; et rationem ostenderit
qua ingens ad vtriusq; ditionem emolumentū peruenire
possit. facile perspicit S. M. Regia, hæc ex summo Ill:
eius erga se studio proficisci. atq; hunc eius animū com:
plectitur. Cæterū de re tanta fas non esse putat sibi
quicquā statuere. nisi eam prius ad Regni sui Senatores
et Consiliarios detulerit. Itaq; de ea consultationem
in ea quæ proxime in Regno Comitia habebuntur, reii:
ciendū putauit. Vbi quod erit sententia omniū ordinū
constitutū, de eo faciet Ill: eius certiorem. Porro quod
petit Ill.mus Princeps dari sibi potestatem Imperii sti:
pendio aliquot hominū millia e Regno nostro educendi
quod sine illius periculo fieri possit. in eo quoq; agno:
scit S. M. R. non vulgare studiū erga se Ill. eius
quod nihil petendū existimet. quod sit cū Regni
periculo coniunctū. sed hoc non ignorare Ill. eius
sibi persuadeat. absq; magno Regni discrimine facere
S. M. Regia non posse. vt suis contra Turcas mili:
tandi potestatem permittat. quibus cū fœdus. cū illi

sit violatum. id interpretaturus esset Caesar Turcarum si cuiuscunque tandem orae in adversariorum suorum Castris homines S. M. Regiae versari videret. qui si unum etiam aut alterum ex Regno contra se militantem videat expostulare consuevit. quanto id esset acerbius laturus ut ruptum prorsus foedus interpretaturus. si aliquot millia educta e Regno perciperet. huc accedit. quod ipsa quoque M.tas Regia. opus habitura videtur militibus contra Tartaros et Valachos. quos in Regnum ditionesque suas. incursionem cogitare intellexit. Quorum vim ut propulsare queat. retinenda illi sunt Regni praesidia. bona itaque spe est. M.tas S. Regia Ill. eius eum et necessitatem qua premi videtur. et pericula. quae Regno impendent secum reputaverit. in optimam partem accepturam. quod huic illius desiderio satisfacere S. M. Regia non potest.

Quod consilium sibi dari petit Ill. eius. a S. M.te Regia quandoquidem defertur Ill. eius. supremi Ducis Exercituum officium. utrum suscipiendum necne censeat: Videt S. M.tas Regia. coniunctum hic cum summo honore summum esse periculum. ac honorem quidem tantum Ill. eius delatum plurimum gratulatur. Sed pro paterno suo erga illam animo non potest. de periculo. quod subeundum videt. non esse vehementer sollicita. Quoniam vero nullum praeclarum facinus absque periculo esse potest. atque una haec est ad summam gloriam perveniendi via. Si quis periculum adire pro aris praesertim. et focis pro patria sua non recuset. non dissuadet S. M. Regia. quominus quo mandatur Ill.ti eius provinciam. ex qua tantum laudis. et gloriae consequi potest verum etiam atque etiam ut et suas. et adversariorum vires secum expendat. hortatur. neque nisi cum apparatum viderit qui par sit ad hostilem impetum propulsandum. munus hoc

subeat

subeat, nam cum hostis hic dedit multa documenta vi-
rium suarum et sine certo periculo contemni non possit. Ex
re itaqz nata consilium Ill. eius capere poterit, neqz nisi
virium satis habeat, nisi et exercitum validum, et apparatum
bellicum ad repellendum hostium vim idoneum videat munus
hoc suscipiet. Quod si susceperit, precatur a deo S. M. Regia
Ill.ti eius prosperos successus, faelicesqz, quo ductu illius et
auspiciis, re bene gesta victoriam et triumphum de hoste de-
portare, ac cum suo nomine, ingentem laudem et gloriam
comparare, tum vniversae reip.cae periclitanti, eo adiu-
vante, qui vera salus est salutem afferre queat.
Quod vero vltro promittit Ill. eius se rationibus Ser.mae
dominae Reginae Hungariae praesto adfuturam, Deo gra-
tias agit S. M. Regia, atqz cum hoc officio fungetur
vt omni ope illi adesse velit, rationesqz eius consistu-
re, magnopere petit S. M. Regia, alteri illius filiae
suae sorori suae ne desit, qua re cum sibi laudem concili-
abit, tum ipsam S. M. R. magno beneficio obstringet
quae lubens factura est, vt mittat etiam ad Ill.mam Con-
iugem Ill. eius filiam suam charis.mam qui illam consoletur
et dolorem eius mitiget, quem ex absentia Ill. eius
perceptura esset.
Quod superest a D. vestra postulat, vt cum ad Ill. eius
redierit quam officiosissime S. M. Regiae verbis eam
salutet, omnem a Deo faelicitatem precetur, ac omnia
a M.te eius paterna officia deferat ac polliceatur.

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie, Nunciis Ioachimi Marchionis Brandeburgen. et Hedvigis uxoris eius, Reginule, datum Vilne Aprilis 1542

Sacra M^tas^ Regia sane intellexit quae fuerit postulatio Ill.^mae^ dominae Hedvigis filiae suae char.^mae^. Pro paterno suo erga Ill^tem^ eius amore, cuperet vehementer illius desiderio satisfacere. Quid enim illius M^ti^ gratius accidere posset aut optatius, quam si Nepotem suum suavissimum affluentem fortunis omnibus videre daretur in quo amando nihil his ipsis, qui eum genuerunt Ill.^mis^ parentibus concedit, quod eum sibi Jure suo vendicat, et suum esse filium, aut si quid filio potest esse charius contendit nunquam ut ipsi magis Ill.^mi^ parentes omnibus copiis et ornamentis eum auctum cupiant, et honestatum quam quantopere id ipsa cupit Sacra M^tas^ Regia. sed et serius venit D^o^ vestra ad eam dignitatem quam petit mandata, etsi maxime tempori venisset, veretur tamen M^tas^ eius, ut aliquid proficere potuisset. Nam per constitutiones Regni in quas iuravit M^tas^ eius, non modo Senatorias dignitates sed ne minora quidem officia alii auferre cuiquam licet qui non sit indigena. Nominatim autem illud cautum est, ne Principum quorumcunque liberi in Senatu Regni locum habere possent. Recens eius rei exemplum, Ill.^mus^ ipse Dominus Marchio meminisse potest, cum ante annos plus minus viginti Plocensis Episcopus esset mortuus in demortui locum suffecerat Sanct.^mus^ Dominus noster eius sororis filium, quem

pro hac tam arcta necessitudine in eu locu provectu Sacra Mtas Regia, cu lubens admodu videret, adeo fuit reclamatu ab omnibus Regni sui Consiliariis, nulla ut ratione adduci potuerint, ut eu in consilio locu habere paterentur, ita ut invito etiam Pontifice, cuius, ita ut esse debet, summa est apud nos authoritas, aliu Plocen. Episcopu eo quem Sanctitas eius volebat reiecto necesse fuerit per Sacra hanc Mtem Regia nominari. Quamobrem hac quidem in parte quod maxime vellet gratificari Mtas eius Ill.mae filiae suae nequaquam potest. Sed si qua via et ratio alia ostendi posset amandorum Nepotum Mtis eius, nullu in se benevolentissimi avi officium requiri patietur, faciet omnia sedulo, ut omnes intelligant, studium Mtis suum nequaquam defuisse.

Quod vero cupere se significat Ill.tas eius Ser.mum Dominum parentem suum Sacram Mtem hanc Regiam visere, gratissima accidit Mti eius voluntas haec illius, qua suam erga paternam hanc Mtem eius pietatem declarat, quae certe non minore illius, quam illa huius visendi ardet desiderio. Quam enim in terris voluptatem capere posset maiorem, quam si charissimam filiam alloquendi, si parvulos ex ea Nepotes, ex collo pendentes videndi et complexandi potestas daretur. Nullus in vita dies illucescere posset Mti eius laetior quam quo haec illi facultas divinitus esset oblata, quam dari sibi quantopere expetierit, ipsa testis esse potest locuples Ill.tas eius. Nam quo tempore maxime videbatur id esse opportunum, cum nuptias Ser.mo filio suo faceret, magno studio Ill.tem eius atque una Ill.mam Coniugem eius ad illas invitavit; qua tunc occasione neglecta, non facile similem aliam offerri posse videt.

Deliberatum est nunc M^ti Regiae Cracouiam proficisci,
quo si Deus quod speramus et optamus eam incolu:
mem perduxerit, excipiant eam ibi aestus Comitiorum
in quibus vix respirandi dabitur ulla facultas. Gra:
uissimis enim de rebus habenda erit consultatio ut
longe subsellii futura esse videatur: succedet postea tem:
pus gerendis iam rebus aptum quo magnos futuros motus
M^tas Regia praeuidet. Itaque quem diem Ill^tis eius
constituat ad se veniendi, statuere adhuc non potest
verum ubi Cracouiam Deo bene iuuante, incolumis aduene:
rit absolutis Regni Comitiis, quo tempore id commodius
fieri queat dispiciet. Interea vero et Ill^ti eius ac Illmo
domino Marchioni Principi Electori liberis suis char.^mis
faelicis.^ma quaeque praecatur, ac a Do.^ne vestra postulat
ut eum ad Ill^tes eorum sana quod optat redierit, quam officiosis:
sime illas verbis M^tis Regiae salutet. Cui nihil potest au:
ditu gratius accidere quam si Ill^tibus eorum ex animi
sententia cadere omnia intelligat, quas optat quam lon:
gissimo tempore diuina clementia incolumes conser:
uari.

Sigismundus primus Rex Polonie
Judicibus Camere Imperialis

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Mag.ci, Generosi Strenui et eruditi amici sincere nobis di-
lecti. Quae scripserunt S.tes vestrae de causa Lucae Ra-
zek et Joannis, ea sane intelleximus, sed ad litteras nras
nihil nobis responsum esse videmus, quod nobis mirum non est.
Neque enim ullo iure fieri posse intelligunt S. vestrae, ut va-
leat executoris sententia non valeat iudicis. Non i-
gnorant causam fuisse in Regno nostro Judicio terminatam,
neque preter executionem quicquam defuisse, quo minus
ad Jus suum noster perveniret. Interea tamen scribunt no-
bis de iuratoria cautione per Lucam praestita, ne acti-
onem suam si quam adversus Joannem habere se preten-
deret, coram alio quam ordinario iudice et competenti
intentaret. Quemadmodum ad cautionem hanc praestan-
dam per Joannem adactus sit de eo tacere satius du-
cimus. Sed actum ut ageret, et de nostro Judicio aliud esse
iudicium vellet, id a S. vestris decretum non est. Cum itaque
non egerit modo sed etiam peregerit causam suam ante
praestitam cautionem hanc et rei per nos iudicatae
executionem Noremberge postulaverit. Expendant
secum Sertes vestrae decuerit ne officium Norembergense
ut nostrae sententiae iudices pro executoribus esse vellent
atque illud una considerent ferendane nobis sit haec indi-
gnitas. In eo pendet tota haec controversia iudicesne
an Executoris sententia valere debeat. Miserunt

ad nos Norembergen sententia a se latam post fide:
iussoria cautionem a Luca praestita in latinu versam
quae cu lecta coram nobis fuisset. vidimus sententia latu
vbi neqz actor. neqz reus. neqz iudex erat vllus. Lucas
eni nulla de re Joanni actionem intentauit. neqz vt co:
gnitio fieret. per Judiciu Norembergen postulauit. sed
rei per nos Judicatae. executiones decerni petiit.
Hic loco executionis decretu factu est. quod nullo Jure
licere intelligunt S. ves vestrae. Et interea tamen a
nobis postulant. vt cu Jus suu homo noster consequi
non possit. jus illi tamen pignorationis non concedamus
quod vnu esse solet in his casibus remediu Juris conse:
quendi. Nos si quae cogitant vicissim Norembergen
ea non mouent. sed pro eo studio quo sumus erga Ser.mos
et excellentiss. fratres Imper. et Regia Rom: Mtes
fratres et consanguineos nostros char.mos nollem illaru
subditos cu nostris committere. Itaqz nonnullis etiam
Regni nostri Consiliariis hoc a nobis petentibus. con:
sultationem de causa hac. ad felicem nostru in
Regnu reditu reiecimus. Et vt aequitas nostra nota
sit omnibus. si conuenerint Ser.mi Domini Romanoru
Regis et nostri commissarii. quemadmodu conuenire
debent. causae huius cognitionem libenter eis permittemus
vt planu fiat omnibus. nobisne nostru hominem. an suu
Ciuem Norembergensibus deffendendi causa sit iustior.
Optamus S. vestras bene valere. Datu Vilnae Die pe:
nultima Mensis Marcii. Anno dni M° D° xl ii°

Possełsthwo do Czessarza Tureczkiego Iacubowi Viliamowskiemu dat. Vilne vigesima tercia Aprilis 1542

Gdi przÿiedzies do Cessarza Turecko: na dwor przedkiem wedlie obiczaiu Bassam sszie opowiesz starssim a one imieniem nasszim i Sina nassego iakosz przed thim zwikl to iesth thi ktorzi sprawuia rzeczi na Cessarskiem Dworze a wedlie potrzebi starssemu snich abo i drugim iako sszie tam bendzie zdalo powiesz zes przÿiachal od nas Cessarza ie M. zdrowie nawiedzic a prossicz bendziesz abi ciez dano czas slisszenia v Cessarza ie M. a iesli ze ktori starssi abo ten ktori iesth w lassce Cessarskiei Bassa chcialbi wiedziecz pierwei mianowiczie wsitko o czosz przÿiechal do Cessarza tedi mu powiess summarie tÿ Articuli ktore na dolie wipissane ssa a themuz starssemu sprawci abo themu ktori w wielsszei lassce Cessarskiei iest vpominek od nas dawssi bedzies go prosziel i zadal o tho abi w thich sprawach w ktorichess poslan bil dobrze a richlo odprawion.

Bedziess thesz zadal a prossil tegoss basse ktoriez sszie bendzie zdal nam prziichilnieissi abi nass zaliecal czesto Cessarzowi ie M. przÿiacziellowi i brathu nassemu a bil nam i rzeczam nasszim na Dworze Cessarskim prziichilnim co iesli mi znacz bedziemi tedi iemu za to przÿiacziellem bedziem.

Kiedi bendzess przed Cessarza prziipusczon tedi powiess od nass i od Sina nassego Cessarzowi ie M.

pozdrowienie brackie i przijacielskie . pothim powiesz
temi slowi . Crol ie° M. Polski pan moi przijal mie
do v. Ces. M. ktorego on zdrowia i sczesczia v. C M.
wesspolek i s sinem swoim Crolem mlodem ie° M. Sprzi:
iaie na dlugie czasse . nie inniei iako sobie . a iako bra:
thu a przijacziolowi sswemu milemu

Dziekuie tess Crol ie° M. Polski pan moi ess go . v. C M.
przez posla swego nawiedzic raczil . a ess mu . v. C M.
dal znacz o zdrowiu . fortunach i zwiczestwie swo:
gim . ktorich rzeczi pan moi v . C M . sprzijaie iako
brathu i przijacziolowi swemu milemu .

Moij tess pan Crol ie° M. Poslal kazal v. C M . powie:
dziec ess iesth dobrze zdrow i s sinem swoim Crolem
ie° M . mlodem a ess iuss ma ssie wroczic do Coroni Pol:
skiei s tam tich dalekich stron a pansthw swoich . w kto:
rich przez then czas mieskal . postanowiwsi i spra:
wiwssi wsiczkie rzeczi dobrze s sassiadi i z inimi przi:
iaczielmi swoimi . o czim . v . C M . dawa znacz iako
przijacziolowi sswemu rozumiejac iemu ess to co sie
dobrze wiedzie panu memu , bedzie . v . C M . wdziecznio .
Dziekuie tess Crol ie° M . pan moi v . C M . iss V . C M .
[3]corke nassze [1]Crolowa [2]wegierska ie° M i s sinem
iei M . wnukiem pana mego . w obronie swei chowacz
raczis . a ess v . M . C . dlia ich dobrego . wielkie czinic
moznoscia swa raczis . bo tak sprawiono Crolia ie° M .
pana mego i . v . C M . roskazal panom wegierskim .
abi oni bili wierni Crolowei iei M . wegierskiei i
sinowi iei M . a izbi Crolowa bila pania s sinem
swoim Siedmigrockiei ziemie i iich pansth wsitkich
i zamkow . i miasth . ktore ssa na thy sthrone czissi
za co Crol ie° M . i ssinem swoim . v . C M . dziekui:
ie i wdziecznie to przijmuie iako od bratha i
przijacziela swego milego

Moglbi pan moi dziewce swoiei i wnukowi swoiemu po:
magacz kiedi bi bili w thrudnosczach wielkich iedno esz
to powiedzial esz panowie Węgierszei mieli nadzieie
w obronie v. C. M. i ssam thesz pan moi nie watpil w thim
ess v. C. M. iako przijaczel i ssassiad pana me° bedac
tam bliskim a przileglim Coronie Węgierskiei a wiedzac
ess pan moi w dalekie stroni odiachal nie mial v. C. M.
zadnei krziwdi i cziszkosci dopusczicz czinic corce
i wnukowi ie° C. M. i dla tego pan moi ani woiska
zadnego slal ani ludziom swoiem dopusczil iedzicz
ku pomoci Crolowei iei M. węgierskiei bo sie spusczal
na wiare poddanich C. iei M. węgierskiei a na przi:
iazn v. C. M. iako przijaciela i brata swe° ossobli:
we°. ktora nadzieia ie° M. pana moie° nie omilila bo
wie od corki swoiei ess v. C. M. wielka iei laske okaza:
wal w iei thrudnosciach a pothrzebach wie thess to
s powiesczi ludzkiei ess v. C. M. roskazal corcze Crola
i. M. pana mego z ssinem iei dawac wsitkie potrzebi
i opathrzenie z gimienia tego ktore iei M. i wnu:
kowi Crola ie° M. przislussi iednak corka ie° C.
M. wskazala ess wielki nie dostatek i nie besspieczen:
stwo cziepi s ssinem moiem wespolek na tich mies:
cach kiedi dzisz mieszka. Crol ie° M. pan moi
wiedzac to ess iesth powinien krwi swoiei rad bi bil
od thich thrudnosczi corki swoie i wnuka swe° wi:
bawil i wizwolil iedno ess daleko bil i ssthimi
ktorzi sa w moci v. C. M. poczinacz nie niechcial
i przez to mnie do v. C. M. poslal abich opowiedzial
to co ssie corcze i wnukowi Crola ie° M pana
mego dzieie od tich ktorzi sa w obronie i w moci
v. C. M. iako brath i przijacziela swe° ossobnego
pana mego i proszi za to v. C. M. Crol ie° M.

pan moi, abi v. C. M. raczil roskazacz, abi czi kto:
rzi ssa poddani Crolowei iei M. i wnuka bili poslu:
szni iei M. i dawali wszitkie dani powinowate iei M.
a iei M. zebi mocna bila bespieczni ieszdzicz po ziemi
tei ktora iest przez v. C. M. iei i wnukowi. Ciu^o M.
naznaczona, abi kiedibi iei wolia bila iako iei v. C. M.
raczil dopuscziczi, a izbi tesz mogla Crolia przieichac
nawiedzic kiedi bi chcziala i z wnukiem Crolia
ie^o M. ssinem swoiem, abo Crol ie^o M. mogl po nie i po
wnuka poslac kiedi bi chczial posli swoie. bo bi rad
Crol ie^o M. pan moi i ssinem swoiem czesto patrzal
na Crolowa wegierska, i na snia iei M. gdiss ie barzo
milnie, a tess ie possadzil. v. C. M. nie daliecko granic
pansthw ie^o C. M. a wthich rzeczach pan moi prossi
od v. C. M. wdzieczniei i richlei odpowiedzi. bo Crol
ie^o M. pan moi, baczi ess iest pothrzeba abi bila wtich
rzeczach richlo corka i wnuk ie^o K. M. opatrzoni
a czinie nie niechce iedno z wolia i rada v. C. M.
brata i przyiaczielia swe^o. sktorim przyiazn prze:
mierze, milosc bracka, i dobre sassiectwo chce za:
chowacz wedlie obiethnice i zapissow swoich, maiac the
nadzieie o v. C. M. iz v. C. M. laskaw bedzie na Crolowa
wegierska i wnuka i przyiacziolie ie^o C. M. iako v.
C. M. iest przyiacziolem panv memv, wedlie obieth:
nice przissiegi i zapissow swoich.

Iesli czie benda pitacz o pana Posnanskie^o, abo o insse^o
iakiego posla, ktori bi od nas z dari do Cessarza Tur:
iachal, bedziesz mowil isz wiem ze z roskazania pa:
na mego bil possel w wegrzech v Cess. Tur: pan Posnanski
alie nie wiem co sprawowal, bom na then czass daliecko bil
od dworu Crolia ie^o M. me^o pana M. o drugiem nem thesz
slissal iz bil poslan za panem Posnanskiem nie wiem zia:
kimi rzeczami alie powiadano ess nie doiachal, azadni
mowie kedi ssie w wegrzech podzial.

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Sanctorum Quattuor

Sigismundus I Rex Poloniae.

R.me in Christo pater domine domine amice charss.me
honorande. Qui has perfert R.mae P. vestrae frater or-
dinis Minorum a presbitero quodam lacessitus ligno eum
percussisse dicitur. ex quo ille ictu interiit. quod quidem fa-
cinus cum non consulto neque cogitato ab eo patratum sit
Neque enim occidendi animo percussisse Presbiterum videtur
Supplicatum est nobis quandoquidem fratres eiusdem ordi-
nis eum a se reiecerunt. Cumque ultro quamlibet duras
ab eo poenas ut sumerent se patienter laturum recepisset
nihilominus religione prohiberi se dixerunt cum priorum
cetu interdictum ob hoc facinus ei videretur ne in suum
consortium eum admitterent. ut litteras ei ad R.mam P.
vestram commendatitias daremus quo authoritate Ap.ca
absolui possit ab his censuris Ecclesiasticis quas ipso fa-
cto incurrit. Nos quoniam casu magis quam data opera
caedem hanc factam accepimus. Quodque eum admissi
facinoris vehementer poeniteret. dandum hoc supplica-
tionibus quorundam putavimus. Atque a R.ma P. vestra
petimus. ut partes suas interponat quo absolutionem
eiusmodi isthic obtinere. et priorum cetui restitui possit
Rem nobis gratam factura. Datum Vilnae tertia Aprilis
M.D.XLii.

Ciuibus Posnaniensibus

Sigismundus I. Rex Poloniae.

F.

Amati etc. Queruntur iam pridem Rp.dus in Christo pater dominus Sebastianus Episcopus et ven.les Praelati et Can.ci totiusque Capitulum Ecclesiae Cathedralis Posnaniensis sibi suisque hominibus ex Valishewo ingressum in Ciuitatem prohiberi. Quod cum initio propter suspitionem pestis factum a vobis decerneretur, etsi non deerant qui pestem saeuire negarent, tamen quoniam praetextus quidam honestus esse videbatur, ferendum vtcunque putauimus. Nunc pro certo nobis renunciatur iam inde a Mensibus aliquot nullum prorsus in Valishewo contagionis periculum fuisse, et priuato quodam affectu potius arceri ab ingressu in Ciuitatem et Rpn.di Domini Episcopi et ven.lis Capituli homines quam quod publicae salutis et vtilitatis hac in re ratio habeatur quod nobis ferre diutius visum non est. Quamobrem vobis serio mandamus, vt portas Ciuitatis omnes aperiri faciatis, neque ab eis quempiam eorum qui aut Episcopo aut Capitulo eius subsunt exclusum velitis. Si secus feceritis, et grauem nostram indignationem incursuri et mille aureorum mulctam daturi, toties quoties impedimentum a vobis de ingressu factum alicui ex his supra nominatis personis probabitur. Datum Vilnae xii Aprilis Anno Domini M° D° xl ii°

Posnaniensi Castellano

Sigismundus I. Rex Poloniae

MAg.ce etc. Legimus et S. tuae et Ill.mi Joachimi Mar-
chionis litteras. in quibus nobis diuersa admodū scribunt
Hic enī magna possessionū nostrarū partem. quam S. tua
ad fines ~~tuas~~ nros pertinere significat. nobis adimere velle
et sibi asserere videtur. Proinde ea de re vt vtrinq3
Commissarii arbitri de finibus delegarent~~ur~~. statuimus
qui hanc inter nos et Ill.s dominū Marchionem con-
trouersiā dirimant. Id nos velle illi per litteras signi-
ficauimus. scripsimusq3 praedicturos nos ei duos Menses
ante q3 Commissarii isti ad locū finiū controuersorū conue-
niant. Quare hac in re sententiā S. tuae expectandā
duximus. vt quae loci illius Capitaneus est. facile commu-
nicato cū R.do Domino Episcopo Cuiauien. parente suo
consilio dispicere poterit. quod tempus ad lustrandos fines
fuerit aptissimū. Proinde sententiā suā nobis cele-
riter perscribat volumus. vt possimus duos Menses prae-
dicere Marchioni. ita vt polliciti hisce litteris sum9
quas vt ad eū mittat S. tuae mandauimus. Vilnae xiii
Aprilis. M° D° XLii°.

Sigismundo Augusto Regi iuniori Polonię

Sacra et Ser.ma Regia M.tas
et domine domine clemen.me

Servitutem nostra perpetua sacre M.ti v. dño nostro clemen.mo commendam' cui salutem et prosperitatem precā.
Hesterno Die Olomuncium ingredien' pluvia affatim madui: mus quod omen faustū fœlixq3 esse interpretamur. Ita quemadmodū pluvia his temporibus terre salutaris populo frugifera est, ita et hoc Sacre M.tis vestre Connubiū, cui nos sumus Pronubi, salutare et frugiferū nobis omnibus erit, quod omen dominus Deus ratū esse velit. Hodie Ser.ma sponsa salutavimus et Legationē nobis mandata apud eius M.tem sumus perfuncti. Vidimus eam et forma et vultu venustissimo modestoq3 sicq3 composito, vt appareat sanctis moribus et institutis esse instructa, dignamq3 tali tantoq3 marito. Cui' post paucos dies Sacra M.tas vestra conspectu et complexu fructur. Hodie ex olomuncio in Lipnik discedimus, cras nos Ser.ma sponsa consequitur. Et ita volentibus et postulantibus iis qui Curie illius M.tis prasunt statutū inter nos est, vt semper pracedamus nos equitatū illius M.tis. Qua res ad victū facilius comparandū valde nobis conducet. Ita tamen iter nostrū comparabimus vt quottidie illius M.tem videre eiq3 servire pro officii nostri portione valeamus. Commendam' nos servituteq3 nostra in gracia M.tis v. quam diu sana et fœl.ma esse à Deo opt. Max: precamur. Datū in olomu:

niec, XXvii Die Mensis Aprilis. Anno Dni M° D°
Xl ii°

Vestra Ser.ma M.tis
Humiles Servitores
et Capellanus

Stanislaus Pal.s Posn. | Pallatinus Plocen. | Samuel Eps Ploc. et vicecan.

Iidem Bone Regine Polonie

SAcra et Ser.ma R.lis M.tas et
Domina Domina clemen.ma

Commendata servitute nostra in gracia Sacre M.tis V. Nudius tertius olomuntio proficiscentes. Cubicularium Stoiowski illic reliquimus, ut interesset et videret egressum Ser.me sponse, quam iam heri ingressam illuc nobis nunciavit. Nos statueramus heri illius M.tem in Lipnik ubi noctem traduximus expectare. verum q nobis nunciaretur eius M.tem olomuntio serius egressuram intelligebamus si non prius nos movissemus loco, quam illa advenisset hoc presertim lutulento itinere, vix nos prius qz nocte in eum locum, in quo pernoctandum erat pervenire potuisse. Itaqz in Hicsin perreximus, ubi illius M.tis adventum expectabimus, premisso equitatu et impedimentis. Sicqz faciemus, ut mane illius M.tem salutemus quottidie nocte apud nostros simus. Commendamus sacre M.ti V. servitutem nostram. Quam bene valentem et longevam esse cupimus. Datum in Hicsin XXIX. Aprilis. Anno Dni M° D° Xl ii°

Sigismundus primus rex Polonie
Regi Danie

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Mte minimus, vigente Ill.re Domino Alberto in Prussia Duce, nepote nostro char.mo nomine Mtis v. nos scribere Imperatoriae Mti, ut Ill.rem Dominum Palatinum Rheni ab armis contra Mtem vestram sumendis deterreret, ac pacificandis utriusque animis studeret. A qua re minime Mtem eius accepimus abhorrere, sed utriusque partis culpa factum sit ut pax nihilominus non coiverit, satis exploratum non habemus. Ea autem nunc sunt tempora ut si unquam antea, nunc vel maxime conciliatos Christianorum Principum omnium animos, neque impedimento quenquam esse oporteat, quo minus a truculenta rabie, potentissimi Crucis Christi hostis, vita fortunaeque Christianorum valido exercitu defendantur. Cui tam pio conatui si quis obstare conatus sit, is pessime de Republ: Christiana meretur.
Nos vero ita nobis persuademus de Mte vestra, quandoquidem isto nomine nobis primum author fuit Ill.mus D. Prussiae Dux ut partes nostras interponamus, quo aut pax confici, aut saltem propagari posset induciae, eum in suscepta semel sententia permanere. Neque aliud magis quam pacem cupere. Idque tanto vehementius, quod Remp. Christianam summum in periculum adductam esse, procul dubio non ignorat. Quam obrem minime necessarium putamus eam oratione nostra cohortari, ut quam ad rem sua sponte satis esse propensa videtur, quieta potius consilia sequatur, quam in dimicationem aliquam descendat.

Quoniam vero nostri quoque homines verentur ut hac aestate tuta esse queat navigatio, supplices a nobis petierunt, ut reconciliandis Mtis vestrae et Ill.mi domini Palatini Rheni animis operam daremus. Nos non modo ut privatis eorum commodis pro eo ut facere debemus prospicere possemus. Verumetiam multo magis ut publicae Christiani orbis utilitati consuleremus, non gravatim id nos facturos recepimus. Quare Mtem v. currentem licet hortamur atque ab ea petimus, ut si nondum inter eam et Ill.mum Dominum Palatinum concordia facta est, adhuc tamen consilio prius omnia, quam armis velit experiri, et aut pacem perpetuam aut saltem aliquot annorum inducias suscipiat quo neque nostrorum hominum cursus maritimus, neque pii Christianorum Principum in tuendo Regno Hungariae conatus impediri possint. Pertinebit hoc ad laudem et gloriam Mtis v. si se ad aequitatem deduci patietur. Nobis vero grass.mum id fuerit, ac toti Reip. Christianae imprimis commodum et salutare. Datum Vilnae XXVIII Aprilis M° D° XLII°.

Duci Prussie

Sigismundus I Rex Poloniae.

Cum id a nobis Ill.tas vestra postulasset, scribere nos meminimus ad Imperatoriam et Regiam Romanorum Mtes ut authoritatem suam interponerent apud Ill.mum Do. Palatinum Rheni, quo is aut pacem perpetuam aut saltem annorum aliquot inducias cum Ser.mo Domino Danorum Rege susciperet. Nunc satis hoc certum et exploratum habemus non

nolle partem alteram inducias, nisi, quod Ser.mus Domi:
nus Danorum Rex, difficiliorem se prebere dicitur.
Interest autem plurimum nostrorum hominum eorum presertim
qui degunt in terris Prussie, ut ne clausum illis mare sit
sed libere in Germaniam inferiorem, et ex ea vicissim in
terras nostras Prussie, navigare liceat. Et illis itaqz
consultum cupimus, et multo magis universe Reip: Christ.ne
Que non alia re nunc opus habet magis, quam concordia
et fraterna Christianorum Principum inter se charitate.
Qui nisi coniunctis inter se animis fuerint, periculum est
ne ingens aliquod Respub: Christiana detrimentum accipiat.
Huic itaqz imprimis, tum nostrorum quoqz privatis commodis
prospicere volentes, scripsimus ad Ser.mum dominum Danie
Regem ac M.tem suam hortati sumus, ut ab armis hoc tem:
pore abstineret, ac vel concordiam aequis conditionibus iniret
vel inducias saltem annorum aliquot faceret, quas nostras
litteras in manus Ill.tis vestre mittimus, atqz ab ea postu:
lamus, ut pro ea affinitate, que illi cum Ser.mo D. Da:
norum Rege intercedit, nunctium ad eum suum mittat, qui
et litteras nostras reddet, et una Ill.s vestra verbis de
pace sive induciis conficiendis, cum eius M.te diligenter
agat. Quod si nihil profici posse viderit, saltem si fieri
queat rationem excogitet, qua tuto nostris in Germa:
niam inferiorem, et ex illa in terras nostras Prussie na:
vigare liceat, et commertia mutua ne impediantur.
Que respondit ad litteras nostras Ser.mus Do. Rom.
Rex ea Ill.ti V. descripta mittimus, in horas citius
aliquid expectamus. Datum Vilne XXVIII Aprilis
M.o D.o XLII.o

DVCI PRVSSIE

Sigismundus I. Rex Poloniae.

De Ill.tis vestrae moneta queruntur omnes Regni ordines,
ex qua non minus incommodi ad Regnum peruenire affirmat
quam si hostes id quod absit populabundi transirent.
Quare missis ad nos Legatis, ex proximis Comitiis Pioh:
kouiae habitis, supplicauerunt nobis, ut serio ageremus cum
Illte vestra, quo ab ea cudenda iam tandem abstineret,
Id si facere recusauerit, ut adiceremus, ne quis ea in
Regno et Dominiis nostris uti auderet. Cui nos tantae
omnium voluntati cedere oportebit, nisi Illtas vestra quod
toties iam ab ea postulamus, id semel facere, et a percu:
tiendis nummis supersedere voluerit. Quare iterum atque
iterum hortamur Illtem v., ut non modo nostrae, sed Regni
etiam totius, in cuius fide est Il.tas vestra tantae postulatio:
nis rationem habeat. Ac quod priores nos fecisse videt
ipsa quoque monetam cudere desinat. Ne si secus fecerit
nos omnium ordinum desiderio satisfacere. Illtem vero vestram
ingens aliquod detrimentum quod nolimus accipere sit ne:
cesse. Neque tamen impedimus quo minus veteri grano et
forma, secundum Iura sua et Priuilegia, monetam cudi
faciat. Vilnae XXVII Aprilis. M° D° XL ii°

Archiepiscopo Gnesnen et Palatino Crac

Sigismundus I Rex Poloniae

R.mo et Mag.ce etc. Ita ut visum est S. vestris mittimus ad Caesarem Turcarum Legatum nostrum Generosum Jacobum Vilamowski, ut quoad poterit conciliatum h[ic] reddat animum eius Ser.mae filiae nostrae. Neque enim tutum fore existimabamus absque illius permissu maiore cum Comitatu, qui exercitus instar futurus esset, Legatum aliquem insignem in Hungariam mittere, ne offenso ea re Caesaris Turcarum animo, aliquid inde Regnum quoque nostrum detrimenti caperet. Mittimus autem S. vestris Legationis exemplum, ex quo quae a nobis ad Caesarem Turcarum Mandata Nuncius noster habeat cognoscere poterint. Datum Vilnae prima die Mensis Maii Anno domini M.o D.o XL II.o

Civibus Craconiensibus

Sigismundus I. Rex Poloniae

i widawac cudze szkodniki i zloczincze · bo i Tadora
krol ieo m · zadnim obieczaiem bi bil sswei ziemie
nie widal ieno iz Cessarski possel slubil krolowi
ieo m · iz zadnei szkodi miecz nie mial Tador a iz
mial przisc ku lasce Cessarskiei i ku rzeczam swogim ·

O posla do pana Voiewodi co szie dotiecze krol ieo m ·
kazal powiedziec isz gdi sie wroca Starostowie s
granic tich Tureckich tedi tam krol i · m · posla swe
poslie sktorim to pan Voiewoda bedzie mogl mowicz
co bedzie iemu potrzebno ·

O Zida ktori siedzi na zamku Vilnienskim kazal
krol i · m · powiedziecz isz na them stogi co przesz Burk
roskazal iz go iego k · M · kaze widacz gdi tam pan
Voiewoda poslie a Burki sa dane listi abi mogl posłac
pan Vogewoda pon bespieczznie ·

O Cigani i o kucharze krol ieo m tako odpowiedziec kazal
kiedi bedzie oznaczone miesce gdzie a v kogo sa tedi
krol i · m · w tim bedzie sie raczil zachowac wedle przi
mierza ·

Czo sie tiecze tego abi krol i m · wspomozenie iakie vczi
nil panu Voiewodzie w tim krol i · m · nie pewne
powiedziecz nie moze na then czas · ale kiedi szie
krol · i · m · na seimie s panami radnimi swimi okolo
tego rozmowi tedi potim przesz listh swoi pa
nu Vogewodzie odpowiedziecz i oznaimic bedzie
raczil ·

Petrus Voievoda Valachorum
Sigismundo primo Regi Polonie

Naiasnieiszi Milosciwi Hospodarze daiem wiedziemie
v. k. m. · iz wielka trudnosc mam od Turkow iz
nasz obciazaia i chca od nasz zlotich barzo wielie
za the bogatre ziemie dolna co ia bil wzial Cessarz
Turecki i wrocil ia nam · a tak nie mam skad bich
mial wziacz abich ie dal · tilko mam nadzieie w Bodze m.
i w waszei k. m. iako w panie krzescianskiem · smilui:
czie sie nad nami i nad inszimi krzesciiani .

Drugie daiem znacz v. k. m. iako bili pierwszego cza:
shu wzieli Thurci ~~za Moldawa~~ ziemie nadolna maia polowicze ziemie
i iak brali tak brali wsgore k Niestru · iesli bi dalie
thego czassu dzierzeli thedibi wzieli i Chocim · tedi
bi sie przibliziili ku kamiencu · a tak barczie v. k. m.
skim maia Thurci granicze iz chca wsitko rosserzie
na wsze strom · a krzescianom abi bila krziwda dlia
czego oni nie dbaia nic o krzescian bio sobaki · a ia
mam granice sTurki · a tak zawsdi mam krziwde od nich.

Abie M. Krolie modlilismi sie bogu abi mi dal ziwoth
azbich wsitkie ziemie sspossobil od Turkow od Po:
ganow i pomogl nam bog zesmi ia vprosili v Tur:
kow wsitke z boza po: mocza tilosmi Tehinii nie vprosili
abie mami nadzieie w lasce bozei · i za laska v. p. m.
M. krolie iz mi ia wroca Turci .

Drugie daiem wiedzemie v. k. m. abyscie dali nauki Ferdinandowi krolowi aby sie vzalowal za krze: sciiany, aby dobil Budzinia od Turkow, a iesli go do: bedzie izby wsitek rozbil, i wmiotal w Dunai zeby sie tam Thurci nie mocnili, bo to nie nie pomaga krzes: ciianom iz ssie tam Turci obsadzaia, ale wsitko skode czinia krzescianom, a iesli bog pomoze vsiescz krzescianom v niego, tedi oni insem czassem zbu: duia zamek.

Jeszcze daiem wiedzemie v k. m. iz maia Turci sie wolia wziac Morawska ziemie ze wsitkim, izbi ia ossadzili tam i poszli ku Viedniu na ziemie Nie: miecka, jak tei strony dostana iako maia wolia czega gim boze nie pomagai. Mciwi krolin thedi sie rozdzielia na dwoie iedni zostana na Budziniu a drudzi pociagna na wass tak iest abyscie to wie: dzieli v. k. m. o czim nie wiem iesli wiecie albo nie iz Thurci sie gadlie maia, a o nie zwami i za iedin pirniac nie dbaia, ale wi nie znaczie: tsego nic i ze wsitkimi krzescianami.

Jeszcze bich wielie nauki dal vasszei k. m. Mciwi krolin od thei strony od Turkow ale nie smiem iz nam nie wierzicie, a boicie sie zdradi, a mi sie boimi wass abyscie nass nie omilili, ale tak v. k. m. powiadami iako nasszemu przijacieliowi i Sasia: dowi bliskiemu, abyscie sie ostrzegli od tich lotrow poganow Thurkow bo oni chca krzescianom za: dne dobra, ale zebi ie zdradzili zebi ich dostali

Daiem wiedzemie v. k. m. izesmi postali swoiego

sina do Turkow za wszitki krzesciian, akei o sina bich ia nic nie dbal, abich vslisżal izbi krzesciianie sie na iedno zgodzili i siednali wsitci pospolu ‡ krze: sciian. a ten nasz sin ktori iest v Turkow niechbi v: marl za nass i za wszitki krzesciian iako insze pomarli: lepiei skrzesciiani zicz w pokoiu nisz spogani.

‡ na Turki na nieprzyia: czielie Chrze: sciianskie ia bim bil pospole

Jeszcze tesz daiem wiedziecz vaszei k. m. iako naszev przyiacieliowi dobremu a samsiadowi bliskiemu. iz bich poslal do wsech panow krzesciianskich na wsze strony. abi mie wspomogli vpadlego Pana Chrzesciian: skie°. iakom ia terass vpadli czlowiek nie mam skad wziac. abich sie oplaczil od Turkow barszo wrass przieczesskaia milosciwi krolu. chca zlotich wielie bar: zo za the ziemie dolna ktora bili wzieli Turci od nass a drugie kazali sie gotowac na woine abich poczebal iedno niewiem co pierwei poczac. bo nie mam skad wziac gdi sie nie zmilvieczie v. m. mil.ciwi krolu Panowie krzesciianscie. a bescie sie zmilowali Dwa: dziesczia tisiac zlotich wegierskich abich sie odkupil Turkom poganom.

Jeszcze daiem wiedzenie v. k. m. o Tatarzech iz sie nagotowili 30000 Tatarow i ma snimi bic sin Czarow woiowac ziemie v. k. m. a iest wsitko znauka Cessarza Thureckiego inaczei nie iest. M. krolu.

Thesz daiem wiedzenie v. k. m. o ti Tatari co ie pobil Pretwic i zabral gim zoni i ze wsitkimi statki ktorimi kolwiek. a tak maia gich prosziecz od wass ale nie widaiecie zadnego. bo gdi widacie ochocia iednego wsitkich musicie dac inak nie bedzie.

Jeszcze dawami znac v. k. m. o Turkoch iz nie chodza theraz s Telembassza iak chadzawali do tego cza-
su. ale theraz Telembassza pelni spize i sie gotowi
na kazdi czass.

Jeszcze tesz daiem v. k. m. znac abiscie nie zdali do
trzech krolow swesselim i s rozmirzem iz iest daleko
do trzech krolow a tak moga wiele vczinic zlego
Turci krzescianom do tego czassu.

Thesz M. krolia prosim i zadami v. k. m. barzo iako
pana krzescianskie° abi v. k. m. raczil vczinic dlia
nasszei voliei i prozbi abi v. k. m. raczil przepuscicz
przess ziemie i panstwa v. m. posli do wielkiego kniezia
Moskiewskie° izbi sie zmilowal i ilie mu bog nathchnie
zalozil. Milosciwi krolia barzo wielki od nass chca
Thurci za the dolna ziemie co ia mami odkupicz
a nie mam gdzie wziacz gdi v. m. panowie krze-
scianscei nie bedziecie wspomagac tedi nie wiemi
gdzie sie podziem. M. krolia wsak ia sobie nie
prosze na pozitek. ale prosze dlia krzescian abich
ich odplaczil od Turkow od poganskie° iezika.
Jeszcze thesz prosze M. krolia abiscie raczili vczinie
iako pan krzescianski iako nasz przijaczel i sam-
siad dlia nasszei wielkiei prozbi. abiscie posłali swe
ie listhi do kroliowei Vegierskiei i do mnicha.
abi nam wrocono nasze zamki czosmi mieli w
Wegrzech Czicow i Balth. abi ie raczil wrociez
dlia voliei. v. k. m.

Daiem wiedziec. v. k. m. abi nie raczil wszitko
mieskac w Wilnie albo w krakowie. ale abi
ostrzegal okolo swoiei ziemie pogranicznei abi
wass

wasz nie zdradzili Thurczi iako nasz M. krolu tak
wiszedlem bil sswoiei ziemie a takem bil po cudzich
stronach. abiesmi prosili boga i pomogl nam przisecz do
swoiei oiczizni do ziemie Moldanskiei. bom bil czlowiek
barzo i bogasmi barzo prosili abi mi dal bicz
w krzesciianstwie.

Jescze daiem znac v. k. m. iz nasz postawili Thurczi
abich ia bil wilkiem miedzi krzesciiani. abich thesz
dzierzal s nimi ale ia bich nie dzierzal po woli s nimi
ani bede dzierzal ale s krzesciiani bede dzierzal.

Drugie thesz posalesmi do v. k. m. zadaiac i proszac
v. m. abi mi v. m. uczinil the sprawiedliwoscz s Sien.
kiem a o dom s Jordanem zirciem Isterzicki° o skarb
nasz co iesth v nich. i poziwaiacgo i thezasz i pierwei
posilalem do v. k. m. abiscie mi uczinili sprawiedliwosc
abi mi sie wroczil skarb moi co iest v Sienka s Jorda:
nem szirciem Isterzicki° a do tad mi sie iescze nie
nie wroczilo od nich M. krolu. Jescze tesz prosze i
zadam v. m. iako samsiada i przijaciela iuz M.
krolu. abi mi sie stala sprawiedliwosc. abi mi wroczili
on skarb. abi dalei odkladu i przewleczenia nie bilo
M. krolu o to prosze i zadam v. k. M. abi koniec bil
M. krolu o the dawno v. m. proszim sprawiedliwosc.

Drugie thesz v. m. prosze M. krolu. abi v. m. raczil
uczinie iako pan krzesciianski iako nasz przija:
cziel i samsiad bliski. abisz uczinil dlia naszei pro:
zbi i wolei. abis wipuscil dwa wiezne co sa w o:
bertinska bitwe pogimani. na vaszim zamku Ol:
sztinie po wisszei Crakowa. na imie Drahasi Skorie.

i drugi dworzanin. Zato prosimi v. m. abiscie
raczili rozimie iako pan krzesciianski abis dzier:
zal. przissegi. zapissi. iakoszmi przesiegali s Heth:
manem v. m. pospolu pod Chocimem. abi bili wipus:
czeni wsitei wieznie i od was i od nas.

Jescze iesz daiem znac v. k. m. iako naszemu prze:
iacieliowi i samsiadowi bliskie°. abi v. m. nie raczil
sie sprzeciwiacz a sluchacz pana Jaslowieckie° Sta:
rosti kamienieckie° co on mowi na nass izbich sie ia
gotowal przisc na vasze ziemie z woina a ia M. Kro:
liu thei gadki niemam nigdi ani radi. abich ia goto:
wal woine na wassze ziemie. ale M. krolu gdzie nam
rosskaze Cessarz Thurecki iechac na woine ia mu:
sze tam iechacz nie po swei woli. ale po niewoli
chocia bich nie rad iechal tedi musze iechacz.
gdi nass widali Chrzescianie poganom.

Jescze prosim v. k. m. Milosciwi Krolu iako swo°
przijaciela i samsiada bliskie°. abis roskazal
swogim Starostam i ziemianom pogranicznim.
abi nie chowali zlich ludzi co kradna i rozbi:
iaia naszi ziemie gdi nnie nie masz w ziemi ale
sa wiele zlich ludzi w tei Pokuckiei ziemi M.
Krolu :-

Responſum datum Nuncio Petri Voievode Valachorum

Czosz powiedzial od pana ſwego i czosz na piſmie dal
ktemu krol ie° miloſc dobrze wirozumial. Naprzod
co ſzie dotiecze pieniedzi ku wſpomozeniu pana Voiewo:
di na okupienie ziem tich ktore mu bili pobrane. krol
ie°. m. acz bil w tei rzeczi w welmie odpowiedziec
raczil to co przeſluſzalo ſprawiedliwie ku przijacielſkiei
odpowiedzi. a wſzakosz gdi pan Voiewoda podrugie
ſie prozbe i zadanie ku Krolowi ie° M. przesz czie
czini. krol ie° M. odpowiedziec na then czasz w tei
rzeczi panu Voiewodzie nie raczi. ali na Seym pier:
wszi Koronni ktori bedzie mial ſ radami ſwimi ‡
poradzi. przesz liſt ſwoi albo przesz poſta panu Voie:
wodzie odpowiedz dac bedzie raczil.
‡ odkladacz the rzecz raczi a tham gdzie ſie ſſ Pani a radami ſwimi :

Iz twoi pan zada panom krzeſciianſkim i ſprzi:
iaie wſzego dobrego. a przodkiem miedzi inimi
Krolowi ie° M. iako ſmierzonemu i ſamſiadowi
ſwemu milemu bliſkiemu. Tho krol ie° m. chphali
i wdzieczenie od pana Woiewodi przijmuie. bo ieſt
prawi Chrzeſciianſkie° pana umiſl w pokoiu. a
w przijazni ſie ſ bliznemi ſwimi zachowiwac. i
niewatpi krol ie° m. iz pan Voyewoda w tim
umiſle ſtale trwac bedzie.

Nowini o Tatarzech i o inſich rzeczach ktore pan

Voiewoda Krolowi ie° M. wskazuie ki szr. ie° k.m.
wdzieczmie szie przicziemi iz w tim ostrzeganiu a
obwieszczaniu takowich rzeczi Krol ie° m. zna checz
i przichilnosc przeciwko sobie pana Voiewodi Va:
laskie° ktori iest w tim bedzie trwal a rzeczi po:
trzebne Krolowi i. m. obiecziaiem przyiacielskim
znac bedzie dawal. tedi tesz bedzie zawzdi laska:
wa przijaszn i dobre samsiedztwo znal.

Czo szie dotiecze przicziemi do Krolowei Vgierskiei i
do pana Kinstata okolo zamkow wroczenia. acz to
pierwei Krol i. m. na zadanie pana Voiewodi czi:
nil. wszakze i teraz tam posla postac bedzie raczil
ktoremu te rzecz sprawowacz poruczi. o ktora pan
Voiewoda przez czie zada.

Czo szie dotiecze posłania do Moskwi Krol ie° M. do:
pusczza panu Voiewodzie. abi swiebodnie do Moskwi
i do inszich panow krzesciianskich posli swe postal
i sprawowal co iemu iest potrzeba. Bo Krol i. m
przesz ziemie swe swiebodnie ie przepuscic ie be:
dzie raczil.

O Sienka Krol. i. m. zawszda czinic sprawiedliwosc
raczil i dzierzecz go w wiezieniu przesz kilka liat
raczil. dopiro go teraz wipuscic kazal kiedi postem
bil. Pop v iego. k.m. Bo Pop imieniem pana Wo:
iewodzinem powiedzial iz pan Voiewoda nie zada
Sienkowi duszze. i iego skazi iedno izbi sie ti rzeczi
ktore bi przi nim bili na ten czasz wroczili. Krol
ie° m. dowiedziawszi szie iz przi Sienku nie masz
nic. bo ti rzeczi ktorich bil malo sszoba przinosl.

Iskrzicki mu bil odebral i po thim umarl. po kto:
rim gdi wesszedl w dziedzictwo Jordan krol i. m. s
Jordanem sprawiedliwosc chce uczinic. i kaze sie
pilnie pitac wielie czego bilo a gdzie szie co podzialo
abi pan Voiewoda sprawiedliwosc o ti rzeczi czassu
swego mial.

Pogranicznim Starostom krol ie. m. zawzdi roska:
zuie i iesscze po drugie roskaze. abi na granicach zlo:
dziejstwa bronili. a sprawiedliwosc czinili i ma za
to krol ie. m. iz sie zachowaia wedlie roskazania
krolia i. m. iesli tesz tam skri sczoni od pana Voiewodi
sprawiedliwosc beda czinic poddanim krolia ie. m.ca.

Czob thesz powiedzial od pana Voiewodi izbi iesscze nie:
ktorzi Valachowie nie bili wipusczeni a izbi na ol:
skimie biez mieli. krol ie. m. tam komornika swego
slac raczil. ktori krolia i. m. sprawil ze tam za:
dnego nie masz. a iesli zebi gdzie indziei bili. niech sie
dowiadnie Pan Voiewoda. krol i. m. iesli ze gdzie
beda wipusczez ie roskaze.

Legatio ad Sigismundum primu regem Polonie a Consiliariis Polonie: Petro Gamrato: Archiepo Gnesnen. a Ioanne de Tharnow Castellano Crac: de Isabella vidua Regina Hungarie ex Transilvania in locum tuciorem transducenda

Rmus dominus Archiepiscopus et Ill Dos Castellanus Crac. animadverterunt et necessarium esse ducunt. ut si quando S. Mti v. adhibenda fuit de Ser.ma Regina Hungarie cura nunc vel maxime adhiberi eam oportere. tum propter ipsam Mtem sua Reginalem. tum etiam quod idem periculum ad S. Mtem v. pertineat. Nam compertum habent Dnis sue. famaque est iam constans. et certa Proceres Hungarie cum Ser.mo Rom. etc Rege de certis agere inter se conditionibus. id quod si fecissent antehac. fortasse meliori fuissent vsi consilio. Sed quum iam sero sapiunt sicut Phriges verendum hercle est ne hoc ipsum nunc magis ac magis obesse videatur. Caesarem enim Turcarum. ea res haud dubie clam esse non poterit qui etsi secunda fortuna vsi fortasse ad extremum de Regno Hungarie non omnmisisset. tamen hoc magis ac citius ad eos excitabitur conatus. Neque fieri poterit. quin illi Ser.ma Regina Hungarie in magnam veniat suspitionem. Siquidem ea que proceres Hungarie nunc cum Ser.mo Rom. Rege tractant. nomine sue Mtis et filii tractare videntur. quin etiam de S. M. vestra ne id suspicetur est verendum. Ser.ma Regina Hungarie. et proceres. que faciant

facere consilio S. M.tis vestrae omnia enim apud tirannum hunc sunt suspitionum plena.

Itaque haec cura S. vestrae M.ti nunc de Ser.ma Regina Hungariae maximis de causis suscipienda est, ut Sacra M.tas V. nulla interposita mora, quae post hac frustra sero facere videatur, pro sua amore et pietate paterna erga filiam operam daret, et efficeret, ut ex illis tantis periculis propter imminens malum in tutiorem transferretur locum. Nam in quibus nunc est sua M.tas locis obiecta periculis, et quasi in faucibus hostis esse videtur. Non difficile fuerit isti Tiranno quando libitum erit, suam M.tem accipere in potestatem suam, et ablegare quo velit, et de filio suae M.tis ex sententia sua constituere. quod ne accidat, faxit dominus Deus. quo enim animo id ferret S. M. vestra? quandoquidem omnes et alieni homines, qui modo studio S. M.tis vestrae tenentur, dum id sibi in animo proponunt commoventur, et doloris cuiusdam metu terrentur.

Quid tum paternus S. M.tis vestrae animus? an non incredibili afficeretur dolore?

Magna profecto S. M.ti vestrae, Ser.mae filiae suae, Nepotisque habenda nunc est ratio. Tametsi enim constat D. suis S. M. vestram de transferenda Ser.ma filia sua in alium locum iam egisse: sed quod res non cesserit ex animo S. M.tis vestrarum monachi improbi et nefarii hominis accidit culpa qui sicut coepit verendum est, ne extremo Regni Hungariae sit exitio.

Quoniam vero Ser.ma Regina Hungariae d.nos suae id optare valde compertum habent, et sua M.tas d. suarum opera hac in re uti cupit apud S. M.tes vestras: tum ea de causa: tum pro ea necess:

sitate summa d.nes fr(atr)es S. M.tem vestram rogant etiam
atq(ue) etiam suscipiat eam curam S. M. vestra, ut de trans-
ferenda in alium locum Ser.ma filia sua res cepta a S.
M.te vestra perficiatur, et sua M.tas his in quibus ma-
xime versari videtur periculis liberetur quamprimum.

Qua in re utile suis D.nibus hoc videretur sane consilium,
salvo tamen S. M. vestrae meliori iudicio: vtendumq(ue) eo
S. M.ti vestrae esse de Ser.ma filia sua D.nes suae nunc
putant ut S. M.tas vestra mittat ad Ser.mam filiam suam
Oratorem cum litteris fidei, qui secreto nomine S. M.tis v.
ageret cum Petrouitz, cui est ibi autoritas magna, cum
Patoczi, et aliis item quos esse illic aliqua authoritate
existimaret, darent operam, eniterentur et efficerent, et
quantum autoritate possent, in eo declararent ut Ser.ma
filia S. M.tis vestrae in tutiorem transferretur locum.
quod praestare illi quidem facile possent, etiam invito
monacho, qui contra reip.cae Hungariae utilitatem
commoditatem S. M.tis Reginalis, et filii hoc con-
cedere noluit.

Proponi possunt eis pericula quae ipsis immineant si enim
quod absit Turcus Ser.mam filiam et Nepotem S. M.tis
vestrae in potestatem reciperet suam, qua tandem illi spe
de rebus Hung. salvis et de fortunis suis esse possent.
Siquidem non essent salvi et liberi hi quorum auspitiis
ipsi adhuc sunt, quicquid sunt.

Ad haec Turcus hoc praetextu, quod partem Regni filio
Ser.mae Reginae Hungariae relinquat videtur, cum pro-
ceribus dum Ser.ma Regina cum filius incolumis
et liber est, benignius agere, et quod eos esse hac con-
ditione, et qualicunq(ue) authoritate in Hungaria voluit

fecit hoc praetextu quasi in rem nepotis S. M.tis vestrae se id facere videri et existimare velet.

Quod si quod omen Deus obruat Ser.ma S. M.tis vestrae filia et nepotem in sua iam haberet potestate omnia loca capere occupare et communire vellet, quae adhuc S. M.tis suae imperio Proceres qui Ser.mae M.ti suae et nepoti fidelissime et constanter adsunt potestate et praesidiis tenentur.

Neqz eare offenderetur Turcus, si S. M.tas sua inde in alium commigraret locum, quum initio suae M.ti concesserit, quocunqz vellet sua M.tas ire, et manere liberum ut id suae M.ti esset.

Sed quia Proceres Hungariae hac re moueri et deterreri videantur quod noluit ut Ser.ma Regina Hung: cum filio ex Regno omnino discedat, et quum monachus Kossice Ciuitatem se negaturum ostendit, alium in Hungaria nesciunt munitiorem locum, quo S. M.tas sua commigrare et tuto esse queat, hac conditione Hungariae Proceres fortasse eo facilius commouerentur, et ?eal: luci ?aterentur, si S. M.tas v. offerret Ser.mae filiae suae ad manendum aliquam Ciuitatem ex iis, quas in Scepusio habere dignetur.

Quod S. M. vestra sine ullo incommodo Regni sui facere posset. Neqz enim est verendum M.tas v. ne ab Hungaris aliqua in locis illis occuparentur, quum oppida illa firma et munita non sint, neue per hoc aliquod respub.ca accipiat detrimentum.

Iam vero dum hic esset S. M.tas sua, perinde esset ac si in aliquo Regni Hungariae loco extra omne periculum posita.

Et a bona quae Sacra M.tas sua in Hungaria habet hos
prouentus omnibus huius hic ut omnes capere posset.

Ac si res id suae M.tis postularent non deessent hic multi
qui M.ti suae fidelissima et promptissima nauarent ser:
uitia tum quia sit filia S. M.tis vestrae, tum pro gracia po:
pulari quam S. M. sua diu hic apud Ser.ma Regina:
lem M.tem matrem suam clemen.ma esset, laudatissi:
mis et heroicis virtutibus sibi conciliauit, adeo ut ma:
ximum sui apud omnes reliquerit desiderium. Nichil
praetermitterent d.nes suae cum opus esset ut inde quantum
fieri posset, suae M.ti ferrent etiam opem.

Haec diu Proceribus Hungariae ab Oratore S. M.tis vestrae
proposita erunt, facile confidunt D. suae eos consiliis
et petitionibus S. M. vestrae obtemperaturos quando:
quidem etiam si id non pertineret ulla ex parte ad
Ser.ma filia S. M. vestrae, tamen ipsi rem salutem
fortunas suas agi viderent qui tam diu bene sperare
adhuc possunt, quam diu S. M.tas Reginalis Hun:
gariae et filius S. M.tis suae saluus et incolumis est.
Si quod absit venit in potestatem Turcae, nulla am:
plius illis et salutis et reip: illius libertatis relicta
iri spem.

Admonenda etiam fuerit Ser.ma filia S. M.ti vestrae
vel per litteras vel per procuratorem, ut ipsa etiam Sa:
cra M.tas idem petieret a Proceribus Hungariae
ut illis id esset curae: sibi hac de re S. M.tum vestram
esse voluntatem et consilium significatum.

Dari etiam posset spes Proceribus Hungariae ab orato:
ribus S. M.tis vestrae mitti ad Turcum a S. M. vestra

Oratorem, qui de rebus Regni Hungariæ neces-
sarius ageret

Est item hæc alia ratio, existimant facile D.nes suæ Mag.tis D. Palatinum Siradiensem Ser.mæ Reginæ Hungariæ Hungariæ bonis Kiesmarck cessura ali-
quibus conditionibus, si hoc M. vestra vellet, et peteret. Ac ut Ser.mus Rom. Rex permitteret, esset ad suam M.tem mittendum, id enim etiam ad res suæ M.tis in Hungaria recte gerendas multum condu-
ceret, dum enim filius Ser.mæ Reginæ Hung. esset li-
ber, et in sua potestate facilius Rex Rom. pacare Hungariam incolasque ad aliam voluntatem et deditio-
nem traducere ita posset.

Quod si filium Ser.mæ Reginæ Hunga. Turcus in ma-
nibus haberet, iam minori etiam negotio incolas in potestatem redigerent suam. Ammissa enim iam liber-
tatis incolæ spe, cuius authoritatem sequerentur, cuius nomine se tuerentur, et potestatem ac Imperium Turcæ declinarent, non haberent, excepto hærede et Rege, qui dum saluus et liber est, se liberos adhuc existimant.

Valde illud etiam necessarium esse existimant D.nes suæ et rogant S. M.tem vestram ut esse non prætermissum nunc id omnino velit, ut vel eundem Oratorem, qui in Hun-
garia erit, vel si vellet alium ad Turcum cum eo simul mitteret, qui Cæsari Turcarum nomine S. M.tis vestræ ageret gracias, quod se benigne gesserit erga Ser.mam filiam S. M.tis v. Reginam Hungariæ, eamque ipsam S. M.tem v. habere, et de reliquo omnibus in rebus pari futurum erga suam M.tem beneuolentia.

Agendæ item graciæ, quod dederit facultatem S. M.ti suæ eundi et manendi ubi vellet M.tas sua et

et rogare M^tem vestram ne hoc moleste ferret quod S. M^tas sua excelsis locis huc commigraret, ubi propius M^tem v. esset, etenim propter sexus imbecillitatem nullo modo amplius S. M^tas sua perferre posset versari inter tumultus belli, et tela hostium etiamque ut qua voluntate sua M^ti ante hac facile concessit in ea permaneret neque recusaret.

Idem Nunctius de finibus in Podolia regundis agere posset apud Turcam.

Illud faciendum esse S. M^ti v. etiam d.^nos suae imprimis utile arbitrantur, ut S. M^tas v. Caesaris Turcarum animum, de faciendis cum Ser.^mo Rege Iuvene foederibus, et per eundem Oratorem pertentaret, ea enim re non solum non offenderetur Caesar, sed etiam magis placaretur. Et refert plurimum S. M^tis vestrae scire in tempore, in quam partem Caesaris animus sit propensior, ad pacem, an vero ad bellum.

Nam etsi foederibus Turcicis fidendum non sit, tamen praestat qualicumque esse pacis spe quam gerere apertas inimicitias. Item consultius est rem exploratam habere vel de pace, vel de inimicitiis quam incertum, et in utramque partem esse imparatum.

Itaque hac ratione S. M. vestra apud Turcam ageret per Oratorem suum pro ea amicitia et foedere, quod S. M. v. cum Caesare Turcarum habet, et adhuc sancte et religiose servat et servavit, cuperet S. M. vestra ut etiam cum Ser.^mo filio suo Rege Iuvene idem foedus eadem amicitia Caesari esset quasi a Sacra M. vestra per manus tradita, et possent ea certa confici foedera nomine S. M. vestrae postea quam Ser.^mus Rex Iuvenis Rex ea electus et inauguratus sit.

Ad Reginam Bonam

Sicut quantum fieri possit danda sit opera S. M.tibus
vestris ne irruiremus Turcum, ita etiam non minori cu-
ra praestandum esse, ut Caesarem Carolum, Regemque Rom.
omnibus modis S. M.tes vestrae sibi reconcilient.
Inaudivint enim sua D.nes R.mus dominus Archie-
piscopus, et dominus meus Ill.mus qua sint Principes
isti de nobis opinione, qua suspitione, ut in Christia-
norum communi periculo, quasi nostro officio dees-
set, non moveri ingruentibus tantis periculis vide-
amur. Qua Caesar sit in nos benevolentia vel
ex eo apparet, quoties S. M.tis v. negotia apud suam
M.tem tractantur.

Sacra M.tas v. in cuius ditione habeat ducatus ipsa
novit. In Ducatu Mediolanensi, Ius sacrae M.tis ve-
strae quoddam competere est certum. Ea omnia S. M.ti
vestrae, sine Caesaris benevolentia et alienato eius ani-
mo, recte et ex animo succedere et geri non possunt,
qui etiam si fortasse non aperte, tamen dissimulanter
per Viceregos et officiales suos S. M.tis v. negotium
facessere quantum libitum est potest, id quod evenisse
antehac memoria tenemus.

Quare data nunc esset S. M.ti Regiae occasio recon-
ciliandi Caesaris, qui sicut in fratre Ser.mo Rom.
Rege offensus est, ita in eo etiam nunc mitigari et
placari posset. Cuius rei consilium non deesset in Regno

quo S. M^tas Regia secretissime propter Turcum etiam sine suo sumptu et modo cum primariis Senatoribus communicata Ser.^mo Rom. Regi gratificari possit non irritato S. Turco.

Veneti idem prudenti consilio usi, quum facerent ut percusso cum Turco foedere tum Christianis principibus bellum eo gerentibus secrete certa sumbant auxilia, resque eorum tranquille per Turcum nichilominus erant. Posteaquam aperte contra eum cum Christianis Principibus sotia coniunxerunt arma, eos renovare coactos cum Turca foedus, accisis rebus suis scimus, apertis enim inimicitiis commotus Turcus in illos belli converterat molem.

Quantum vero fidendum Turco sit scimus, qui si indicto S. M^ti Regiae bello, rebus, quod absit, uteretur secundis, ne bona S. M^tis quidem vestrae in Italia per eum essent tuta duplici de causa, et quod cum Cesare Carolo bellum gerit, et quia ita facere solet, cuius hostis est, eius omnia loca oppugnare et bello petere ac funditus delere conari solet.

Caesari Carolo alioqui iam offenso, si res Christianae contra Turcum feliciter gestae essent, sine dubio a Christianis Principibus aliquibus afficeremur ~~[illegible]~~ molestiis. Nunc quidem dissimulant Turcico occupati et distenti bello.

Itaque D. nos suae S. M^tem vestram Regiam rogant ut in utramque partem reip.^cae esse consultum velit, sicut non irritandum Turcum ita hos Christianos Principes quoquo modo iam alienatos certis suspitionibus ut reconciliemus. Esset id non solum Regno huic utile ac necessarium, sed etiam Ducatibus S. M^tis vestrae.

et id etiam refferet non parum suspitione de nobis du-
riore apud Christianos Principes nos liberaremus.
Cuius rei author ut sit S. M. vestra rogant d. suae de
quo se M.tibus vestris fuerit constitutum non deerunt
modi quibus facile non irritato Turco in Rege Rom.
Caesar placari a S. M.te sua posset.

Ea tamen de re suae d.nes apud S. M.tem Regiam
agendum non esse putarunt et id mandauerunt
michi nisi prius Sacrae M.ti v. fuerit visum.
Itaque permittunt id iuditio S. M.tis v. d.nes suae pla-
ceat ne id S. M.ti vestrae an non. Suis quidem D.nibus
utilia ac oportuna visa sunt. ideoque S. M.ti v. signi-
ficanda esse duxerunt.

Regi Daniae

Ser.me Sigismundus I. Rex Poloniae
etc. Ex litteris M.tis vestrae fuit nobis
gratum cognoscere per alios quosuis stetisse potius quam
per M.tem v. quominus vel pax vel induciae itaut
optabamus conficerentur. Est hoc animi vere Chri-
stiani paci semper et tranquillitati studere. Si arma
sumenda sunt ea contra Crucis hostes potius quam
contra socios conuertere. Neque hanc dare illis leti-
tiam ut qui se Christianos profitentur eos in sua ipso-
rum viscera saeuire ac mutuo sanguine madere
inimici Christi consueuerunt hanc occasionem
audiant ac per

quam cupide amplecti consueuerunt, in orbe Christi
irrumpant, ac ferro atque igne longe lateque popu:
lentur omnia. quemadmodum semel atque iterum iam proxi:
mis superioribus annis, factum esse audiuit M.tas v.
procul dubio. nos vero modo non oculis nostris vidimus
non sine incredibili animi nostri cruciatu. Nos vero
quandoquidem non abhorrere a concordia animum
vestrae M.tis perspicimus. contendemus et elabora:
bimus adhuc quoad facultas nostra tulerit, vt eorum
quoque animos ad pacis studium inclinemus quibus cum ar:
morum certamen esse M.ti vestrae videmus. quae quod
facit nostris hominibus, liberam in ditiones omnes suas
nauigandi potestatem modo ne ad Caesaris terras cur:
sum suum dirigant, est id quidem nobis non ingratum. sed
pro constituta inter eos amicitia. quandoquidem si
interdicatur nostris eorum commertio, qui sunt Caesa:
reae M.tis ditionis, multum eis ea res incommodi alla:
tura foret. Rogamus M.tem vestram, si adduci
non potest, vt eos qui sunt ex terris Caesareae M.tis
venire ad terras nostras Prussiae permittat. Saltem
nostris hanc veniam det, vt rei suae seruientes quo ve:
lint nauigent. Nam etiam si nostris mare clausum
sit, habebunt tamen aliunde Ciuitates Caesareae M.tis
quae suppeditari a nostris consueuerunt, non sine ma:
gna nostrorum iactura. Esse autem mutuae nostrae
amicitiae non videtur vt quae commoda nostri essent
percepturi, ea alienis faueat potius quam iis quorum
in se non dubia studia in rebus suis dubiis cognouit.
Rem nobis fecerit M.tas v. magnopere gratam, et
quae ad mutuam inter nos amicitiam augendam et am:
plificandam plurimum pertinebit. Si nostrae huius petitionis ratio:
nem habuerit. Datum Cracouiae die xxi Julii Anno domini
M° D° XL ii°

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Duci Prussie

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Ill.mus Princeps. Quae de pecuniario subsidio scribit Ill.tas v. ea nobis grata fuit cognoscere. Probaturque nobis plurimum quod sano nostro consilio parere animum induxerit. fore speramus. ut non modo nihil exeo detrimenti perveniat. aut ad Regnum nostrum. aut ad Ill.s vestra provintia verum etiam ea quae scribit Ill.s vestra emolumenta potius accedant.

Quod se ad nuptias Ser.mi filii nostri honestandas non gravatim esse venturam promittit. est et id nobis vehementer gratum. Ceterum hoc Ill.s v. latere noluimus per Oratores suos egisse nobiscum Ser.mum Do. Rom. Regem. ut prorogatio fieret nuptiarum ad proximum Epiphaniarum diem. quae quidem Wratislaviae confici debebunt. quo cum nos propter affectam valetudinem nostram in commodo presertim anni tempore venire non possimus. tanto magis desideramus ut presto adsit Ill. vestra Ser.mo filio nostro atque cum eo una Wratislaviam proficiscatur. rem nobis multo gratissimam factura. Habuerunt autem idem isti oratores mandata a Ser.mo Rege suo. de causa Ill. vestrae quae ita ut nobis in scheda obtulerunt descripta Ill. vestrae mittimus. locum et tempus designari a nobis voluerunt. ubi et Regiae M.tis Rom. et nostris

vna Commissarijs conueniendum sit. Illud insuper ad:
diderant, cum in manu sit Ser.mi Domini Rom. Regis
quos velit ex parte Imperii dare Commissarios, non
alios illum eius daturum, quam quos ipsi elegissemus.
Quod cum ita nobis renunciassent, non visum est nobis nisi
bene deliberatis respondere, quod nos per litteras nostras
facturos recepimus. Ita enim existimabamus ex re fore,
vt ea de re prius sententiam Ill. vestrae cognouissemus,
quam vt nobis celeriter perscribat, praesentibus ab ea
postulamus, vt et de Commissarijs per nos eligendis
et de loco ac tempore illis constituendo, quid illa senciat
tempori cognoscere possimus.
Ex litteris Ser.mi domini Danorum Regis illud per:
spicere licuit, quod neque a pace, neque ab inducijs lon:
gioribus abhorruerit, quominus autem desiderio no:
stro satisfactum sit per alios stetisse. Dat ille nostris li:
beram in omnes ditiones suas nauigandi potestatem,
modo ne progrediantur vlterius, neue hostibus eius
necessaria suppeditent, gratum est nobis quod offert,
sed non multum ea re, nostros homines sublevatos
iri videmus, quibus si commercio cum his qui sunt
inferioris Germaniae fuerit interdictum, multum ex
hoc ad illos peruenturum incommodi dubium non est,
neque vero nos nostrorum tantum mouent incommoda,
multo vero magis ea, quae ad vniuersam Remp. ex hoc
ciuili Christianorum bello redundant discrimina.
Nam si vllo alio tempore, hoc maxime fraternis
omnium Christianorum animis Principum, et mutua inter
eos concordia opus foret, cum Ser.mi domini Rom.
Regis Oratoribus, ea quae scripsit ad nos Ser.mus
Daniae Rex communicauimus, atque ab eis postulauimus
vt Ser.mo domino suo persuadere conarentur, quod pacem

inter Ser.mum Regem Daniae et Ill.m Principem Palatinum Rheni conciliaret, quod idem per litteras vras. facturos nos esse recepimus. Idcirco ut curet diligenter apud Ser.mum socerum suum Ill. vestra eorum quae impendent reip.cae Christianae periculorum et discriminum ratione habita, utque M.tem eius ad pacem et concordiam amplectendam sedulo hortetur magnopere postulamus. Nam praeterquam quod nobis rem gratam fecerit, de rep. quoque Christiana praeclare merebitur quod si hoc obtineri non possit contendat tamen et elaboret Ill. vestra, ut saltem ratio reperiatur aliqua qua nostris hominibus in Germaniam inferiorem proficisci liceat, quibus si negatum hoc sit, multum accipiant detrimenti necesse est. Cuius rei auctor ut sit Ser.mus dominus Daniae Rex non esse constitutae inter nos amicitiae videtur. Datum.

Mariae Reginae Hungariae

Sigismundus I. Rex Poloniae

Ser.ma Princeps, consanguinea nostra char.ma Ita ut postulare a nobis visa est M.tas v. scripsimus ad Ser.mum dominum Daniae Regem, atque illius M.tem diligenter ad amplectendam pacem hortati sumus, quae si unquam antea, tum maxime his temporibus cum primis est necessaria. Ex his quae rescripsit ad nos M.tas eius, neque abhorruisse neque abhorrere eam etiamnum cognovimus a perpetua pace suscipienda

sed cum eam vltro ipse postulasset. tantum abfuisse. vt obtinere potuerit annuas tantum concessas esse. quas suscipere noluerit. Non obscure itaque ferre visus est a quietis consiliis nequaquam abhorrere. quae cum ita se res habeat. vestram quoque M^tem hortandam duximus vt in eam curam toto quod aiunt pectore incumbat. quo in belli locum pax et concordia succedat: ac inter quos non bene nunc convenire videtur. inter eos benevolentiae potius sit quam armorum certamen. Hoc si opera M^tis vestrae effectum sit. nihil impediet. quominus libera navigatione permissa. mutua inter nostros et illius homines sint commercia. De Christiana vero repub: quae maxime nunc mutuam inter Christianos fraternam charitatem flagitare videtur. praeclare M^tas vestra merebitur. Nobis etiam fecerit rem vehementer gratam. quae non tam propter privatum quorundam Civitatum nostrarum commodum quam quod id ad Reip: Christianae salutem conservandam plurimum interesse videmus. nos alterius rei desiderio magis ardemus. quam vt non in his oris modo. verum etiam in toto orbe Christiano pacem esse conciliatam et dissidentes Principum Christianorum animos in gratiam et concordiam reductos audire queamus. Datum Cracoviae die vltima Mensis Julii Anno domini M° D° XLii°

Regi Daniae

Sigismundus I. Rex Poloniae

S. Ser.me Princeps et domine affinis noster char.me Scripsimus non ita pridem M.ti vestrae atque ab ea diligenter postulavimus, ut periculorum quae a Christiani nominis hostibus Christianae reip. impendere videntur, rationem haberet, et ab armis abstinere vellet, quod si facere illi per adversarios licitum non est, saltem potestatem nostris permitteret libere ut antea quo vellent navigandi. Nunc vero ad Anse Conventum Nuncios suos mittat Civitas nostra Gedanen. per eos idem illud iterandum M.ti V.rae duximus. A qua maiorem in modum petimus, ut animo suo imperet et quieta sequi consilia ne recuset, amice potius cum his transigat quibus cum bellum gerere decrevit. Quae enim inter Christianos bella geruntur, ea nobis plus esse quam Civilia videntur. Quare si non iniquae pacis conditiones oblatae sint, eas suscipere ne detrectet. Nos etiam apud adversarios M.tis V. libenter operam nostram interponemus, ut ad aequitatem deduci se patiantur. Si vero quod absit conciliari pax non possit, tum vero M.tem V. iterum atque iterum rogamus ut suum in hac re animum erga nos declaret, ac hominibus nostris ex terris Prussiae hanc veniam det ut quo visum illis fuerit libere illis proficisci liceat. Erit id nobis vehementer gratum et mutuis nostris officiis conabimur compensare. Cupimus M. V. diu esse felicem et incolumem. Datum Cracoviae prima Die Mensis Augusti M.o D.o XLII.o

Ioachimo Marchioni Brandebur:
gensi genero suo

Sigismundus I Rex Poloniae.

Ex litteris Jll. v. cognouimus, quod iam illi prorsus deliberatum sit, quam semel atque iterum detrectauit supremi Exercitum Ducis prouintiam, eam iam tandem suscipere quod faustum Jll. vestrae felix et fortunatum ut sit precamur: ac plurimum illi gratulamur, quod recusanti tantus honos defertur, qui cum magno sit periculo coniunctus, etiam atque etiam pro paterno animo nostro Jll. vestram diligenter hortamur, ne quod se in discrimen temere coniiciat, sed priusquam aliquid sibi faciendum putauerit, et suas et hostium vires metiatur. Ser.ma quoque Regina Hungariae rationes pro virili sua ut adiutos velit rogamus. Neque vero dubium nobis est, quin Jll.ma Coniunx Jll. vestrae, filia nostra char.ma dolenter latura, magnoque sit in maerore futura, si quod Jll. vestrae mandatur munus id obierit. Quare quod a nobis postulat faciemus libenter, et gratum hominem ad eam mittemus, qui nostro nomine eam consoletur, ac dolorem eius mitiget, quemquidem non posterius quam hunc Jll. vestrae Nunctium venturum speramus. cui mandabimus ut ex praescripto Jll. vestrae Coniugem illius filiam nostram char.ma consoletur. qui quemadmodum se gerere debeat, ipsa Jll. vestra eum instruet, ac quae maxime ad leniendum eius maerorem accommodata esse putauerit

bus ut utatur iubebit. Nostro enim iussu nihil nisi q(uo)d visum erit Ill. vestrae et dicet et faciet. quae si omnino provinciam hanc supremi Ducis susceperit precam(ur) dominum nostrum Jesum Christum. ut prosperos et foelices Ill. vestrae successus tribuat. quo cum victoria et triumpho domum redire queat. nihil affecta hac aetate nostra nobis auditu iucundius accidere posset. Vilnae prima Mensis Aprilis. Anno Domini M°D°XLII°

Eidem Ioachimo Marchioni coeterisq(ue) sibi in consilium adiunctis.

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Ill.me Princeps. et domine fili noster char.me. caeterique Ill. et Magnifici domini et amici char.mi Quo in statu sint res Ser.mae filiae nostrae. dominae Isabellae Hungariae Reginae. non ignorant fortasse Ill. vestrae. quam nos in matrimonium dederamus Ser.mo olim domino Joanni Hungariae Regi post pacem illam inter eum et Regiam Rom. M.tem. certis conditionibus factam. Ea postquam marito suo orbata est. in eas incidit angustias in his periculis et discriminibus versata est. nulla ut post hominum memoriam eiusdem dignitatis foemina. exercuisse magis fortuna videatur. Quo loci nunquam illa redacta fuisset. si vel vivo Ser.mo Coniuge suo. vel saltem ab eius morte. pacis conditiones impletae fuissent

fuissent. quod ut fieret et elaboratum est a nobis sum-
mo studio, suam voluntatem ad nostram aggregante
Ser.ma filia nostra per quem autem steterit quo mi-
nus optatum res exitum consecuta sit, non est fortasse
plerisqz ex Ill.bus vestris inauditum. Neqz nobis
certe, neqz Ser.mae filiae nostrae ad satisfaciendum
faederibus, summa voluntas defuit. Accidit autem ut
cum armis inter se decernere Christiani maluissent
ingenti strage edita, Buda sunt alii potiti, ad quam
recuperandam non poenitendus exercitus conscri-
ptus cum sit, cuius Ill.mum filium nostrum supremum Cam-
piductorem agere, caeteris D. vestris in consilium illi
adhibitis, magna animi nostri consolatione accepimus.
Deum quidem ante omnia precamur ut Ill. vestris
optatum huius belli exitum concedat. Deinde illud ro-
gamus, ut cuius generis unicus adiutor et protector
esse Deus consuevit: satis afflictae iam viduae et in-
fantis pupilli Ill. vestrae rationem habere dignentur.
Neqz enim recusat Ser.ma filia nostra quin quae inter
Ser.mos Ferdinandum Rom: et Joannem Hungariae
Reges pacta intercesserant, iis satisfaciat, dummodo
ad id quod suum est, et filii sui pervenire possit. Re-
nunciatum autem est nobis novas esse pactiones Ser.mae
filiae nostrae nomine confectas. Qua de re nesci-
visse quidem illam quicquam certe scimus, tantum abest
ut voluntatem illius accessisse credendum sit. Cum enim
tutela eius ad nos proprie pertineat, non fuit illa
procul dubio commissura ut nobis in consilium non
adhibitis, tanta de re aliquid statueret. Ac si quid
etiam egisset, ratum id esse non deberet, cum in frau-
dem pupilli quod factum est, id iure ipso nullum sit.
Quamobrem Ill. v. rogamus quod si quid M.tis

illius nomine, preter et nostram et illius scientiam[1] acta[3]
est, voluntatemque[2], id ut pro rato non habeant. Inter-
est enim nunc Ill. vestrae et totius exercitus huius,
cui secunda omnia a Deo precamur, ne qua viduae
ne qua pupillo, et hominibus bonisque eorum fiat iniu-
ria, quod tam graviter Deus ulcisci consuevit, qui ita
demum optatam concedet victoriam, si suum cuique tributum
si viduae et pupilli ratio sit habita. Ad suos nunc
quisque liberos cogitationes suas referat, quibus nos
quidem laetiora optamus omnia. Sed si quod absit eo-
dem loci reciderent, qua cura provisum illis iri vellent
eadem ut Ser.ma filiae quoque Nepotique nostro nunc
prospectum cupiant precamur. Nam si secus essent
Ill. vestrae facturae quod minime arbitramur, preter-
quam quod Deum minus essent rebus suis propitium habi-
turae, fieri vix posset, quin alias rationes ad suum per-
veniendi Ser.ma filia nostra quaerere cogeretur,
qua ex re duplicatum essemus dolorem accepturi, si
ab eo quod absit filiam nostram vi et armis opprimi
videremus, cui eam alteram filiam nostram collocaveri-
mus, filii eum loco charum habemus, et omnia vicissim
ab eo filii officia expectamus. Etiam de sacri Impe-
rii ordinibus, spem concepimus, quem exercitum conscri-
bi curaverunt et Ill. ei vestrae praefecerunt, eum ne-
quaquam in hoc conscriptum esse ut viduam et pupillam
oppugnare et ut quod eorum est eripere, sed hostes po-
tius propulsare conaretur. Quam ad rem ‡ Ill. ve-
stras usuras esse confidimus. Quibus felicem etiam
belli exitum a Deo precamur. Datum Cracoviae die
penultima Mensis Julii Anno Dni M° D° XL ii°.

‡ viribus eius

Isabellę Reginæ Hungariæ

Sigismundus I. Rex Poloniæ.

Ser.ma etc. Simul ut perlatum est ad nos ei exercitui, qui ab ordinibus Imperii in Hungariam missus est, Ill. Generum nostrum dominum Joachimum Marchionem esse praefectum, hortati sumus diligenter Ill. eius, ut in hoc armorum strepitu M.tis vestrae rationem haberet, ac ne quid illa detrimenti acciperet, provideret. Quod Ill. eius ita se facturam receperat. sed cum quamvis Ill. eius cum Imperio nunc in Hungaria versetur, non penes tamen solam illam summa potestas sit, verum adiunctos sibi alios habeat, sine quibus statuere quicquam non posset, periculum est, ne alia illi sint erga M.tem vestram voluntate, neve illius gener noster impetus quorundam cohibere non posset. cuius periculi effugiendi causa scripsimus ad omnes Imperii ordines, rem quemadmodum se haberet indicavimus, neque per nos, neque per M.tem v. stetisse unque quominus pactis satisfieret, quae inter Ser.mos Do. Ferdinandum Ro. et Joannem Hungariae Reges intercesserant. atque adeo ne nunc quidem recusare nos quominus ea serventur. Rogavimus itaque ut Imperatori Exercitus Ill. genero nostro negotium darent atque illi iniungerent, ut qui exercitus contra hostes conscriptus est, eo contra viduam et pupillam ne uterentur, neve opprimendis illis, quorum adiutor protector

et ultor esse Deus, solet in gravem offensam Dei incurrerent esse ad nos perlatum, ad novas quasdam pactiones descensum esse nomine quidem M.tis v. sed illa neque sciente prorsus neque consentiente, quo nomine irritas esse eas oporteat. Quod si maxime voluntas etiam accessisset M.tis vestrae, cum tamen ad nos legittima illius tutella pertineat, quod inscientibus nobis actum est id nullum esse, neque roboris habere aliquid posse. Quod presertim in fraudem pupilli factum sit, cuius commodis per M.tis v. consensum detrahi nihil posset. In eandem sententiam et ad Ser.mum Do. Ro. Regem, et ad Ill. dominum Generum nostrum atque eos qui alumni Ill. eius sunt, uberius scripsimus, ac proficere nobis aliquid litteris nostris speravimus, pro paterna tamen cura nostra et sollicitudine M.tem v. hortamur, ut et salutis suae diligentem habeat rationem, et studia sibi suorum conciliet, arces muniat, omnique ratione ne quid detrimenti inopinato capiat providere velit. Nos quoque officio nostro paterno defuturi non sumus. Haec interim M.ti v. scribenda duximus ut si quid esset periculi occurere facilius posset, atque una scire quemadmodum se gerere debeat. Crac. penultima Julii M.o D.o XLii.o

Ad ordines Imperii

R Sigismundus I. Rex Poloniae. Mi, Ill.mi et Ill. Principes ac domini affines nostri char.mi. Non est clam procul dubio Ill. v. quemadmodum Ser.mo domino Joanni Hung.

Regi Ser.ma filia nostra Isabella collocaueri mus post reconciliatam inter Regiam Rom. et illius M.tem graciam et certas perpetuæ pacis conditiones susce= ptas ac non modo litterarum monumentis, verum etiam iureiurando vtriusq3 ipsius etiam Cæsareæ M.tis con= firmatas. Quæ cuiusmodi fuerint est et hoc fortassis Re.mis et Ill.s d.nibus vestris non inauditum. Quin et quæ fuit postea consecuta, non eas ignorare ar= bitramur. Morte enim Ser.mi Joannis olim Regis in eas difficultates et angustias adducta, in his peri= culis et discriminibus versata est Ser.ma filia nostra vt post hominum memoriam non fuerit vlla mulier affli= ctior, et calamitosior, quæ quidem eiusdem esset sta= tus et conditionis. Non defuissent nobis rationes quibus ex his angustiis eripi, et a tantis periculis liberari per nos potuisset, ac si qui postea consecutus est, exitum rei diuinare licuisset, præstiterat fortasse rationes eas persequi, sed nos pro singulari studio nostro, quo et fuimus semper, et sumus etiam nunc, et esse deinceps etiam volumus erga Ser.mos et Ex= cellen.mos fratres Cæsaream et Regiam Rom. M.tes quibus cum antiqua nobis necessitudo intercedit, ma= ioribus nunc etiam propinquitatis, et amicitiæ vincu= lis colligata, ab omni eo consilio semper abhorruimus quod aliquod inter M.tes eorum, et nos animorum dissidium et reip. Christianæ perturbationem excita= re posset. hoc modo quanto maximo a nobis fieri potuit studio contendimus et elaborauimus ad suum vt quisq3 peruenire posset. et quæ Ser.mæ filiæ nepotiq3 nostro ex pacto debentur, ea Ser.mus Do. Rom. Rex concedere ne recusaret. Neq3 vero ardentius hoc a nobis, quam a Ser.ma filia nostra, quæ suam

semper ad nostram voluntatem agregauit postula:
tum est. Quominus autem profectum aliquid sit per
quosuis alios stetit potius, quam aut per nos, aut
per Ser.ma filiam nostram. Interea vero dum armis
potius disceptare Christianis visum est, non sine mise:
rabili clade in aliorum potestatem Buda peruenit,
quorum manus euasit quidem Ser.ma filia nostra et
vita et dignitate sua incolumi, sed adhuc misera
nihilominus in magnis versatur angustiis. Nunc a
sacri Imperii ordinibus, non pænitendum exercitum
esse conscriptum, et in Hungariam missum, magna ani:
mi nostri consolatione accepimus. Deum precamur vt
tam pios Christianorum conatus, fortunare dignetur.
Sed cum vnicus ille sit viduarum et pupillarum patronus
neque aliorum quam istorum iniuriam grauius vlciscatur
non nostris modo, aut Ser.ma filiæ nostræ, verum
et exercitus huius rationibus consulere cupientes
ne in grauem aliquam Dei indignationem incurrat,
opprimendis viduis et pupillis, rogamus Rev.mas
Ill. D. vestras, vt cum Ill.mo domino Joachimo Mar:
chione Brandenburgensi Principe Electori, ac Exer:
citus istius Imperatori, filio nostro char.mo, tum iis
qui adiuncti ei sunt iniungere dignentur, quo bellum
hoc citra viduæ, et pupilli iniuriam gerere animum
inducant, Ser.mæ filiæ, Nepotisque nostri rationem
habeant, eorum et dignitati, et incolumitati prospi:
ciant, neue detrimenti, aut ipsi, aut subditi eorum
aliquid accipiant, diligenter prouidere curent.
Et quandoquidem contra hostes Christiani nominis
non contra Christianos ipsos conductas esse has co:
pias nobis persuademus, ne aliam eas in vsum conuer:
tant. Cum præsertim inter Ser.mos et Excellen.mas

fratres et Joannem olim Regem transactum sit
neqz Ser.ma filia nostra recuset quin illis tracta:
tibus satisfiat dummodo quod sibi debetur ac filio suo
id consequi posset. Perfertur ad nos preter scien:
tiam et voluntatem Ser.mae filiae nostrae ad nouas
pactiones descensum esse, quas minime ratas et fir:
mas esse oporteret facile pro sua prudentia intelli:
gunt Re.mae et Ill.mae D. vestrae. Cui si maxime
voluntas etiam Ser.mae filiae nostrae accessisset quam
nunquam accessisse certo scimus, tamen vel hoc no:
mine quod inscientibus nobis, ad quos legittima illius
tutella pertinet, nouae istae pactiones factae sunt
robur habere non debeant. Neqz ea res Nepoti no:
stro praeiudicium aliquod adferre posset, cum in pu:
pilli fraudem quae facta sunt ea irrita esse debere
iura omnia decernant. Quare etiam atqz etiam
petimus Re.mas Ill.mas Ill. D. vestras, ut quod se:
mel constitutum est viuente adhuc Ser.mo domino Jo:
anne Rege, in quo etiam libenter acquiescimus ab eo
ne discedatur, utqz Ser.mus Do. Rom. Rex totiens
et a nobis et a Ser.ma filia nostra petitus, si Deus
quod speramus et optamus optatum belli huius exitum
concesserit, quae ad Ser.mam filiam Nepotemqz nostrum
pertinere scit ea non granatim tribuat, quae sibi de:
bentur huis citra negotium ullum et difficultatem pos:
tulamus vicissim. Ne si quod absit secus factum sit,
qui unicus est viduarum et orphanorum adiutor et
protector eius iniuriam illis factam multam ne ferat.
Habent nonnulli ex Ill. D. vestris filias, habent et
filios infantes ad eos nunc cogitationes suas re:
ferant. Deum precamur ut illos et incolumes et
florentes diu videre queant. Sed si quo loco nunc
esse vident Ser.mam filiam Nepotemqz nostrum eodem quod

absit loci et illos redactos conspicerent qua cura pro:
spectu suis liberis cuperent. eandem ut nunc nostrorum
suscipiant rogamus et in hoc Ser.ma filiae. Nepotisque
nostri casu. quandoquidem et studuimus illud et studebimus
deinceps semper magis de singulis R.marum et Ill.s D.
vestrarum mereri paternum erga illos animum induant. et
pro Christianorum Principum officio provideant. quorum et
sexus et aetas maxime est iniuriae opportuna ab his ut
iniuria propulsetur. et quod suum est cuique tribuatur. hoc
animo si fuerit R.ma et Ill. D. vestrae in eos quorum
adiutor protector et ultor Deus esse solet. futurum est ut
illorum consilia Deus secundet ut optatam victoriam con:
cedat. ut hanc eorum aequitatem et in hac et in felici:
ore illa quam speramus vita muneretur. Contra si fa:
ctum sit. facile intelligunt R.mae et Ill.mae D. v. peri:
culum fore. ne alias rationes ad suum perveniendi Ser.ma
filia nostra quaerere cogeretur. non illis magis quam
nobis minime gratas futuras. quod ne fiat pro sua iri
prudentia R.marum. Ill.marum. et Ill D. vestrarum spe:
ramus. atque hoc illis curae fore potius ut et nos. et
Ser.ma filia nostra devinctos sibi reddant. qui et erga
Ser.mos. atque excellen.mos fratres. et erga singulos
R.marum. et Ill.rum Do. vestrarum eo sumus animo
nullum ut cum illis libentius. quam amoris et benevo:
lentiae certamen suscipere velimus. In quo ne pos:
teriores tulisse videamur. pro virili semper nostra
contendemus. Cracoviae Die secunda Mensis Au:
gusti Anno Domini M° D° XL ii°.

Legatio ad Caesarem Thurcorum à Sigismundo Rege Poloniae Iacobo Vilamowski data

Na przod gdi przijedziesz do Cessarza Tureckiego na dwor przodkiem wedlie obiczaia Basszam sie opo: wiesz a oni imieniem nasszim i sina naszego iakos przed tim zwikl pozdrowiesz to iest ti ktorzi sprawuia rzeczi Cessarskiem a wedlie potrzebi starszemu snich abo i drugim iakoe sie tam bedzie zdalo. Powiesz zes przijechal od nas Cessarza iego m. sdrowie nawiedziec a prosziec bedziesz abi ci zdano czass slyszenia v iego Cessarskiei milosci. a iesli ze ktori starszi abo ten ktori iest w lassce Cessarskiei Bassza chcialbi wiedziec mianowicie wsitko o cosz do Cessarza przijechal tedi mu powiesz summarie ti articuli ktore na dole wi: pissane sa. a temu starszemu sprawcei abo temu ktori w lasce Cessarskiei iest wietszei vpominek od nass dawszi bedzies go proszil i zadal o to abisz w tich sprawach w ktorichesz poslan bil dobrze a richlo od: prawion.

Bedziesz tesz zadal i proszil tegosz Basszei ktoriezsie bedzie zdal nam przichilnieiszim. abi nass zalecal czesto Cessarzowi iego Mci bratu i przijaczielowi na: sszemu a bil nam i rzeczam nasszim na dworze Cessar: skim przichilnim. co iesli znacz mi bedziemi tedi iemu za to przijacielem bedziemi.

Kiedi bedziesz przed Cessarza puszczon tedi powiesz

od nass i od sina nasszego Cessarzowi iego m. pozdrowie:
nie brackie i przyiacziels[k]ie po tim powiesz temi slowi.

Krol iego m. Polski pan moi M. przisslal mie do wasszei
Cessarskiei m. abich nawiedzal sdrowie v. C. M. ktorego
on zdrowia i sczesczia v. C. M. wespolek i ssinem swo:
im krolem iego M.ci mlodem (sprziiaie) na czass dlugie niemniei
iedno iako sobie a iako brathu i przyiacieliowi swe:
mu milemu.

Dziekuie tesz krol iego m. Polski pan moi izgo v. C. M.
przess posla swego nawiedzic raczil. a iz mu v. C. M.
dal znac o zdrowiu fortunach i zwieczestwie swoim.
ktorich rzeczi pan moi waszei C. M. sprziiaie iako
brathu i przyiacieliowi swemu milemu.

Moi thesz pan krol iego M. Polski kazal waszei Ces:
sarskiei m. powiedziec isz iest dobrze zdrow i ssinem
swoim krolem iego M. mlodim a iz sie iusz wrocził
do koroni Polskiei. stam tich dalekich stron a panstw
swoich w ktorich przess ten czass mieszkal postano:
winszi i sprawinszi wsitkei rzeczi dobrze ssamsiadi
i smie przyiaciolmi swimi. o czim vaszei C. M. dawa
znacz iako przyiacieliowi swemu rozumieiac
temu iz to co sie dobrze wiedzie panu memu bedzie
vaszei C. M. wdzieczno.

Dziekuie tesz krol iego m. pan moi v. C. m. iz v. C. M.
kroliowa i M. wegierska corke iego K. M. i ssinem
iei M. wnukiem pana mego w obronie swei chowacz
raczess. a isz v. C. m. dlia ich wiele dobrego wiele
czinicz moznoscia swa raczess. bo tak sprawiono
pana mego krolia i m. iz wassa Cessarska m.
rostkazal panom Vgierskim abi oni bili wiernii
kroliowei i m. Vgierskiei i sinowi iei M.

a iszbi krolowa bila pamię ssinem swoim Siedmi:
grodskiei ziemie i tich panstw wsitkich, i zamkow,
miast, ktore sa na thei stronie czissi. za co krol i m.
i ssinem swoim wasszei C. M. dziekuie i wdzięcz:
nie to przimuie iako od brata i przijaciela swe°
milego. maiac tę nadzieię isz roskazanie i wolia
wasszei C. M. bedzie trwala mocna i nie odmienio:
na tak w ziemiach iako i w dzierzawach i w po:
sluszenstwie poddanich corki i wnuka ie° krolewskiei
m. a za to pilnie proszi krol i. m. pan moi abi wasza
C. M. raczil tei laski nie odmieniacz przeciwko
corcze i wnukowi ie° K. M. iakasz wassza C. M.
przeciwko nim miecz poczac raczil. Bo cokolwiek
dobrego corka i wnuk ie° K. M. beda znacz i miecz
s laski wasszei C. M. tho nie inaczei pan moi przii:
mowacz bedzie. iedno iako bi się to samemu dzialo
od wasszei C. M. brata i przijaciela milego s ktorim
przijasn, przimierze: miloscz bracka i dobre sam:
siedztwo chce zachowacz wedlie obietnice i zapissow
swoich. maiac thę nadzieię o wasszei Cessarskiei
M. isz v. C. m. laskaw bedziesz na krolowa,
iei m. Węgierska i wnuka przijaciela ie° K.
M. iako wassza C. M. iest przijacielem panu mou
wedlie obietnice przisiegi. i zapissow swoich.

Jesli cię beda pitacz o pana Posnanskie° albo o iakiego
inszego posla ktori od nass sdari do Cessarza Tureckie°
iechal. Bedziesz mowil isz wiem ze z roskazania pa:
na mego bil possel w Węgrzech v Cessarza Tureckie°
pan Posnanski ale nie wiem co sprawowal. bom na
then czass daliekę bil od dworu krolia i. m. pana
mego. O drugiemem tesz slisal isz bil poslan za

panem Poznanskiem mowiem takimi rzeczami, ale powiedano iz me dojechal a zadni niewie kedi sie w Wegrzech podzial.

Na konec powiesz Cessarzowi i. m. iz bil v pana mego krolia i. m. possel od Sendziałka Sleskie° z listem przijacielskim, z ktorego wyrozumial pan moi iz to wasza C. M. roskazac raczil Sendziałkowi i sedziam pogranicznich zamkow swogich abi oni zjechawszi sie z ludzmi krolia i. m. polia i ziemie v. C. M. od pana mego pol i ziem odgraniczili i na dobrim koncu postanowili. Czego krol i. m. pan moi iest wdzieczen od waszei Cessarskiei M. przijaciolia i brata swe° mile°. I roskazal iuz krol i. m. ludziem swim na pietnasti dzien Miesiaca Septembra wiechac i s ludzmi waszei C. M. sie ziechacz, abi wedlie staradawnich znakow i wiadomosci ludzkiei postanowienie w granicach s ludzmi waszei C. m. uczinili. Bo rozumie krol i. m. iz kiedi bedzie to postanowienie, tedi bedzie przijasn miedzi poddanimi v. C. m. i krolia i. M.ci pana me° zobudwu stron.

A tak i teraz krol i. M. proszi iz bi wasza C. M. roskazal Sendziałkowi i inim drugi rass ieszcze iz bi tess konca sie nie rozieżdzali a pewne i przijacielskie w granicach postanowienie uczinili.

Kiedi bedziesz v Pana woiewodi valaskie° albo tesz v Multanskie° powiesz kazdemu z nich pozdrowienie laskawe. I to tesz powiesz iz bichmi radzi slisseli zawzdi o zdrowiu kazde° z nich i dobrim szczesciu, a przess ktore° kolwiek ziemie poiedziesz

dziesz powiesz temu zesmi cie poslali do Cessarza
Tureckie° w sprawach. a bedziesz go zadal od nass
izby przez ziemie swoie bespiecnie przeiechanie vczi:
nil obiecuiac esz mi thesz kazdem obiecaiem iemu
przeslusznim zachowacz sie bedziemi. a ossoblinie
woiewodzie walaskiemu przipomnisz o posle iego
ktori tu v nass bil. iakosmi go odprawili.

Ista epistola seu instructio à
Rege Poloniae Sigismundo prie
missa est post Iacobum Vilamow:
ski Oratorem: ad Coesarem Tur:
corum missu

Vilamowski po odiachaniu twoim przial Erasmus
od Krolowei ge° M^{ci} Vegierskiei. steorego i tess li:
stow iei M. wierozumielesmi iakobi Crolowa iei M.
na nowe Contracti s Crolem Ferdinandem przizwoli:
la. nie tak z woli swei. iako sprzimusszenia tich kto:
rzi i m. dzess w moci a wsprawie swei maia.
Trudno iest zebi ta rzecz ku wiadomoscze Cessarza
Tureckie° przez iz nie miala. a tak ii ctzoc iest porucdzo:
no przed sie sprawui a iesli bi cie tam potkali Basse
od Cessarza: albo sami od siebie esz sie co stalo prze:
ciwnego Cessarzowi Tureckie° od Crolowei iei m.
bedziesz mowil ze o tim nic nie wiess. ani temu
wierzesz. gdieszmi mi twoi pan przi othprawie
twoiei tego nie wiedzieli. a nie zesmi w tei rzeczi
poruczili: sam ssiebie powiedziecz bedziesz mogl:
ze ssie temu dziwuiesz essbi sie tam to tak stacz
malo. przeciwko woliei Cessarza ie° M^{ci}.

A gdiesz to wiesz: ze Croliowa x. m. ma dobre baczenie na przimierze to ktore iest miedzi nami a Cessarzem Tureckim x. m. a tesz w lasce Cessarskiei sie i ssinem swoim kocha. a tim zawiazesz iesz. aczkolwiek nie: wiesz pewnego nic ani slissal: a wszakze iesli bi sie co takowe^o^ stacz miało: tedi rozumiesz iesz sie to stalo nad wolia Crolewei x. m. ✝ i synowi x. m. ku dzierzeniu sostawil ia iesli ze biscie sie wassza m. tego chczieli dowiedziec. ze to prawda co ia mowie: tedi raczcie wassa m. poslacz kogo do krolewei x. m. Vagierskiei a od niei ssze tego dowiedziecz. iesli ze co ona o thim rowie inaczei. Abi nie czinil pod laska nassza. Datu Craco^ue^ postridie assumptionis Mariae quae fuit dies xvi Augusti. Anno dni M^o^ D^o^ xl iiii

✝ a za sprawa tich ktorzi wladna tim czo Cesar yc^o^ Mc Crolewei iei m^ci^

Instructio a Sigismundo patre rege Poloniae ad Isabellam filiam Reginam Vngariae:

Missa ad Liesieczki Aulicum regium et Nunctium ad regina Isabellam missu quae tulerat Nobilis quidam de districtu Samboriensi

Sigismundus I. Rex Poloniae nobili ac Generoso Joanni Liesiecki aulico et Nuntio nostro fideli dilecto

Liesiecki po twoim odiechaniu przijechal do nass od krolowei x. m. Vagierskiei Erasmus s listi s ktorich listow i s niego wirozumielesz mi iz kroliowa x. m. za prozba i za rada panow wegierskich ktorzi na stronie x. m. sa na nieiakie nowe szmowi i Contrakti s krolem iego M^cia^ Rzimskim przizwo:

licz raczila . Tak mami baczic po iei m. iz to wie:
cei z muſzenia rozumila myſli ſchuczi . abowiem tak
ieſſ kiedi namie naczeſkali panowie iz radi doſtacz
nie mogla . kedi bi im tego co oni radzili beſs ſzkodi
zmilenacz mogla ktora rzecz biſmi chwalic albo
ganicz chcieli wedlie miſli naſzei wedlie pothrzebi
tedi iuſz ieſt pozno gdi ſie iuſz rzecz ſtala a zamkniela
a wſzakoſz gdi bi na to przyſcz moglo iz bi ta rzecz
nowa mogla ſie beſs ſkodi a nie beſpiecenſtwa kro:
lowei r m. opuſczicz tedi biſmi wolieli abi iei m.
przi pierwſzem poſtanowieniu ſwogim i ſina ſwoie° zo:
ſtala . wſzakze mi iednak doſtateczinie wtim obaczic
wſitkiei° ku pozitku Krolowei iei m. nie mozemi
gdiſz tak nie vſtawiczne czeſto a odmienne tam tich
kraiow ſprawi widzyemi . na ktora kolwiek ſtrone
meſlia ſwoia ſzie obroczimi . wſzedi trudnoſczi a
nie beſpieczenſtwa Krolowei r m. ſie obawami
Jeſteſmi i na thim abiſmi iei m. wedlie oiczowſkiei
powinnoſci ku dobremu radzili . alie iz czaſs pretko
a czeſto ſie mieni . a od naſs przedalekoſc mieſca
ku tim pretkim odmiennoſcziam rzeczi . rada zadna
iſta a potrzebna wczaſs bicz przimieſziona nie moze
Obawiami ſzie tego abiſmi rada naſſza nie poſpieſzna
prze nie wiadomoſcz rzeczi ktore zednem i ſgodzi:
na przichodza trudnoſczi iakiei ſmiechenia a
niewiadomoſci Krolowei r m. nie vczinili wſzak
ze co maſz pierwei w poruczeniu . ſprawowacz be:
dzieſz . tak iakocz ieſt od naſs roſkazano . A powieſz
Krolowei r m. iz ta rzecz ktora ſam po tobie
przeſla przeſs Eraſmuſſa i przes liſti . ktore on prze:
nioſl ieſt naſs barzo zaſmuczila . bo ſie bogimi abi
Kroliowa r m. tego co dzeſz maw dzierzenia a

w nadziei nie vpusczila a owego o czim iei m. powie:
daiacz nie dostala. a tak zdalo bi sie nam iesli bi w
czass iescze ki przijechal. a iei m. iescze sie nie ru:
szila zebi iei m. od nass napominal. abi ostrzegla
swoich rzeczi kedi bi mogla. a nie pewne, nie grun:
towne. a nie giste rzeczi sina i sama siebie nie sadzi:
la. Nieradzi bismi widzieli abi Krolowa i. m. Cessa:
rza Tureckie^o przeciwko sobie i sinowi swemu swa:
wolnie miala. ktori mimo insze stanu i potrzebam
iei m. w Koronie Vgierskiei do tich miast wieczei
folgowal. Bo gdi bi go rass iei m. stracila snacz bi
nigdi po tim ku tim mieiscam i opatrzeniu przijscz
nie mogla. Niechai bi iei m. iescze sama ssiebie pa:
now Vgierskich pitala. ktora istote. a co za pew:
noscz iei m. w tich nowich Contraktach obiecuia
abi sie przess nie pierwsze postanowienie w rzeczach
iei m. i sina iei M^ci nie odmienilo. Niech im thesz
przelozi nie bespieczenstwo od Cessarza Tureckie^o
ku ossobie swei i sina swego i wsitkich tak Siedmi:
grockiei ziemie iako i inszich poddanich iesli ze sie
on dowie tich spraw ktore sie dzieia bess woliei
a ku skodzie ie^o. Tesz niech iei m. powie. iz
ia ta rada potika s Koroni Polskiei zebi iei m.
pewnich rzeczi za nie pewne pusczacz nie raczila
a poki w reku ssinem swim i wdzierzenia niecz
ie bedzie tego na czim bi stan iei m. i sina iei m^ci
moglbie slusznie opatrzon wedlie dawne^o postanowienia
zebi s mieisca na ktorim iest nie ziezdzila a Turec:
kie^o Cessarza przeciwko sobie nie poruszala a
wszakosz iei m. tich rad nie chczciala bi vziwacz
iedno sprzeswolieniem ich m. panow Vgierskich
rad swoich w ktorich reku spoczatku pokladala

taki dzis nadziei swoie poklada. dufaiac temu, iz
ich m. wspominanszi na nieboszczika krolia pana swe°
malzonka iei m. beda na koniec o dobrim postanowie:
niu i sina iei m. prziiaznie a skutecznie radziecz.

Przeloszi tesz iei m. potrzebi swe i niedostatki. ku potrze:
bnemu a besspiecznemu iechaniu swemu na tak daleka
droge i bedzie od nich zadala radi i vkazania obi:
czaiu iakobi iei m. besspiecznie a wedlie dostoienstwa
swe°. a iesli tesz iuz ku pewnim rzeczam prziiechacz
miala. ktora rade gdi iei m. od nich vslisszi. obaczic
bedzie raczila iesli rzecz gruntowna. albo dostateczna
bedzie. a iesli ze tesz vprzeimie chcecz beda tego
po i. m. na co radza tedi iei m. tam niech rozu:
mem iuz swim sprawowacz sie raczi. a czego sbiecz
nie bedzie mogla bess skodi swei w tim za ich rada
niech postepuie.

Alie iesli bi iechacz muszziala za ich rada i postano:
wienim tedi bi niech iei m. ku rzecz pretko odpra:
wowala. abi iei m. w them lieto inni nie przekazil a
potim zebi trudniesze wiechanie iei m. nie bilo.
a iesli bi tesz to bog dal abi za rada a pomocza panow
Vgierskich swoich mogla tam iei m. zostacz kedi
iest. a mieskac w dobrim opatrzeniu i przebesspieczenstwiu
tedi bismi radzili to abi iei m. tam zostala Turka nie:
gniewaiac poki azbi sie tego lata sprawi walieczne
przetoczili. bo bi lacniei i. m. rzeczi swe sprawo:
wacz. na potim maiac przijasn Cessarza Tureckie°
i maiac thesz w reku to. zaco zawsdi moze bicz
wielie od Krolia ie° m. Rzimskie° postapiono. alie
mi iakosmi sprzotku pissali nie wiedzac co tam czas
i godzina niesszie. baczeniu i rozumowi to iei m. po:
ruczami abi iei m. tich w swich rzeczach wedlie

czassu a potrzebi rozumu swe° vziwala pan boga sie
poruczaiac a ie° swietei M.ci wspomozenia proszac.
Nam tesz niech dawa znacz iei m. co czas przimiesie
abiszmi wiedzieli iako na wszelka potrzebe iei m.
bismi radziecz mieli

To bi sie nam iescze zdalo ktemu abi krolowa iei m.
radzila sie w tich rzeczach nie tilko Podskarbie° abo
ie° towarzisczow abi thesz i inich Panow tak vgierskiei
iako Siedmigrodzkiei ziemie, zebi wszitci sgodnie ie-
dnei rzeczi iei m. pomagali. Bo iesli iedni beda czinic
iedne rzecz a drugim sie to nie bedzie podobalo tedi be-
dzie sie trzeba bacz trudnosci niebespieczenstwa i os-
karzenia v Cessarza Tureckie° a wszakosz iei m. i
w tim rozumem niechai stapa abi tich nie rozgniewala
ktorzi dzis rzeczami wladna.

Thesz to sie nam zda iesli zebi panowie na to przizwo-
lili abi k. m. tam mieszkala w Siedmigrodzkiei ziemi
tedi zebi s ich wola poslala iei m. posla do Cessarza
Tureckie° omawiaiac sie w tim co teraz sie stalo iz
nie s iei M.ci woliei chcedzi ta rzecz posla a wszakosz
obieczaimie abi tich sobie ktorzi dzisz wladna tim
posselstwem nie rozgniewala.

Liesiecki ktorie ten list nasz odda, ten iest ziemia-
nin od Sambora a tak wezmiesz go s soba do Vgier
dlia tego iz go zasie do nas posliesz iako tam przi-
iedziesz a co sie tam s Krolowa iei m. dzieie nam
przezen dasz znacz a iesli ze co sprawisz przezen
oznaimiesz a wszakosz nie chcemi abi go tam przi-
iechawszi przi sobie daliei trzimal iedno dzien
abo dwa abowiem bedzie tam sluzebnik woiewo-
di Crakowskie° ktori tam bedzie nieco trwal.

przezes ktore° nam dasz znacz iesli ze bi sie sam
tak pretko nie odprawil. co tam sprawisz. a co za
stanie ie. m. Krolowei Vegierskiei bedzie. a tez
dlia tego roskazuiem tak czinic izebismi radzi
wiedzieli na kazde czass co sie tam dzieie okolo
Krolowei ie m. i okolo inszich rzeczi Jnaczei
abis nie czinil pod laska nassza Datu Crac^ae posti:
die assumptionis beatae Virginis Mariae M°DXlii°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Romanorum Regi

Ser.me Princeps etc. Quos parat conatus M.tas v. in Vngariae regnum recuperandum, eos Christus vt prouehat precamur. Qui cum viduarum et pupillorum vnicus sit adiutor et protector ita demum cepta M.tis vestrae secundabit si rationem illorum habendam, et quod suum est cuiqz tribuendum curauerit. Tenet procul dubio M.tas v. neqz per nos neqz per Ser.ma filiam nostram stetisse, quo minus hae conditiones impleri possent, quae sunt in foederibus perscriptae inter M.tem vestram et Ser.m olim Do. Joannem Regem ictis. Ne nunc quidem quo minus illis satisfiat recusamus atqz a M.te vestra petimus, vt quae illi nobiscum intercedit arctissimae necessitudinis memori animo esse velit erga Ser.ma filiam Nepotemqz nostrum, vt quod ex pacto eorum est id ab eis auferri ne patiatur. Perfertur enim ad nos ad nouas quasdam pactiones illa non modo non consenciente, sed ne sciente quidem ventum esse, quod quidem quam firmum quamqz ratum esse debeat, facile pro sua prudentia perspicit M.tas v. cum etiamsi maxime consensisset Ser.ma filia nostra quandoquidem ad nos tutorem suum legittimum non retulit, neqz noster ad eam rem consensus accessit valere id non potuerit, q.d presertim in fraudem pupilli factum esse videtur. Nos vero vt in eo perstet rogamus quod semel iam constitutum ac non modo litteris, verumetiam iuramento M.tis vestrae et Ser.mi olim domini Joannis Regis fuit confirmatum

ne si secus factum sit, et Dei ira provocetur, qui viduarum
atque pupillorum iniurias graviter ulcisci consuevit, et
Ser.ma filia nostra ad alia remedia confugere cogeretur
non modo M.ti vestrae, sed et nobis minime grata futura.
Datum ~~Vilnae~~ Crac. penultima Julii M.o D.o XLii.o ??

Ferdinandus Romanorum Rex
Sigismundo primo Regi Polonie

Redditae sunt nobis a Ser.te vestra litterae acerbitatis
quiddam prae se ferentes, in quibus nos foederum inter nos
et Ser.mum olim Joannem Regem Vngariae ictorum admo-
net. Deinde vero recordari posse nos scribit neque per
se, neque per Ser.mam filiam suam Jsabellam stetisse, quomi-
nus hae conditiones omnes impleri possent, quae sunt
in foederibus perscriptae: petens a nobis ut quod pacto
ex
ad Ser.mam filiam, nepotemque suum pertinet, id ab eis au-
ferri ne patiamur. Ad ea si vellemus respondere quem-
admodum ipsius negotii conditio statusque exigere: omni-
umque praeteritarum actionum nostrarum in hac re ratio
tum aequitas ipsa postulare videntur: necesse nobis fo-
ret, multa tum purgandi tum excusandi nostri causa
repetere, et in medium afferre, quae prius hisce de re-
bus acta et saepius repetita fuerunt: sed ab his su-
persedere satius putamus, quippe qui amoris et bene-
volentiae certamen cum Ser.te v. tot tantisque necessi-
tudinis vinculis nobis coniuncta longe magisque susci-
pere et certare cupimus, et volumus, quam ad super-
vacaneas rursus contentiones condescendere, ex quibus

non nisi amarulentia quadam nascatur. Sic enim existi:
mamus si modo scripta nostra ad Ser.tem vestram omnia
in hoc genere allata, eique perlecta sunt, ex his Ser.tem
vestram facile deprehendere potuisse, quod nunquam alia mens
aliusve animus nobis fuerit, quam ut pactis inter nos et ip:
sum Ser.mum olim Joannem Regem initis, iureque iurando
utrinque firmatis, firmiter staremus, et iure quidem
merito, nulla nobis culpa asscribi, aut recte imputari
posse speramus, et confidimus in eo, quod tum Ser.ma filia
Ser.tis v. eiusque Nepotuli, tum nostrae miseraeque Regni
nostri Hungariae, res in eum locum in quo nunc versantur
adductae fuerunt. Etenim semper propensi fuimus
non solum cum vixit Ser.mus Rex Joannes: verumetiam
post illius obitum pacis tractatus, quantum in nobis erat
observare, cuius rei nemo sane testis locupletior esse qui:
at, quam ipsamet Ser.tas vestra, si modo memoria
adhuc tenet, quae ad se eo nomine, non solum nos verum
etiam M.tas Ces. frater et dominus noster char.mus
cuius quidem autoritate pax ista coierat perscripsit,
adeo ut nos ab omni culpa vacare, quod ad hoc quidem
negotium attinet, vel teste conscientia nostra putemus
Neque unquam recusavimus dum erant res integrae Ser.ma
filiae Ser.tis v. nepotique suo, ea quae ex pacto debe:
bantur, quantum in nobis fuit concedere. Quid vero
nunc amissa scilicet Buda et in manus Turcarum tradita
praestare vel debeamus vel possimus, aliorum esto iudi:
cium, sed ita tamen nos per omnia gerere et exhibere
studebimus, ut totius causae huius rationes primum coram
Deo, deinde apud Ser.tem vestram, postea vero toti orbi
Christiano, absque aliqua reprehensione omni tempore
probare et tueri possimus.

Quod autem Ser.tas v. ad se perlatum esse scribit ad

ad nouas quasdam pactiones Ser.ma filia sua non mō
non consenciente, sed nesciente quidē venturē, de eo.
Ser.ti vestræ id quod res est simpliciter et minime fu-
cato animo significamus. Superioribus Mensib. aliq̄t
quosdā Ser.tis vestræ filiæ Consiliarios, eosq; primores
petiisse et rogasse, ut nos adhuc cū ipsa certis mediis
et conditionib. concordare non dedignaremur; ad quod
cū nos facile assensissemus et permisissemus ut tra-
ctatio susciperetur super certis articulis et conditioni-
bus: proloqutū et conuentū fuit, nempe ut nos sin-
gulis annis certā summā pecuniarū præfatæ Re-
ginæ Isabellæ, eiusq; filio deputare tantisper q̄ad
concordia finalis concluderetur, et stabiliretur, nec-
non certa loca eidem et filio eius ad manus assigna-
re deberemus, et q̄ super aliis quoq; rebus et negotiis
tam ipsā Reginā, quam filiū eius concernentib.
nos cū ipsa intra spatiū duorū annorū paterne,
amice, et benigne concordiā iniremus, quæ si nullo
modo interuenire posset aliquib. causis interuenientib.
tunc negotia omnia, quæ inter nos et Reginā, et filiū
eius dirimenda essent, referrentur ad Cæsaream M.tem
et Ser.tem vestrā, uti patrem Ser.mæ Dominæ Reginæ
qui quidquid super controuersiis comuni iudicio, et
deliberatione decreuissent, tali iudicio et deliberationi
ambæ partes parere acquiescere et modis omnib. ob-
temperare deberent. Quocirca nos Ser.tis V. iudicio
aliquanto diligentius expendēdū relinquim., an in
præiudiciū seu fraudem filiæ suæ vel Nepotis aliquid
agere voluerim., eoq; nomine merito accusari pos-
sumus, cū ex priorib. Tractatib. ferme omnib. qui
in negotio isto Ungarico habiti fuere Ser.tem V. ex-
cludere nunq̄ in animū induxerim. quin ea sciente
et approbante determinarentur.

Porro quod Ser.tas vestra scribit generosum Melchiorem a Lamoff subditum Ser.tis v. questum esse, quod homines quidam Petri Pereni hostilem in modum in villas Ser.tis vestre incursionem fecerint, ac non solum populati sint, diripuerintque bona, sed etiam colonos ipsos verberibus affecerint, neque ullum violentie genus reliquum fecerint: petens proinde a nobis, ut in grassatores istos ita animaduertere velimus, ut ne quid deinceps simile audeant designare. Ea vis certe per nostros homines Ser.tis vestre subditis illata quemadmodum dictus Melchior a Lamon significauit, non nisi molestissime fertur. Quare operam omnino dabimus, ut quamprimum de istiusmodi facinoris ratione edoceamur, hii qui illud perpetrarunt, meritas penas luant, et quantum in nobis erit prouidere curabimus, ut ne quid subditi Ser.tis v. a nostris hominibus detrimenti accipiant. Quin potius cum illis bonam amicitiam et vicinitatem conseruent et exerceant. Ser.tem vestram diu felicem et incolumem regnare optamus. Datum in nostra et Imperiali Ciuitate Noremberga 25. Augusti M. D. XLII.

Ferdinandus Rex sst.

Responsum à Rege Ferdinando Principibus Electoribus imperii presentibus: et coeterorum Principum absentium Oratoribus et Consilia:riis. Noremberge in Conventu datum, ad propo:sicionem Regis Polonie Sigismundi primi: de negocio filie sue Isabelle regine Ungarie vidue

Sacra Regia Mtas Romanorum Ungariae et Bohe:miae etc. Dns noster clemens ex litteris Ser.mi Prin:cipis domini Sigismundi Regis Poloniae, fratris con:sanguinei et affinis sui char.mi, quas ad Sacri Roma:ni Imperii Principes utriusque status Electores cete:rosque ordines in presenti Conventu Norembergen. congregatos, eorundemque absentium Oratores comiter dedit: satis abunde intellexit ea omnia, quae idem Ser.s Rex Poloniae, ratione Ser.mae filiae suae dominae Isa:bellae viduae Reginae Ungariae ipsiusque filii propter cer:tas conditiones, inter Mtem Regiam et Ser.mum quon:dam Principem: do. Joannem Ungariae Regem iam olim susceptas, illis ipsis statibus perscribere et significare non dubitavit. Ad quae si Mtas Regia respondere vellet quemadmodum ipsius negotii conditio, statusque exigere: om:niumque praeteritarum actionum suarum in hac re ratio et aequitas ipsa postulare videntur, necesse sane foret multa illi tum purgandi tum excusandi sui causa repetere et in medium adferre, quae prius hisce de rebus acta fue:runt, sed tum propter brevitatem temporis, tum quia eo

animo erga Ser.mum Regem Poloniae, suosque omnes semper fuit, et nunc quoque est, ut cum Ser.te illius ut pote tot tantisque necessitudinis vinculis ei coniuncta nil libentius, quam mutuae amicitiae, amoris, beneuolentiaeque cursum conseruare, et in dies magis magisque continuare et augere cupiat, satius putauit ab his in praesentiarum supersedere, hoc tantum ipsis Principibus Imperii persuasum, et testatum esse volens, quod M.ti suae nunquam alia mens, alius animus fuerit, quam ut pactis inter M.tem suam et ipsum Ser.mum olim D. Joannem Regem ictis, iureque iurando vtrinque firmatis, firmiter staret, et satisfaceret. Et iure quidem merito, nulla sibi culpam ascribi, aut recte imputari posse sperat, et confidit eadem M.tas regia in eo, quod tum Ser.mae Reginae Isabellae, eiusque filii, tum M.tis suae miserique Regni Vngariae res fortunaeque in eum locum in quo nunc versantur adductae fuerunt, quandoquidem M.tas sua semper prompta fuit, non solum cum vixit Ser.mus Joannes Rex, verumetiam post illius obitum pacis Tractatus et conditiones, quantum in se erat obseruare, neque vnquam recusauit, dum erant res integrae Ser.mae Isabellae Reginae, eiusque filiolo, ea quae ex pacto debebant concedere. Et sicuti M.tas Regia eam antea paterne commendatam habuit, etiam in posterum erga illam et filium suum, sic se gerere et exhibere, tum in hoc ipso negotio, tum in aliis rebus omnibus studebit, ut neque ipsa, neque Ser.mus Rex Poloniae eius parens vllam de M.te sua conquerendi causam merito habere possit. Illam quod idem Ser.mus Rex Poloniae ad se perlatum esse scribit, praeter scientiam et voluntatem Ser.mae filiae suae ad nouas pactiones descensum esse, quas minime ratas, et firmas esse oporteat. M.tas regia pro rei veritate non potest aliud respondere, quam quod superioribus aliquot Mensibus quidam Ser.mae Reginae

Isabellae Consiliarii petierant et rogarant ut M.tas Regia adhuc cum ipsa Regina certis mediis et conditionibus concordare non dedignaretur, ad quod M.tas sua assensit et permisit ut tractatus susciperetur, sicque super certis articulis, et pro conditionibus proloculum et conuentum fuit nempe ut M.tas Regia singulis annis certam summam pecuniarum praeffatae Reginae eiusque filio deputari tantisper quoad concordia finalis concluderetur et stabiliretur, necnon certa loca eidem ac filio ipsius ad manus assignare deberet. Et quod super aliis quoque rebus et negotiis, tam ipsam Reginam, quam filium eius concernentibus M.tas regia cum ipsa intra spatium duorum annorum paterne amice, et benigne concordiam iniret, quae si nullo modo conuenire posset tunc negotia omnia quae inter M.tem Regiam et Reginam et filium eius dirimenda essent, ad Caesaream M.tem et Regem Poloniae patrem Reginae refferri deberent, quidquid super negotiis et controuersiis communi iudicio et deliberatione decreuissent, tali iudicio et deliberationi ambae partes parere, acquiescere et modis omnibus obtemperare deberent. Quocirca M.tas Regia vere affirmat, se nunquam in animo habuisse excludendi Ser.mum D. Regem Poloniae in his rebus et negotiis, quae Ser.mam Reginam Isabellam filiam ac nepotem concernunt, quin potius in omnibus tractatibus qui in negotio isto Vngarico hactenus habiti fuerunt, absque illius praescitu et consensu nihil unquam concludere aut in praeiuditium ipsius vel suorum agere voluit, id quod clare vel ex nouissimo Tractatu apparet.

Sigismundo primo Regi Polonię, Principes Electores imperii: et orẽs reliquorum Electorum absentium: in Conuentu Norembergen' congregati

Ser.^me ac poten.^me Rex: affinis amice et domine graciosissime. Salutem et obsequia nostra amicissima et promptissima. Ex litteris Ser.^mae regiae dignitatis vestrae ad nos scriptis intelleximus eandem Regiam dignitatem vestram amice et graciose petere, vt apud Sacram Rom. Regiam M.^tem dominum nostrum clemen.^m intercedentes obtineamus, quatenus M.^tas sua optatum huius belli exitum consequuta, ea quae ad Ser.^mae Regiae M.^tis vestrae filiam Isabellam Reginam Vngariae et eius filium pertinere scit, tohis iam petita non grauatim tribuat. Et illam Ser.^mae dignitatis vestrae petitionem praefatae Rom. regiae M.^ti insinuauimus, quae lectis Ser.^tis vestrae his responsum suum in scriptis redactum nobis reddi curauit quemadmodum Regia dig.^tas v. ex eiusdem litteris nostris incluso exemplo plenius intelliget, et vt speramus aequi boni consulet, dabitque operam vt cum honore et dignitate Ser.^mae filiae et Nepotis sui cum M.^te eius omnia illa negotia amicissime componantur, quod vt fiat: et vt inter Ser.^mam regiam dignitatem v. et eius M.^tem et hoc sacrum Imperium perpetuus amoris et beneuolentiae cursus retineatur, plurimum optamus, et pro virili nra diligentiss.^me adiuturi et promouebimus. Deus opt: Max: Ser.^ma Regiam digni.^tem v. quam diutiss.^me incolumem in Regni sui fael.^mo regimine tueatur et conseruet. Datum Norembergae. XXVI Aug. Anno dni M.^o D.^o xlii^o

Sigismundo Erberstem
Bona regina Polonie

Mag.ce sincere nobis dilecte. Audimus Ser.mum D. Ro.num Regem fecisse cum Ser.ma domina Isabella Regina Vngarie filia nostra char.ma contractus et pacta huiusmodi, que in presentium temporum difficultate ad conseruandum Regnum Vngarie videbantur esse opportuna. Nos fauemus Ser.mo domino Rom. Regi omnes felices.mos successus, et ut rerum in Vngaria potiatur: faxitque Deus ut que inter M.tem eius Regiam et Ser.mam filiam nostram acta et constituta sunt feliciter cedant utrique suarum M.tum Regnoque Hungarie, et toti reip.ce Christiane. Et licet haec que sunt M.ti Reginali designata filie nostre sint minuta admodum et exilia pro sustinendo statu M.tis sue Reginalis cum sit illa et filia et soror et coniux Regum: et amplissimi Regni Regina, quia tamen ea nunc est eius fortuna, ac diuina voluntas, et salus Regni Vng.ce exposcere id videtur, equo illa feret animo hanc fortunam suam, credimusque nos quod Ser.ma Regia Ro.num M.tas haec que communi consilio sunt constituta firmiter seruabit, et dignitatis Ser.me filie nostre bonam rationem est habitura. Et quia non ignoramus consilia vestre Mag.cie apud Ser.mum Regem suum magnum pondus habere, postulamus ab illa ut Ser.me filie nostre fautor et Regi suo Ser.mo consultor esse velit, ut illius M.tas paterne se erga filiam nostram gerat. Quod vero ad traductionem in Scepusium ex Transiluania

Ser.ma filia nostra attinet adiungat eius M.tas regia filia nostra conductores et comites et inter eos Consiliarios qui M.ti sua Reginali etiamnunc assistunt caeterosq optimates cum decenti comitatu quo salus honos et dignitas M.tis suae sarta tecta maneat. Cum autem Ser.ma filia nostra in Scepusium traducta erit Ser.musq Rex Ferdinandus meliores successus habebit, certo nobis persuademus q M.tas sua regia pacta illa priora cum Ser.mo Joanne rege inita servabit et patrimonium Regis Joannis superstiti eius filio et matri eius restituet, cum sit Rex iustus et Ser.mis regibus Poloniae propinqua sanguinis necessitudine coniunctus. Nec dubitamus nos quidem quin Sacra illius M.tas bene velit Ser.mae filiae suae quam uxorem dat Ser.mo filio nostro pari ratione eandem humanitatem benevolentiamq erga filiam nostram declaret quam hic apud nos filiae suae exiberi desiderat. Refferemus hanc operam vestrae Mag.cia omni studio et gratificatione nostra etc. Craco. XXVI Augusti M°D°XLII

Voievode Valachorum

M
Sigismundus I Rex Poloniae.
Mag.ce domine vicine sincere nobis dilecte. Binas huc postquam Cracoviam venimus Legationes ad nos Sin.tas tua misit, petiitq ut mandarem Capitaneis nostris ne ullas iniurias subditis Sincer.tis vrae inferri a quoquam hominum nostrorum paterentur et si

quae forte fortuna essent delatae de eis si esset delata iustitia ut omnibus administrarent. Id nos mandauimus sincere, credimusque mandatis nostris Capitaneos nostros parere. Interim tamen perfertur ad nos subditos Sincer.tis vestrae non cessare ab incursionibus praedationibus violentiisque quibus homines nostros saepenumero vexant, de quibus quoties Capitanei nostri ad Capitaneos Sincer.tis v. deferunt, nulla administratur iustitia. Quare quemadmodum nos Sincer.tis v. postulationibus paruimus, nec patimur apud nostros culpae quidquam residere, quo vel iniuriae hominibus Sin.tis vestrae inferantur, vel illatae non praesentur: ita aequum est ut secundum Tractatus et conditiones foederum Sin.tas vestra nostros homines a suis iniuriis tutos et immunes esse iubeat, et temerarios hosce qui iniurii nostris hominibus esse pergunt puniat, et ad resarciendam nostrorum damna compellat. Quam bene valere cupimus. Cracoviae X. Septemb: M.o D.o XLII.o

Noua pacta seu contractus inter Ferdinandum et Isabellam viduam reginam Vngarie: de possessionibus partis regine Ferdinando resignandis: de Scepusio vero etc regine consignandis

Isabella Dei gracia Regina Hungarie etc. memorie commendamus et profitemur tenore presentium significantes quorum interest vniuersis. Cum R.dos deuotos ac spectabilem et Mag.cum sincere nobis dilectos, fratrem Georgium Episcopum Varadien. Thesaurarium, Joannem Statilium Episcopum Transiluanien. et Petrum Petrouic Comitem Themessien. partiumque inferiorum Regni nostri Capitaneum generalem ex eo quod illorum medio Sacratis. et Serenis. Princeps dominus Ferdinandus diuina fauente clementia Rom. Rex semper augustus etc. affinis et consanguineus noster char.mus vna cum Mag.co Casparo Serediij partium superiorum eius M.tis Capitaneo certis quibusdam propositis oblationibus nobiscum concordie tractatus inire in animum induxerat, in Commissarios negotiorumque gestores nostrorum vigore litterarum nostrarum plenum mandatum continentium fecissemus, ordinassemus et constituissemus, et cum praefato Mag.co Casparo Serediij Nuncio et Commissario praefati Ser.mi domini Ferdinandi Regis Tractatus quosdam ob bonum publicum Regnique Vngarie, et Christiani orbis conseruationem iniremus. Cumque idem R.di deuoti Spectabilis et Mag.cus frater Georgius Episcopus Varadien. Thesaurarius, Joannes Statilius Episcopus

Transsiluanen. et Petrus Petrouic Comes Themes:
sien. litterarum vigore pleni mandati nostri quas ipsis
in Ciuitate nostra Lippa decima octaua die Mensis
Decembris. Anno domini Millesimo quingentesimo
quadragesimo primo dedimus colloquio inter praefatum
Ser.mi domini Ferdinandi Regis Commissarium et eosdem
fratrem Georgium Episcopum Varadien. Joannem Sta:
tilium et Petrum Petrouic mandatarios nostros interue:
nien. habita vtriusque pacis pub.cae et concordiae firmae
qua Regna firmantur ratione ad certas pacis condi:
tiones nomine nostro cum illo deuenerint quarum qui:
dem conditionum tenor hic sequitur et est talis.

Quod Sacratiss. dominus Ferdinandus Rex nobis et
Ill.mo Joanni duci filio nostro char.mo arcem Sce:
pusien. cum omnibus Ciuitatibus. oppidis. villis. vecti:
galibus. Telonijs. fodinis minerarum. et pertinentijs
quibuslibet ad arcem Scepusien. de iure ab antiquo spe:
ctan. ad manus nostras. et Ill.mi Ducis Joannis filij
nostri char.mi, semoto quolibet impedimento inprimis
assignet. et singulis annis. quoad concordia finalis fi:
nita conclusa et stabilitata fuerit duodecim millia
florinorum Hungaricalium. super certis et opportunis
locis persoluen. statim deputet. Vicissim autem nos
quaslibet Ciuitates et arces. ad Coronam Regni Vng.ae
in Vngaria et Transsiluania existen. et pertinen.
in quibus manibus nostris et fidelium nostrorum habitas Ser.mo
domino Regi Ferdinando assignemus. restituta tamen
prius arce Scepusien. cum vniuersis pertinentijs eiusdem
in manus nostras. et Ill.mi Joannis Ducis filij nostri
char.mi, hoc quoque expresse declarato. ne mora ali:
qua tandem in Ciuitatibus et arcibus ad Coronam

Regni Vng. pertinen. in manibus nostris et fidelium nostrorum existen. redden. intercurrat. Coronam autem sacram qua Reges Hungariae legittime electi coronari solent, secundum Hungaricae nationis veterem et regni approbatam consuetudinem conseruan. potestati Ser.mi domini Ferdinandi Regis assignemus

Praeterea quod Ser.mus dominus Ferdinandus Romanorum Hung. etc. Rex nobiscum et cum Ill.mo domino Joanne Duce filio nostro intra spatium duorum annorum paterne amice benigneque super aliis quoque rebus et negotiis tam nos quam Ill.mum Joannem Ducem filium nostrum concernen. hoc est tam de patrimonio eiusdem filii nostri char.mi quam de bonis pro contradote nobis inscriptis et obligatis, remotis exteris arbitris concordiam ineat quae si nullo modo interuenire poterit aliquibus causis intervenien. tunc negotia omnia quae inter nos et Ill.mum Joannem Ducem filium nostrum char.mum ac Ser.mum D. Ferdinandum Regem dirimenda sunt referantur ad inuictiss.mum Principem dominum Carolum Imperatorem Romanorum semper augustum ac Ser.mum Principem dominum Sigismundum Regem Poloniae etc. patrem nostrum amantissimum atque obseruan. Qui quicquid super negotiis controuersiis communi iudicio et deliberatione decreuerint tali iudicio et deliberationi tam nos et Ill.mus Joannes Dux filius noster char.mus quam Ser.mus D. Ferdinandus Rex pariter acquiescere et modis omnibus obtemperare debeamus. Sin autem diuina prouidentia Imperatoria M.tas et Ser.mus D. Sigismundus Rex Poloniae pater noster amant.mus intra biennium vita defungeretur eam cum morte commutan. tunc liberum sit

nobis loco Ser.mi Sigismundi Regis Poloniae et patris
nostri et Ill.mo Joanni Duci filio nostro, qz Sacratis.mo
Regi Ferdinando loco invictis.mi domini Caroli Impe:
ratoris aliquem aliu quem voluerint eligere, qui nego:
tia super quibus concordia interuenire non potuit de:
cimat. Et haec quoqz controuersia infra spatiu eo:
rundem duorum annorum a die contractus initi cessante
qualibet exceptione finiatur.

Si autem ut sunt cuncta humana caduca fluxa mor:
tiqz obnoxia, et nos e vivis excederemus, tu Ser.mus
dominus Sigismundus Rex pater noster amantissim.
praefatu contractu in omni parte implere et exequi
teneatur et sit obligatus infra spatiu eorundem du:
orum annorum.

Nos itaqz praefatis Contractibus pro bono publico,
et regni salute acquiescen, eaqz omnia quae dicti fr
Georgius, Joannes Statilius et Petrus Petrowic
Mandatarii et Commissarii nostri vigore pleni man:
dati nostri cu praelibato Sacratis.mo domini Ferdi:
nandi Regis Comissario Casparo Seredii desuper
pleno mandato suffulto, ratione concordiae ineundae
et pacis stabiliendae egerunt et concluserunt, rata
grata valida et firma haben, praememoratas con:
ditiones in omnibus punctis, clausulis et articulis
suis ratifican, proban, et confirman duximus imo
ratificam, probam, et confirmam per pntes. Promitten
in vbo nro Regiali, q quaecunqz nobis et nostris in illis
ipsis conditionibus initae concordiae aut praestan aut
exequen incumbunt, ea omnia sincere et integre
praestare et exequi, nec contra ea vel eoru aliquid
directe aut indirecte, quovis nomine, modo, colore et
ingenio agere dicere, facere vel venire volumus

dolo et fraude postpositis penitus et semotis. harum nostrarum vigore et testimonio litterarum Sigilli nostri impressione et manus nostrae subscriptione munitarum. Datum Albae Juliae XXVI^a^ Julii M^o^ D^o^ XLII°

Ferdinandus Romanorum rex
Sigismundo I^o^ regi Poloniae

Reddita sunt nobis litterae Ser.^tis^ V. quibus scribit se accepisse ex litteris Ser.^mae^ filiae suae quo in statu de novis pactionibus quas nobiscum preter consilium et scientiam Ser.^tis^ vestrae inierit. res illius in presentiarum positae sint. admonet hortaturque nos Ser.^tas^ vestra. ut eiusdem Ser.^mae^ filiae suae ex Transilvania migrandi viam sit, illa ne aliquid mali et incommodi paciatur commendatam habere protegereque velimus. Nos vero existimamus perlatas iam esse ad Ser.^tem^ V. litteras nostras. quibus illi respondimus ad ea quae proxime ad nos Ser.^tas^ V. de ipsis pactionibus perscripserat et Ser.^tem^ vestram ex illis aperte satis superque cognovisse. mentis nostrae propositum intentionemque nullatenus fuisse quicquam agere aut pacisci. quod cum praeiudicio filiae et nepotis Ser.^tis^ vestrae coniunctum aut illis fraudi quoquo modo futurum. aut Ser.^tas^ vestra exclusa videri posset. Quod ipsum vel hoc Ser.^ti^ vestrae testatum facere debet. quod summa rerum in sacra Caesarea

et

et Catholica Regia M.tem fratrem et dominum nostrum char.mum simul et Ser.tem vestra remittere non dubitaverimus. Quae cum ita se habeant confidimus iam nunc, ut si qua sinistra in hoc de nobis opinio praeter meritum Ser.ti vestrae suggesta esset, illam omnino abiectura sit.

In tuenda autem et propugnanda Ser.tis v. filia ne in discrimen aliquod cum filiolo adducatur, nos pro veteri et arctissima necessitudine quae nobis cum Ser.te v. intercedit, non minorem curam, studium, et diligentiam nos habituros esse certo credat Ser.tas v. quam si illius filia et nepotulus proprii liberi nostri essent, atque ut in migratione cum comitatu, rebusque suis omnibus tuta esse queat, paterno amore et affectu ita providere curabimus, atque dignitatis suae Reginalis eam clementem rationem habebimus, ut nihil de nobis amplius quod ad illius salutem et dignitatem tuendam pertinet desiderari possit. Quod reliquum est optamus Ser.tem v. quam diutis.me valere foeliciter. Datum in Civitate nostra Vienna die quinta Mensis Septembris Anno dni M° D° xl ii°

Isabellae Reginae Craconiae xxvii Octobris anno domini 1542

Ser.ma etc. Ex hiis quae nobis Lissecki nomine M.tis v. renunciavit adeo sumus animo perplexo, ut quid consilii M.ti v. demus prorsus nesciamus, quantum enim ex eo cognoscere licuit, quod foelix et diuturnum

Deus esse velit. Adeo possidet multa M.tas v. in Transsil:
uania vt nullus vnquam Hungariae Rex ne Mathi:
as quidem ita multa possiderit. Interea tamen
narrat idem teneri M.tem v. magno desiderio terras
istas in quibus nunc est relinquendi et alium tutiorem in
locum commigrandi. quod si vt faciat autores fue:
rimus M.ti vestrae veremur vt ille quae tam multa in
Transsiluania possidere dicitur absens tueri posset.
Neque possumus non metuere. si quod absens rerum in
Transsiluania suarum filii ne sui detrimentum accepis:
set M.tas v. ne in nos eius rei culpam omnem iure
posset reiicere. Rursus si in iis locis vbi nunc est ma:
neat. de salute sua et incolumitate ne in dubium veni:
at. vehementer sumus solliciti. Neque nobis illud Re:
gnum tanti est. quin M.tem v. incolumem videre malimus.
Itaque reuera inter sacrum (quod aiunt) et saxum stare
nobis videmur: dum vna ex parte fortunis. ex alia vi:
tae. et saluti M.ti v. metuimus. Dum autem adeo su:
mus animo sollicito. atque anxio. legit nobis Rev.dus
in Christo pater dominus Samuel Episcopus Plocen.
et Regni nostri Vicecancellarius. ven.lis Petri Po:
rambski. quinque Ecclesiarum. et Osswiacmen Praepo:
siti. M.tis v. Cancellarii litteras. ex quibus cognoui:
mus nuncios expectari a Ser.mo Do. Ro: Rege mis:
sos qui vbi redierint. tum demum certi aliquid consti:
tutum iri manendum ne isthic M.ti v. diutius. an sta:
tim abeundum sit. Visum itaque nobis est. hunc Cubi:
cularium nostrum ad M.tem v. amandare per quem
certiores nos redderet de reditu nunciorum. Et quid
allatum ab eo sit. vt eo cognito. certius aliquid M.ti v.
consilium dare possimus
Mittimus M.ti v. exemplum litterarum Ser.mi Do. Ro.

Regis quibus promisurum se promittit, ut ad loca desi-
nata secure venire M.tas v. possit. Verum hac rerum
mutatione veremur, ne propositum quoque illius mutetur
quaecunque tamen ratio nobis ostensa fuerit per M.tem
vestram, qua per nos adiuvari queat, Nos paterno nostro
officio defuturi non sumus; perendie Liessieckii missuri
sumus ad Regni ipsius Thesaurarium, atque ab eo postu-
laturi si forte abeundum erit M.ti v. ut is non modo
non impediat illius discessum, verumetiam adiuvet pro vi-
rili sua

Ferdinandus Romanorum Ung. Rex
Sigismundo primo Regi Poloniae

Quod Ser.tas v. ex Ser.ma filia sua Isabella Re-
gina Ung. litteris ~~nostr~~ certior reddita volunta-
tem illius ad nova pacta, de quibus antea Ser.tas v.
quodammodo nobiscum expostulaverat, aequiore animo
id quod factum est, quemadmodum scribit tulerit. Nos
sane perlibenter pro eo ac debuimus hoc ipsum audivimus,
et quod tantopere a nobis postulat, ut scilicet Ser.ma fi-
lia sua ac nepotuli afflictis rebus, securitatique omnibus
his rationibus, quas illis maxime expedire cognoverim
benigne consultum, et prospectum esse velimus; de eo profe-
cto, dabitur a nobis opera eaque sedula et accurata, ut
pro huius temporis conditione rerumque praesentium sta-
tu ita provideamus, ut tum Ser.tis vestrae tum illius
Ser.mae filiae spem et expectationem de nobis conce-
ptam implere, atque adeo nostris promissis satisfacere

possimus. Namque quantum in nobis erit, de traducenda illa ipsa Ser.ma Regina Isabella ad destinata sibi loca eam curam geremus, ut una cum infante filiolo suo, cumque Comitatu et rebus suis omnibus eo salua tutaque ac primo quoque tempore sicuti a nobis petiit peruenire possit. Ac denique in ceteris rebus omnibus ita eam illiusque filium singulari beniuolentia, fauore, ope et auxilio omni tempore prosequi et complecti studebimus, ut tum ipsi reuera sentire queant nos paternum prorsus animum erga illos induisse, tum Ser.tas V. una cum illis de nobis ex omni parte proculdubio contenta esse possit.

Ceterum quod ad mentem sententiamque Ser.tis vestrae de Commissariis in causa Ill.mi Alberti Marchionis Brandeburgen. locoque ubi conueniant constituendo attinet, erit nobis curae ut in ea re, post habitam ulteriorem cogitationem et deliberationem, id quod Reipub.cae ac praesentium temporum rationis ferre queant, per nos statuatur et tradictur, utque tales Commissarii suo tempore deligantur quos Ser.tas V. et dictus Marchio Brandeburgen. minime aspernari possit. Quod reliquum est, optamus Ser.tem V. una cum suis omnibusque rectissime valere longaeuaque vita et perpetua rerum felicitate frui. Datum in Ciuitate nostra Vilna die quarta Mensis Octobris M.o D.o xlii.o

Ferdinandus Romanorum Vngarie rex
Sigismundo primo regi Polonie

Redditae sunt nobis litterae binae a Ser.ti V. paucorum dierum interuallo, quarum vnas Aulicus noster is quem ad Ser.tem V. cum litteris miseramus attulit, alteras vero familiaris Ser.tis vestrae qui has perfert exhibuit. Quibus cognouimus Ser.tem V. nonnullis de causis diserte expositis adductam velle et cupere, vt dies trium Regum nuptiis inter communes liberos nostros constitutus, adhuc aliquantisper prorogetur. Qua de re deliberandum nobis existimamus, vt id quod ex re et commodo vtriusque nostrum fore videbitur respondeamus, quod quidem sine longiori mora facturi sumus, vt quae sit voluntas vestra de ea quamprimum certior fiat. Cupimus Ser.tem vestram diu sanam et incolumem esse. Datum in Ciuitate nostra Vienna die quarta Octobris M°D°xlii°

Sigismundo primo regi Polonię
Osman Capitaneus Caesaris Tur:
corum in Silistria. allatę Crac
21 iulii 1542

S Z bozei milosci Kroliewi Polskiemu i inich wielkie
Panstw we wszem powolni przyiaciel waszei K. M.
Sendziak Slistrski zdrowie waszei K. M. nawiedzam
i daie thu przes listh moi v. K. M. znacz o roska:
zaniu Cessarskim mnie sludze swemu przess listh swoi
ktori mi przimieszono od Cessarza ie° M^ci oznaimv:
iac mnie o skardze v. K. m. na poddanich zamkow
iego Cessarskiei M. vkrainnich. ktorzi bess przi:
zwolienia v. K. M. owce swoie przess granice prze:
ganiaia i skodi barzo wielkie panstwam v. K. m.
dzialaia Jego Cessarska m. wsitkiemv pissaniu temv
v. K. m. dobrze wirozumiawszi chczial iego
C. S. m sprawiedliwiei rzeczi iako sie te ziemie ku
sobie maia. J w thim ze liscie roskazal mi iego C. S. M.
sie dowiedziecz od tich poddanich swoich. ktorich owce
tu na tich poliach chadzaia. oni powiedzieli isz te
ziemie na ktorich owce nasze chadzaia ssa ku
zamku Oczakowskiemv. a z drugiei stroni ktorei owce
przeganiami przess Turle rzeke te ziemie ssa ku Vo:
ienodztwu Valaskiemu. a tak przyiaciel v. K. m.
a pan moi Cessarz ie° m. Turecki wie czimiac te
rzeczi krotko iego C. S. m raczil przikazacz przes
list swoi sludze swemu i sedziam niektorich zamkow
przi mnie iecz i wiiechac na te ziemie dlia dowiadowania

sprawiedliwei rzeczi iako sie ti ziemie ku sobie maia
s wtim ze liscie roskazal mi ie° C. m. zebich v. k. m.
o tim dal znacz zebi vassza k. m. sswei stroni wislal
niektorich ludzi dobrich na ti ziemie abich mi zie:
chawszi sie tam koniec rozimli slusni ~~tei~~ na obie ostronie

Jam tesz we wszem powolni v. k. m. wedluk roska:
zania pana mego Cessarza i. m. spissalem tego listu
ie° Ces. m. i poslalem ten wipiss v. k. m przess czlo:
wieka dobrego a sluzebnika me° na imie Miesziech
Voienode a tak vassza k m wirozumiawszi
stego wipissu przess mieskania na ti granice raczi
poslacz kogo bedzie wolia v. k. m. zebich mi sie
s poslanci v. k. m. sgodziwszi koniec sluszni tei
adire queat. Et quoniam quae constituta est illi annua pecunia per M. v. ea satis non videtur ad illam pro dignitate sua sustentandam. hoc quoque rogamus M.tem v. ut prospicere velit, ne quid ei desit ad statum suum Reginalem tuendum et conservandum. Quod si factum a M.te v. fuerit plurimum nos hoc suo officio sibi devinctos est redditura. Illud enim quod promittit, quin factura sit nobis quidem non dubium est. ut suo tempore veterum pactorum memor rationibus Ser.mae filiae nostrae Nepotisque melius prospiciet. quod ultro facturam cum se offerat M. vestra, magnam eo nomine illi graciam habemus, atque ut in hac voluntate sua persistet rogamus. Pertinebit hoc ad laudem et gloriam M.tis v. quae semel non sua modo verum etiam Ser.mi et Excellen.mi fratris sui summa cum voluntate pacta inivit, ab hiis non discedere. sed ea inviolata potius conservare.

Cum essent hic Oratores M. v. qua de re per litteras illa nobiscum prius egerat, postularunt a nobis illius nomine ut indicaremus quos esse causae Ill. Do. Alberti in Prussia Ducis Nepotis nostri char.mi, Commissarios vellemus. Meminimus nos ea de re consultationem in aliud tempus reiecisse. ac matura deliberatione habita, facturos nos recepisse ut nostram ea de re sententiam M.ti v. perscriberemus. Primum itaque gracias agimus M.ti v. pro ea volun.te quam et erga nos et erga Nepotem nostrum adeo propensam gerit, ac quando illi ex singulari in nos benevolentia ita visum est, Commissarios in hac causa dari volimus. Ill.mos Principes. Do. Ludovicum Electorem. Palatinum Rheni. Joachimum Electorem Marchionem Brandemburgen. Ill. praeterea dominos. Vilhelmum Comitem ab Hennebergk. Ottonem henricum Palatinum Rheni. et Albertum Comitem a Mansfelt, qui si nimis multi M.ti v. videbuntur reiicere

ex iis unum aut alterum licebit. Mittemus ex Regno quoque nostro Consiliarios nonnullos nostros. Porro quod locum attinet quicunque visus erit M.ti nostro v. is nobis quoque placebit modo ut non longiore a regno distet intervallo. Optamus M. v. quam diutis.me esse incolumem et falicem. cui damore et fraternę benevolentiæ nos ex animo commendamus. Datum Cracoviæ die xv Septembris Anno dni M.o D.o xl ii.o

Scriptis ad M.tem v. litteris nostris. reddita sunt nobis litteræ M. v. quibus liberaliter se facturam promittit quæ prioribus nostris ab illa petieramus. quo nomine M.ti v. ingentes agimus gracias. Scripsimus Ser.ma filiæ nostræ. ut in omnibus voluntati M.tis v. obtemperet. quod eam esse facturam pro eo studio. quo est erga M. v. minime dubitamus. In presentia aliud non petimus. quam ut ad verba rem conferat. ac Ser.mæ filiæ nostræ securitati diligenter prospiciat. ut ad designata sibi loca tuto citra negotium ullum et difficul.tem pervenire possit. hac una re nihil nobis hoc quidem tempore gracius facere poterit. Ob eam autem causam Nuntium hunc celerem nobilem Stanislaum Lescinski Aulicum nostrum ad M. v. misimus. ut quos missura est M.tas v. ad deducendum tuto Ser.mam filiam nostram videre. et de eo celeriter nos facere possit certiores.

Sigismundus primus Rex Polonie Isabelle Regine Hungarie

Lras M.tis v. non sine magno animi nostri cruciatu legimus. Nam pro paterno nostro erga illa animo perinde rebus illius ac propriis nostris afficimur. Neqz magis in optatis quicquam habemus, quam vt extra periculu esse M. v. vna cu infante filiolo eius, salua dignitate, saluisqz fortunis suis cognoscere queam9. Quam ad rem, q nostra nos consilia conferre cupit M. v. factu est id a nobis sedulo per Nobilem Slupnicki ac redditas esse illi litteras nras confidim9. Summa autem consilii nostri haec fuit, vt ad eas arces et Ciuitates, quae iuxta nouas pactiones a Ser.mo dno Rom. Rege M.ti v. sunt assignatae, primo quoqz tempore se reciperet. Miseramus autem sub ipsu tempus ad Ser.mu Do: Rom. Regem Aulicu nostru nobilem Stanislau Leszczinski: atqz ab eius M.te peciimus vt prouideret M.ti v. de tuto itinere, quo ad destinatu sibi locu salua, saluis rebus suis omnibus peruenire posset. magna spe sumus curatu id esse a M.te Regia Rom. diligenter, et missas esse copias aliquas, quae M.tem v. deducerent. Expectamus in horas eum quem misimus, cui mandatu per nos est, vt ne prius a Ser.mo Do. Rom. Rege discederet quam eos qui missi essent ad deducenda M.tem v. vidisset. Nulla est ratio qua non libenter M.tem v. adiutam vellemus: neqz grauaremur in copias conscribendas sumptu

facere

nisi vereremur, ne magis care M.ti v. incommodaremus
quemadmodum prioribus litteris nostris perscripsimus
Videmus neruos illi rerum agendarum deesse peccuniam
sine qua recte fieri nihil potest. Cuius itaque perfe-
renda difficilis est ratio: neque quemadmodum id a nobis
tuto praestari possit videmus. Itaque cum alia via non
posse videamur: hac illi succurrendum esse putauimus,
Vt fide nostra acciperet M.tas v. a Mag.co dno
Petro Petrouic Comite Themessiensi, duodecim millia
florenorum in moneta Hungarica quos in vsus suos
necessarios, precipue vero in alendos milites stipendi-
arios conuerteret, quos tanto plures conducat, si forte
quod non putamus, promissis non staret Ser.mus Do.
Rom. Rex. neque partem suarum copiarum aliquam
ad deducenda M.tem v. mitteret. quae nos illi per-
soluenda curabimus vbi volet, qui cum singularem
fidem et studium, ac obseruantiam erga M. v. praeseferat
quando quidem ea de re ad eum scripsimus. summamque
hanc peccuniae in bonis nostris inscripturos nos recepi-
mus, crediturum eum hanc peccuniam M.ti v. non du-
bitamus. hoc insuper facturum persuasum habemus vt ad loca
designata M. v. deducat. Scriberemus et ad alios Hung.
Proceres, sed quid de illis nobis polliceamur non habemus
cum presertim integris adhuc M.tis v. rebus non eam
quam oportebat corum erga M.tem v. fidem cognoue-
rimus. vtinam salua modo sit et incolumis M.tas vra.
vna cum infante filio suo, caetera prouideri per nos possent
Si cognosceret M.tas v. in adeunda Scepusii possessione
aliquid sibi negotii exiberi ita vt superioribus litteris
nostris scripsimus ad nos recta proficiscatur. Erit nobis
aduentus illius gratissimus. Praemittat tamen aliquem
qui de aduentu illius reddat nos certiores. vt obuiam

illi ad fines Regni nostri mittere possimus. Aliud in presens consilium habemus quam ut quam celerrime se istinc moveat. Deum precamur ut is M[tis] suae propugnationem suscipiat, atque ex his periculis ereptam aut ad destinatum locum aut ad nos salvam reducat. Datum Cracoviae ii Mensis octobris. M° D° Xl ii°.

Petro Petrowiicz

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Spectabilis et Mag[ce] sincere nobis dilecte. Magnam fidem et singularem studium agnoscimus S. vestrae in Ser[ma] filia nostra rationibus adiuvandis, quo nomine habemus illi graciam per omnem occasionem relaturi. Videmus M.tem eius ut aliis rebus necessariis multis destitutam ita a pecunia quoque valde esse imparatam. Quam cum illi transmittere cupiamus, quemadmodum id tuto a nobis effici possit non videmus. quam ob rem a S. vestra petimus, ut suam illi interim nostra fide mutuam det pecuniam duodecim millia flor. in moneta Hungarica cum in sumptus necessarios, tum in milites, qui M.tem eius comitentur conducendos, quam nusquam tutius collocare posse videtur. quando enim volet S. v. persolvendam illi curabimus et magnam ea re a nobis est graciam initura. Quin etiam si ita visum erit S. vestrae certa bona nostra in ea summa illi inscribemus atque obligabimus, quam hortari ut qua cepit esse fide erga Ser. ma filiam nostram in ea perstet, supervacaneum ducimus

faciet enim procul dubio pro excellenti virtute sua
spectata iam satis omnibus et probata vt extrema
cum primis contexat. Illud modo a Ser.te vestra pluri:
mum postulamus, quando Ser.ma filia nostra istinc
erit proficiscendum quodquidem semota quauis cun:
ctatione fieri volumus, vt eam ipsa S. vestra comitet.
Et si quid viderit exiberi negotii in adeunda possessio:
ne Scepusii ad nos recta M.tem eius deducat. Neqz
enim diutius ita anxio et sollicito de illa animo esse
possumus. Cum venerit S. vestra gratos nos et me:
mores cognoscet officiorum, quae in Ser.ma filia no:
stram contulit. Quae bene valeat. Datum Cracis die
ii Mensis Octobris Anno dni M° D° XL ii°.

Sigismundus primus Rex Polonie Isabelle Regine Hungarie

Ex litteris M.tis v. quae illam circumstent pericula
et quibus prematur difficultatibus non sine graui
animi nostri dolore accepimus. Cupimus illi ex animo
succurrere, modo vt viam et rationem succurrendi
scire queamus. Scribit quidem M. v. se ex locis
in quibus nunc est periculosis alio commigrare velle
sed quorsum non scribit. Nos vero iam ante illi signi:
ficauimus, si ad Regnum nostrum venire volet, fore vt
obuiis eam vlnis excipiamus, curaeqz nobis futurum
vt tuto perueniat, quin etiam arces illi et oppida assi:
gnabimus, vnde necessaria habere posset. Si vero
ad aliquem in Vngaria locum se conferre statuit
hoc quoqz scire nostra interest, qui sit is locus, in

quem se recipere cogitat. Et[si] enim si in alieno Regno succurrendi ratio nobis est perdifficilis, tamen quae fieri a nobis poterunt libenter omnia praestabimus, ut saluti M.tis v. consulamus, qua nobis nihil esse potest in terris charius, hoc sibi de nobis certe M.tas v. persuadeat, quem in locum se conferre cogitet, celeriter nobis per hunc ipsum perscribat, nullum benevolentiss.mi patris officium praetermittemus. Datum Crac. iii Mensis Novembris M.o D.o XLii.o

Imperatori Thurcarum

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Ser.me etc. Etsi scripsimus antea M.ti v. per eum quem ad nos misit Nunctium suum, quoniam tamen hunc nostrum misimus, qui per terras nostras M.tis v. Nunctium deduceret, iussimus eum ex finibus ad ipsam usque M.tem v. cum hiis litteris nostris proficisci. Permagnum ea res animo nostro dolorem affert esse non neminem qui nos insimulare apud M. vestram conatur, nos non ea qua opportet fide, fœdus cum illa percussum retinere cum nos nulli mortalium concedamus, maiore ut quisquam sit constantia et religione in his quae vel verbo semel promisit, perpetuo servandis, quam et fuimus nos semper et sumus etiamnum, et futuri sumus quoad vita nobis suppeditaverit, hanc unam laudem prae caeteris semper

semper appetiuimus ut in dictis factisque constantes exi:
stimaremur quam etiam consequuti videmur. Sed nunc
quidam homines qui ex sua natura nos fingentes haec
de nobis spargere apud M.tem v. non verentur, qui
cum summo sint erga illam odio et malevolentia suffusi
ad nos quoque multa de M.te v. secus defferunt. Nihil
aliud agentes falsis eiusmodi delationibus, quam ut
quae altis radicibus fundata est inter utrumque nostrum
amicitia eam praevertant et aliquod inter nos ani:
morum dissidium excitent, quod spes est in Deo nunquam
efficient, si modo quod mutua nostra coniunctio requi:
rere videtur, iniquis hoc genus delationibus non
modo fidem non habuerit M. vestra, sed ne aures
quidem suas illi patere deinceps voluerit. Nos certe
vanitatis istorum pertesi, quam iam abunde perspectam
habemus, si quid ad nos simile ab iisdem de M.te v.
perfertur contemnimus, ac non modo fide, sed ne au:
ditione quidem dignum putamus, quod idem ut nostro
exemplo faciat M.tas v. rogamus, si quis commentis
verborum suorum fidem apud illam nostram et constan:
tiam in dubium adducere conetur. Hoc animo si fue:
rit M.tas v. quae inter illam et nos feliciter coepta est
amicitia ea perpetuo durabit. Nam hoc sibi de nobis
firmiter ut persuadeat volumus. Nullam nobis rem
nullius amicitiam tanti esse, ut illius causa fidei con:
stantiaeque nostrae iacturam facturi simus quam cum
ex quo tempore usum rationis habere coepimus, ma:
gnam in nobis cognoverint omnes hii quibuscum ali:
quid nobis aliquando fuit negotii. Dabimus operam
ut maior etiam elucescat in hac ingravescente aetate
nostra, neque ullo unquam eam tempore deseruisse vi:
deamur. Sed hoc tamen provideri a M.te v. cupimus

vt aut edicat Tartaris vt nec in ditiones nostras incursiones faciant aut ne moleste ferant si nostri vicissim eos armis iniurias vlciscendo persequantur et sua recuperare ac par pari referre conentur. Satis iam ante scripsimus M. vestrae eueos ad Oczakow vsque nostri grandi lacessiti iniuria persequerentur nihil eos vi agere voluisse nisi prius ad Praefectum et Capitaneum M. vestrae retulissent a quo cum Jus quod postulabant consequi non possent quae postea fecerunt ipso permittente fecerunt. Quod si fas non esse putat M.tas v. vt in terras vsque M.tis v. eos persequantur homines nostri a quibus se fortunis suis euerti et liberos atque amicos suos in seruitutem duci vident non patiatur illis in terris suis dari receptum ita facile se nostri continebunt. sed illud indignum est qui caedes in Regno nostro patrauerunt qui non pecora modo verum etiam captiuos homines adduxerunt eos in terras M. vestrae tanquam ad Asilum confugere atque ibi pecora nostra homines nostros diuendere seque tuto iam ibi esse posse suspicari. Atqui est hoc in pactis et foederibus praescriptum vt neque nostros homines M. vestra neque nos M.tis v. homines in seruitute detineamus. cuius nos pacti memores restitui iussimus omnes qui capti per nostros inueniri potuerunt et damna omnia M.tis v. hominibus illata sarciri. De quibus vt hic ipse Nunctius M.tis v. vna cum nostris Commissariis cognosceret permisimus. Si itaque hoc nos ab illis fieri iussimus qui grauibus iniuriis prouocati ad Oczakow vsque vlturi eas venerunt: quanto aequius est vt idem Tartaris praecipiat M. vestra qui nemine lacessente in ditiones nostras latrocinabundi inuaserunt et ingentem ex eis predam auexerunt. Vtque quot in

in terris M.tis v. homines nostri reperti fuerint, eos restitui nobis mandet. quod ut faciat M.tas v. rogamus. Erit hoc mutuae nostrae amicitiae, quam nos usque eo firmam et stabilem esse cupimus, ut omnem occasionem dirimendae illius omni ratione sublatam velimus. atque ideo ita ut convenerat inter M.tem v. et nos, ad diem constitutum misimus ad regundos fines Commissarios quosdam nostros. qui cum numerosiorem paulo Comitatum haberent, dedimus illis in mandatis, ut quod visum esset Sandiako M.tis v. commodius id sequerentur: et quo illum numero ad fines terminandos proficiscentem viderent, eodem et ipsi prodirent. qui cum iuxta nostrum praescriptum fecissent omnia, adduci nulla ratione potuit Sandiakus, ut ad fines inspiciendos veniret. Cuius rei causam, cum nostri diligenter inquirerent, hanc unam invenerunt, quod a Voievoda Valachiae fuit admonitus ut ne prodiret ad limites terminandos. fore enim ut si prodisset, homines eius caederentur a nostris, ipse vero caperetur. quod nos ita comminisci esse ausum hominem illum moleste ferimus. A M.te v. iterum atque iterum petimus, ut confictis eius narrationibus aures ne praebeat qui si qua saepe ad nos de M.te v. deffert, ea nos credere vellemus, secus aliquid de M. v. existimandi nobis daretur occasio. Neque enim aliud ille maiore studio molitur, quam ut quam constitutam inter nos videt amicitiam, eam dirimere possit. qui etiam in fluvio nostro, atque in nostris finibus aliquot molendina construxit, cum hii loci, in quibus constructa sunt nostrae semper et non illius ditionis fuerint. Nosque tamdiu ei molendina ista habere in hiis locis permisimus, quoad fideliter nobis serviret, et quoad nobis visum esset. Cuius rei testes habemus litteras

ante multos annos conscriptas, signo ipsius Voiuodae cuiusdam antecessoris, et omnium Consiliariorum terrae Valachiae signis munitas. Quare a M.te v. petimus, ut ne occupare illum quicquam in nostro preter voluntatem nostram permittat. Alioqui fines nostros tueri nobis futurum est necesse. Nos autem nihil facere vellemus quod animum M.tis v. offendere posset. Cum qua firmam semper quo ad vixerimus amicitiam retinere firmiter deliberatum habemus. Optamus M. vestram diu incolumem et faelicem valere. Datum in Ciuitate nra Cracouien. iiii Die Octobris .. M.° D.° XL ii.°

Coesari Thurcarum

Sigismundus .I. Rex Poloniae .

Ser.me Princeps, vicine frater, et amice char.me. Reddidit nobis lras M.tis v. is, qui ab ea ad nos missus est. Ex his cognouimus multa deferri ad M. v. secus quam gesta sunt. Siquidem illi ipsi, qui terras nostras inuadunt et eas populantur, sibi metuentes, ne iuste de illis queramur praeuertunt querimonias nras, qui quas ipsi fecerunt iniurias, eas passi existimentur, quibus fidem haberi a M.te v. nequaquam conuenit. Iniuria enim fieret ei amicitiae, quae inter nos faederibus est firmata, si hoc genus delatoribus aures nostras accomodandas esse putaremus Saepe accidit ut iustam habeamus de hominibus M.tis v. querendi occasionem, sed si qualis occurrit ea ubi

vellemus. finis querimoniarum nullus esset futurus.
Nos superiore anno graviter lacessiti, quievimus ta:
men, neque misimus quemque qui de vi atque iniuriis
M.tis v. cum ea nostro nomine expostularet. Sed quando
videmus aliter ea M.ti v. renunciari, quae in finibus
aguntur, rem ita ut gesta est breviter exponemus.
ut liquido cognoscere possit M.tas v. nostros homines
extra omnem culpam fuisse. Accidit anno superiore
ut preter spem et opinionem Tartari impetum facerent
ac non sine cede multorum, non pecora modo, verum
etiam homines abigerent et in servitutem ducerent
hoc ubi nostri cognoscerent, quoniam insitum hoc est libe:
ralibus ingeniis vitam ut suam et sanguinem profundat
potius, quam iniuriam et contumeliam ferant, et abduci
suos in perpetuam servitutem, cui mors anteponenda
videant. Dolore itaque stimulos addente, coacta manu
populatores istos et predones insecuti sunt ad Oczakow
usque quo cum venissent memores federis, quod inter M.tem
v. et nos ictum est, Praefectum illius loci hortati sunt, et ut
ipse federis eius memor, restitui sibi iuberet ea quae per
eum erepta fuerant, respondit is Tartaros in sua potes:
tate non esse, neque huic eos Imperio parituros. hoc cum
nostri accepissent, atque una non pecora modo verum et
homines suos iam in manibus collocatos vidissent, in
perpetuam servitutem abducendos, quoniam omni iure vim
vi repellere licet, cum alia ratione pervenire ad suum non
possent, armata manu in Tartaros irruperunt, et predae
partem ex manibus eorum extorserunt, quod dissimula:
re nolumus ipsi etiam predas nonnullas, ut paria cum
eis facerent, egerunt atque ita domum reversi sunt,
cum arcem Oczakowiensem, quemadmodum est M.ti v.
renunciatum, oppugnare neque cogitarent quidem unquam

neqz vllu vel minimu tormentu bellicu habuerint quo oppugnationem eiusmodi aggredi possint. Cum cursu illuc profecti sint. non alio quam sua recuperandi animo. Euenit postea vt ad nostros domu reuersos mitteret Praefectus Oczakouien, atqz ab eis reddi sibi pecora postularet, atqz homines quos nostri abegissent. qui se paratos id facere responderunt, si prius ea sibi restituta essent quae priores Tartari nulla iniuria prouocati rapuerant. quod cu per Praefectu Oczakouien curatu non esset, nequaqua se ad restituenda quae accepissent teneri nostri existimauerunt. haec ita vt gesta sunt Mti vestrae scripsimus, neqz aliter se rem habere certo sciat. Et quo minus dubitare possit vera esse haec omnia, hunc ipsu Nunctiu Mtis vestrae, ad ea loca vbi haec acta sunt duci iussimus, vt ibi certius omnia cognosceret et Mti v. refferret. Quanqua autem minime teneri nostros ad restituendos homines Mti v. videamus qui propulsandi non inferendi iniuria animo omnia fecerunt. tamen pro eo studio quo sumus erga Mtem v. vt certo cognoscat nos illius amicitia plurimi facere, atqz q^d cu illa nobis foedus est inuiolate obseruare velle, omnes captiuos, qui tum temporis abducti sunt, vbi reperiri possent reddi iussimus. Ac licebit Mti vrae q^os volet mittere, qui eos vbicunqz locoru visu eis fuerit inquirant, quibus etia quo tutius id praestari possint nostros qui deducant eos adiungemus. A Mti v. petimus vt vicissim ipsos restitui mandet, qui ex nostris hominibus capti, et nondu in libertatem sunt vendicati ac de grassatoribus eiusmodi poenas sumat. neqz deinceps eiusmodi latrocinia fieri permittat. quin etiam Praefectis et Capitaneis suis mandet. si videant, aut peccora, aut homines

presertim e Regno, ditionibusq3 nostris abigi ut ne eos ab:
duci permittant. sed apud se tantisper, dum a nobis repetantur
detineant. Pertinebit hoc ad amicitiam inter nos augendam
et amplificandam. Ceterum ab iis, quos ad fines terminandos
cum M.te V. miseramus, litterae nobis redditae sunt, ex
quibus cognouimus eos longo tempore expectasse, ut cum
Sandziako M.tis V. Silissrien. iuxta quod constitutum
erat conuenirent. sed Sandziakum nulla ratione venire
voluisse. Quod cum nostri vehementer essent mirati et
causam diligenter exquirerent, aliam indagare non po:
tuerunt, quam quod a Voieuoda Valachiae terror illi
fuerit iniectus, si venisset, fore ut a nostris caperetur.
quod illis ut facerent in mentem venit nunquam. Nos
enim fedus cum M.te V. sancte retinemus, neq3 in mi:
nima re violatum id cupimus. Quare a M.te V. petimus
ut delationibus istius hominis, qui ferre non potest tan:
tam inter M. vestram et nos animorum coniunctionem
aures suas ne prebeat, neq3 fidem habeat qui et ad
nos eiusdem generis multa deferre consueuit, quem
nos tamen qui hominis ingenium probe nouimus nequaq3
credere solemus. Datum Cracis prima die Mensis No:
uembris Anno dni M° D° Xl ii°.

Imperatori Turcarum

Sigismundus I. Rex Poloniae
Ser.me etc. Etsi scripsimus antea M.ti V. per eum
quem ad nos misit Nuncium suum, quoniam tamen hunc
nostrum misimus, qui per terras nras M.tis V. Nuncium
deduceret, iussimus eum ex finibus ad ipsam M.tem V.
cum his litteris nris proficisci. Haec epla ia est paulo
superius scripta

Isabellę Reginę Hungarię

Sigismundus I. Rex Poloniae

IAm eramus hinc ad M.tem v. Nunctium nostrum remis:suri Nobilem Joannem Liesiecki cum allatae sunt nobis ab illa litterae, quibus nova nobis pericula significat in quibus versatur quae ut declinare posset consilium se cepisse scribit ad Castrum Dziala proficiscendi. Nos vero cupimus ut in loco quam tutissimo sit. atque ideo quod sine periculo fieri posset M.tas vestra. vellemus aut ad destinata sibi loca, aut recta ad Regnum nostrum se conferat. Quemadmodum superioribus litteris nris ad M. v. scripsimus. sed quando nihil adhuc habet deliberati sed Nunctios ad Ser.mum Do. Ro.rum Regem missos expectat. ita rebus pendentibus. quid M.ti v. demus consilii prorsus nescimus. Ipsa ut ex re nata consilium capiat necesse est. et saluti suae atque incolumitati diligenter prospiciat. Qua una re nihil nobis facere poterit gratius. Postquam vero quid sit M.ti v. certo deliberatum cognoverimus tum nos illi ope nostra defuturi non sumus. Caeterum huic eidem Nunctio nostro mandavimus antea quam ad M.tem v. profectus erit ut adeat Thesaurarium. A quo quicquid responsi tulerit. ex eo M.tas v. cognoscet. Quae in hiis etiam quae nostro nomine dixerit. fidem illi habebit. Datum Cracoviae XVII Novembris. Anno Dni M° D°. XL. ii°.

Michaeli Vsseraw

Sigismundus I. Rex Poloniae

MAg.ce Sincere nobis dilecte. Qua fide sit S. tua
quo studio et obseruantia erga Ser.mam filiam nostram
ex his quae verbis M.tis eius nobis noster Nuntius
retulit abunde cognouimus. Fuitque nobis id cognoscere
vehementer gratum. Dabitur a nobis opera vt eam
obsequiorum, et officiorum quae praestat Ser.ma filia
nostra, minime paeniteat, verum ex hac virtute con:
stantiaque sua solidam quandoque voluptatem capiat
gratosque nos esse et memores meritorum suorum co:
gnoscat. Quod nos fidenter admonet S. tua vt
Ser.mae filiae nostrae succuramus, et rationem, qua
id faciendum putet perscribit, id nos in optimam par:
tem accipimus. Si quid profici nobis posse crederemus
magis insignibus Legatis mittendis, non grauatim
id faceremus. Verum et haec ratio non cum tentata
a nobis esset, parum nobis faeliciter successit. Misimus
enim Budam satis insignem virum vnum ex Regni
nostri Proceribus, et Primariis Consiliariis Mag.cum
Andream Comitem a Gorca Castell: Posnanien: et
Capitaneum maioris Poloniae generalem, quid profectum
fuerit, non ignorat procul dubio S. tua. Nos neque
sumptibus, neque laboribus vllis parceremus, dummo:
do Ser.mae filiae nostrae rationibus succurrere pos:
simus. Etsi via nobis et ratio aliqua indicaretur

lubentes eam amplecteremur. Sed quonia longiore sumus
locorum intervallo disiuncti a S. tua postulamus, ut ipsa
interea qua cepit esse fide erga Ser.ma filia nostra per:
gat. Quae in illa officia sua collocaverit ea nos gracia Re:
gia referre conabimur. Quae bene valeat. Datum Cracoviae
die xvii Mensis Novembris. Anno dni M.o D.o xl ii.o
Regni nostri xxxvi

Rosthembashe

Sigismundus I Rex Poloniae

Ill.me Princeps et domine amice noster char.me quae
Et antea multa nobis fuere narrata de singulari stu:
dio erga nos Ill.tis v. et confirmata nunc sunt eadem
per hunc Ser.mi Potent.mique domini Caesaris Nuncium
qui et ipse praedicavit pluribus verbis egregiam in nos
voluntatem Ill.tis v. Quo nomine habemus illi gratiam
ac aequum esse putamus, quandoquidem non est obscurum
Ill.ti v. quae sit inter nos et Caes. M.tem animorum con:
iunctio, ut et ipsa nos Ill.tas v. ita ut facit diligat.
Et qua fide, quaque benevolentia nostra istic negotia agere
causasque nostras tueri apud Caes. M. consuevit, ita
ut perpetuo retineat. Dabitur a nobis vicissim opera
ut gratum nostrum erga Ill.tem v. et memorem animum
quando per occasionem licebit declarare queamus.
Datum Cracoviae iiii die Mensis Novembris Anno dni
M.o D.o xl ii.o

Ad Consiliarios maiores Polonie

Sigismundus I. Rex Poloniæ

R.^{m.} in Christo pater. Perfertur ad nos magis in dies incrudescere Srzodæ, vbi Comitia minora edixerimus morbum pestilentem, quæ res si ita se habet providendum esse putamus, ne latius serpat contagio, et aut non habeantur Comitia, aut multorum cum periculo habeantur. Visum est itaqz si lues ista grassatur latius neqz conquieuit adhuc, vt Srzoda posthabita P. vestra Posnaniam proficiscatur atqz ibi potius vbi salubris aer est, quam non sine multorum vitæ discrimine, alibi Comitia habeantur. Quare proficiscitur eo P. v. legationem nostram auditura, et de impendentibus Regno periculis propulsandis vna cum aliis consilium initura. Factura pro gracia nostra. Datum Crac. die XX vi Mensis Novembris Anno domini M.° D. XL ii.°

Andree Zebrzidowski

Sigismundus I. Rex Poloniæ

VEnerabilis etc. Si ita est vt nobis renunciatur, quod Srzodæ pestis grassetur communicato consilio cum his quorum copiam habere potuerit Regni nostri Senatoribus et Consiliariis, ad quos ea de re scripsimus Posnaniam D. t. proficisci, et ibi mandata nra volumus exponere. Datum Crac. die XXVI Novem. M.° D.° XL ii.°

Caesar Carolus Quintus
Paulo Papae Tercio

Beatissime pater domine Reuerendissime. Reddidit nobis Nuncius San.tis v. exemplar Bullae quam Calendis Junii proximis publicari iussit quae est Conuocatoria Concilii vniuersalis in Ciuitate Tridentina Calendis Nouembribus celebrandi, quam in re probauimus piissimo studio, quod S. vestra profitetur in indicendo concilio, ad quod animo tam benigno et paterno omnes Christiani orbis ordines adhortatur, id secuta quod semper propensam voluntatem ostenderit ad illius celebrationem operam etiam laudamus omnibus ad id adducendis praestitam laborem et sollicitudinem saepius susceptam, cum ad totius Reip.cae Christianae concordiam, tum ad firmam inter nos et Regem Franciae conciliationem, etsi nobis videatur (quod secundum debitam obseruationem intelligi volumus) S. v. in suis litteris exacte nimis obseruasse quod nonnunquam dictum fuit, quodque arbitramur illi memoria non excidisse de patre familias, qui prodigum filium indulgentia sua ne deterius laberetur ad officium reuocauit. Nam etsi illum a reditu cum antea tamen resipuisset, summa beneuolentia sit complexus maiori tamen filio qui nunquam ab officio discesserat, oneraque et curas domesticas tolerauerat non aequauit, sed perpetua obseruantia agnouit, meritaque eius probauit. Cum itaque S. v. cognitum sit omnes actiones nostras ad vtilitatem Reip.cae christianae respicere, nosque perpetuo operam nauauisse vt malis

his moderemur. quae in litteris S. v. proponuntur ma:
xime vero sollicitudinem assiduam adhibuisse ut in Ca:
tholica concordia resp.ca Christiana veniretur. et Oecu:
menicum Concilium celebraretur. itinera quoque et profecti:
ones maximis cum periculis. et gravissimis sumptibus
suscessisse aequanimitatem et moderationem omnibus
in rebus attulisse. ut pax toto orbe Christiano. et priva:
tim inter nos. et Regem Franciae firmaretur. quo acer:
rimis nostrae religionis oppugnatoribus Turcis reli:
quisque hostibus resistendi facultas esset. diverso certe
loco nos habere debuerat ab illo cuius studia. si veri:
tati suus locus concedatur S. v. perspectum esse potest
num ab his penitus fuerint aliena. Itaque ut ingenue
dicamus tota litterarum S. v. dispositio maxime vero
nonnulla loca. dubitationem nobis attulerunt. Etsi le:
di nolumus eam integritatem qua Sanctiss.mum Collegium
praeditum esse existimandum est. Unum id certum sit. de
quo veluti re explorata et comperta sibi ille gloria:
tur. se praedictum Collegium in potestate habere. eoque ad
suam voluntatem uti posse. adiutum illorum opera qui sua:
rum partium sunt et factionis. his enim verbis frequenter uti
solet. etiam aliquando litteris ad S. v. datis. calamo
enim liberius indulserunt. atque aliam quam decebat ra:
tionem sunt secuti. Constituimus tamen nos confirma:
re ea fiducia quam recti conscientia nobis praebet
persuasumque habere volumus S. v. consulto et ex causa
id fecisse. alioquin gravissimo animo et molestissime fer:
remus. cum ob rationes prius propositas. tum ob dignitatem
et M.tem loci in quo divina benignitas nos collocavit
simul etiam in hoc conquiescemus. quod utriusque nostrum
rationes et instituta. tam S. vestrae. quam omni populo
Christiano perspicua sunt. atque utinam Dei voluntate con:

cessu esset ut ab immoderata ista indulgentia et nimio studio quo S. V. illum diutius est prosecuta revocari in viam atq3 adduci ad Concilii cum fructu celebrationem potuisset; quo concordia orbis Christiani stabilita et bono pub.co consultum, et contra inimicorum illius insultus itum fuisset, tum enim libenter probaremus ea in quibus S. V. illi cum patientia diuturna gratificata est, et bene collocatum existimaremus quicquid de iure nostro remittere auctoritate imminui, et existimationem nostram et salutem periculo exponere non recusabimus. Sed haec res tentata toties a ipsa vestra S. et a nobis apertissime demonstrat admonitionibus, beneficiis, officiis iniuriarum oblivione, tam frequenti innovatione pactionum, conditionib9 etiam nobis iniquis cum multum de iure nostro remitteremus atq3 de proprio offerremus, nihil tamen profici potuisse, immo vero omnibus istis extulit se eius insolentia, et maiori audatia concepta novas contentiones et bella excitavit spem ex nostra aequanimitate concipiens ex qua sibi pollicetur. Quod etsi eventus suae cupiditati non responderit, nos tamen studio reip.cae Christianae iuvandae, et ad pacem instaurandam, et ab armis discedendum facile inclinari posse accedente etiam S. V. exhortatione quam pro sua consuetudine hoc officii minime praetermissuram confidit ut autem hic non commemoremus bellorum ortus et renovationem et quibus initiis calamitates inicta sunt quarum S. V. in suis litteris meminit, et unde causa istis data sit, et quem de faederibus violatis argui oportuerit et ad id usq3 tempus cum nuper Romae summa rerum praeteritarum veramq3 illarum narrationem pub.ce coram Ste V. explicuimus. Hunc ab ea postulamus ut pro singulari sua prudentia quae postea evenerint sincero iudicio perpendat et inter caetera quae ad hanc

rem pertinent. hoc potissimu quam exacte induciae obser:
vatae fuerunt. quae licet opera. et sollicitudine. autoritate
et consilio S. v. factae sunt. cu eo magnis itineribus summis
cu laboribus advenisset. et quo cu fructu periculu. cu
nos tam in profectione ad aquas mortuas. quam in tran:
situ per Francia obivimus ubi diutius praeterqz omniu
opinionem commorati causam dedimus variis hominu de
nobis sermonibus. neqz de iniuria. ne eni plura dicamus
praebuerunt satis magnam occasionem ad dicendu negle:
cta et non servata saepe foedera. et tam inconstantes
et mutabiles suoru consiliorum rationes ne quid gravius
dicatur. Non enim hoc loco proponere volumus id quod
compertissimu habemus. deliberationem institutam fuisse
de nobis retinendis. neqz ullu momentu apud illu quoqz
attulit. tam praeclara eximia. atqz insignis a nobis post
adventu nostru in Belgica nostram ita oblata conditio,
ut tamen eius voluntati permiserimus. observationi
eligere eoru de quibus antequa ad Hispania proficis:
ceremur convenerat. Quod vero a nonnullis studio:
sis eius dicitur nos coactos iter hoc Galliae ingressos
fuisse. ut tumultibus Belgicis remediu afferremus
hoc vero argumentu quem locu habebit eo tempore.
quo salutem nostram in aquis mortuis illi credidimus,
minus etiam probabile est nos tempestate hiberna
solius illius discordiae Gandavensis. causa tantu peri:
culi adituros fuisse. cu nonnulli infimae sortis ho:
mines in ea urbe turbulenter agerent. honestissimus
vero quisqua adversaretur. cuqz reliquae earu regio:
nu Civitates et ditiones in fide. et offitio permanerent
summa ibi etia administrationis obtinente Ser.ma
Regina vidua Hungariae sorore nostra char.ma
cuius singularis prudentia magnis etiam in rebus

satis perspecta est. Accedebant induciæ opera S. vestræ
pactæ quibus videbamur merito fidere posse nominiqz S. vræ
hoc nos consiliu habuisse vt Italico itinere traiceremus. atqz
præcipua nobis curam fuisse vt rebus Italiæ confirmatis
dissidia Imperii componerentur. atqz ea quæ ad propu:
gnationem contra hostes Christiani nominis pertinerent
compararentur. quod iter secuti fuissemus. nisi nos ab hoc con:
silio deflexissent. vehementissimæ eius et instantissimæ postu:
lationes. quaru documentu clarissimu præbere possunt lra
tum illius manu conscripta. tum ab eius litteris liberis
dominus Dalebrecht. et aliis Principibus suæ aulæ viris
idqz ea vehementia flagitauit. vt suu honorem lædi
existimaret. si aliis quam suis regionibus iter facerem
neqz in illo tantam fidem nos ponere ostenderemus interesse
magnopere suæ existimationis asseuerabat. quo non ob:
seruatarum pactionu culpam obtegeret. Itaqz non imme:
rito hanc ob causa sensit se nobis summopere esse deuinctu
frequenterqz iureiurando affirmat perpetua inter nos et
indissolubilem amicitia fore. etsi præterea nihil vnqua a
nobis in illu aut in suoru quenqz conferretur. idem etiam
post aduentu nostru in Belgica sæpius hanc confirmauit
cu neqz eas conditiones de quibus supra mentionem
fecimus mandato nostro illi oblatas recipere voluit. neqz
perfici ea quæ ante discessu nostru ex Hispania inter nos
pacta fuerant. ne Duci Subaudiæ auunculo suo eas diti:
ones quas vi occupauit reddere cogeretur. sed inducias
sponte affirmauit se integre obseruaturu. cu interim tu
post id tempus omnibus in locis multa maleuolentiæ
signa ostenderit. quereturqz de restitutione Ducatus
Mediolanen non præstita. quem sibi promissu esse dice:
bat. celans tamen ex industria. quæ ad hanc promis:
sionem de Duce Sabaudiæ addita fuerant, aliasqz condi:

tiones pactas et promissas utiles Reip. cae Christianae et ad concordiam inter nos firmandam accomodatas, de quibus constat litteris suis autenticis quae ministris Sanctitatis vestrae ostensae fuerunt. ex quo tempore nunquam nunquam intermisit occultas contra nos tractationes in Germania Italia apud Turcam et Regem Joannem Hungariae qui confederatus cum Turca Regnum illi acceptum ferebat quo nomine auc. te Ap. ca excommunicatus fuerat, eo mortuo cum relicta eius, aliisque qui Turcae rebus studebant quorum opera in Ciuitatem Budensem illi receptus fuerat, et ut paucis absoluamus cum apud alios alienissimum se ab amicitia profiteretur nobis tamen animi beneuolentiae signa verbis suis continenter exhibebat, multisque iuramentis semper testatus est se et amicitiam firmam inter nos et inducias inuiolatas velle, quod recte intellexit S. vestra et ex eius sermone fere eodem tempore habito cum R. mis quibusdam Cardinalibus, Legatis et Nunctiis V. S. et ex actionibus ministrorum eius, ex quibus clarissime eius voluntatem demonstrarunt, quae ab his in Germania precipue autem in Comiciis Varmiciensium aut Ratisponensium gesta sunt. Nihilominus ille simulando et tempus extrahendo suam amicitiam constare asseuerabat, quoad Caesare Freguntio et Rinchone perditis occasionem arripuit conquerendi, qua quidem in causa similiter S. vestra cognitum est, quid nos nostrique praestiterint, ut et facti veritas inuestigaretur et iudicium S. V. hac in causa et in aliis quibus contra federa factum esse queri poteramus subiremus, atque hac in re ut eius instantissimis postulatis tum cum luce cum S. V. essemus satisfactum fuit, ita ut cum sufficienti potestate ministros reliquerimus qui de his rebus agere possent. qua vero ratione contigerit, ut a suis praestita non sint

quae receperant se facturos S. vestra existimare potest.
Nichil autem plus officiis istis et submissionib3 quam antea
reliquis omnibus effectum fuit. Nichil autem iuvit quod Mar:
chio vastiamonis in quem huius facti culpam attribuit
sistere se sponte S. vestrae obtulit. ex quibus palam est
hunc ab illo praetextum quesitum esse. ut ad novas conten:
tiones redeatur. orbis Christianus perturbetur. res
ad arma deducatur. quemadmodum non obscure quoq3
omnibus in locis suam voluntatem declaraverat,
priusquam Cesar Fregosius et Rincohonus periissent
quorum conatus satis cogniti sunt. operaq3 quam illi prae:
stiterunt. quasq3 res tam in Italia quam in Turcia ex illius
approbatione. et mandato tentaverint. quibus conatibus
non solum conditiones induciarum Nicensium violaverunt
sed etiam in discrimen reip.cae Christiana proditione
adducere voluerunt. ut etsi omnia concedantur. bene:
ficio tamen induciarum fieri non potuerint. accessit quod
hostium more furtim et occulte ditionem Mediolanem
transcurrerunt. exulibus comitati. ob quod solum factum
ex lege huius Ducatus digni morte fuissent. Quicquid
vero hac de re fuerit. nihil a nobis plus confici potuit,
quod ad conservationem induciarum pertineret. quibus
cautum est, ut si quid forsitan reperiretur, quod contra ha:
rum pacta, obiiceretur per eum cuius culpa factum sit
resarciretur. induciaeq3 firmae et integrae permanerent.
Nichil etiam amplius a nobis adhiberi potuit quo illi sa:
tisfieret quam ut petitum ab eo iudicium subiremus. et quod
is in quem culpam transferebat iudicio se offerebat.
Cumq3 existimaremus fore suis postulatis hac ratione
satisfactum. expeditionem Algensem sumus ingressi misso
nihilominus ad eum Don Francisco Manrica nobilis
familiae viro nunc Episcopo Orentio. qui et illum viseret

et de nostro itinere certiorem faceret, pacemqz illi et
tranquillitatem orbis Christiani commendaret, atqz ad con:
stantem inter nos amicitiã adhortaretur, quod pro sua con:
suetudine, qua largissimus est et facillimus ad pollicitati:
ones vberrime, et amplissime se seruaturum recepit, vidit
tamen S. v. quae Marani acta sint, quaeqz in Italia, Ger:
mania Dania aliisqz locis sint conati, intellexit etiam
consilia habita de Regno nostro Nauarrae inuadendo, idqz
eo tempore, quo nobis expeditione Aphricana occupatis
oportunitatem ad ea omnia sibi datam existimauit, et
deteriora post id tempus in dies successisse, neqz S. v.
latere potest, quid illius Oratores in Comitiis Spirẽ
nuper tentauerint, vtqz exquisitis artificiis contentio:
nes in religione fouere instituerunt, cum se et harũ et
illarũ partiũ studiosos esse, et adiutores fore eodem
tempore seorsũ profiterentur, quibus artibus conati
sunt expeditionem contra Turcas impedire, et quae
deinde secuta sint, vt Turcam hostem Christiani nomi:
nis sollicitauerit, numerosumqz exercitũ in Italiam
miserit, vt quae ditiones nostras inferiores sub nomine
Martini Van Rossem Ducis Cleuẽ ministri inopinato
occupare contenderit, quod vbi patefactũ esse animad:
uerterit, neqz negari posse, aperto bello ditionem nr̃am
Lucebourgen, filio suo Duce Aurelianensi ductore no:
bis prius non admonitis aggressus est, reliquas omnes
copias quas cogere potuit ad haec Regna nostra Hispa:
niarũ Cataloniae et Nauarrae oppugnanda iter facere
iussit, rumoribus vbiqz sparsis magna cũ ostentatio:
ne foederis, et auxilii Turcici bellũ interea non indi:
ctũ, decimo die Mensis praeteriti suis in ditionibus
publicari fecit atrocissimis et foedissimis verbis, ea
atrocitate qua contra barbaros nemo vtitur, cum etiã

verborum atrocitati, factorum foeditas responderet, inopumque et imbellium hominum incendiis initia tam praeclaris et heroicis conatibus data sunt, gravius est quod nichil nobis significaverit, immo ministri eius tam in Italia quam Narbona eadem simulatione qua ille usi inducias se observaturos ostenderunt. hic igitur fructus est omnis industria a S.te v. exibita, omnisque apud illum diligentia et observantia induciarum illi consensu stabilita. hoc sua pacientia consecuta est, qua detentionem iniustissimam et nullis causis innixam Archiepiscopi Valentini tam ignominiosam, sacro sanctae sedi indignam auctoritate &c.ta tam indulgenter toleravit, quae acerbam iniuriam illo approbante a suis ministris nobilibus Hispanis nostris subditis illatam, qui se tuto esse loco in vestra Civitate Avinionem existimabant, nimis moderate tulit. Itaque coacti sumus et cogimur arma capere, et de bello cogitare ante dictis omnibus in locis, eo tempore quo plurimum fiducia et securitatis in illo ponere posse videbamur, cum et inducia integrae essent auctoritate S. v. pactae, cum infinita promissa iureiurando confirmata extarent, quibus ministros nostros maxime vero eum qui apud illum a nobis Legatus est illicere non intermisit, cum sui ministri indutias inviolatas observari perpetuam, et constantem amicitiam, pacem firmissimam stabiliri se desiderare praetulerint modo ea pax sine opera et auctoritate S. v. tractaretur, quod existimamus illam satis intellexisse, et quam dei rationem sua dignitatis hac in re habuerimus. Et ut paucis complectamur nullum unquam iudicium de sua malevolentia nobis significavit, sed conatibus omnibus dissimulatis, ut quam maxime inscientes aggrederetur, quod nos omnes cogitationes nostras instituisse perspexerat in Turcarum propulsationem et reditum ea causa in Germaniam parare, ut

vires nostras cum Imperii viribus coniungeremus, nosque ipsos et nostram potentiam contra crudelissimum hostem exponeremus, adiuuari suum consilium existimauit, si tacendo vel celando in omnia alia intentos quam in bellum cum illo gerendum reperiret, quod certe opinionem eius non fefellit, imparatos enim nos aggressus est, nihil tamen illum amplius ex hoc bello consecuturum, quam superioribus fecit in Dei optimi max: benignitate confidimus, quem testamur molestiori animo nos ferre damna illa et impedimenta, quae sanct.mis causis inferuntur, religioni diuinae instaurandae, concordiae fidei coniungendae, Turcis prohibendis, reliquisque rebus ad bonum pub. cum Christiani orbis et tranquillitatem pertinentibus quam quod nostra priuata causa commoueant. Quod enim ad nos attinet, aut aeque, aut magis conducibile bellum apertum cum illo gerere, quam ulli paci, induciis, aut conditionibus insistere, postea quam ille omnia foedera ex sua cupiditate metitur, neque aliud spectat, quam ut ex pace occasionem quam opportunissimam reperiat belli excitandi, hac enim umbra obtegit occultas plerasque et perniciosas tractationes, fomenta diuisionum seditionumque in rep.ca Christiana eo fine ut nos in eas difficul.tes adducat, ne infidelium conatibus possimus obsistere, utue contra diuinas humanasque leges Regna nostra, nostrasque prouintias assiduis incommodatibus, et damnis afficiat, plane autem perspicitur eandem illum disciplinam liberis suis tradere, atque ad similia illos studia excitare ambitio autem insatiabilis, et infinita cupiditas eo processit ut iam celari non possit occupatis ditionibus Ducis Sabandiae ita praefectorum suorum opera iam communitis ut manifestum sit constituisse non reddere. Accedit quod dum S. vestra, nuper illum per suos adhor:

tata est ad arctius firmandā pacem. non potuit sibi tem:
perare. quin aperte profiteretur velle se reliquū regionis quæ
est in pede montiū illamq; totam Coronæ sui Regni perpe:
tuo addere et vniri. quemadmodū et prouintia Galliæ
ab imperio quoq; auulsa suo Regno olim adiuncta est
Fieri autem non potest quin S. v. aliunde intellexerit
illum non solum Ducatū Mediolani expetiisse. sed longius
multo instituisse progredi ac occupatis Placentia et Par:
ma resp.cas Lucensem et Senensem petere. existima:
musq; illam intellexisse cupiditatem suam his terminis
non contineri. sed ad terras Ecclesiæ inhiare quo fa:
cilior illi transitus sit ad Neapolim et Siciliā. quæ eius
voluntas et deliberatio illis aperta est qui diligenter
omnia expendunt. quæ a suis toti Italiæ tendantur
et manifestū est nunquā illū conditiones. pactiones.
aut promissiones deinceps seruaturū (et non ser:
uasse illū præteritas palam est) donec illi vna spes
reliqua erit quicq; occupandi. Neq; hæc sua ambitio
vnū cursum habet. sed infinita esse. et quoquouersū
spectare. extremus hic actus comprobat satis. vsurpata
Ciuitate Astenaij in Ducatu nostro Lucebourgen. quæ cū
nobis ex feudo obligata sit. tamen illam præter vo:
luntatem nostram occupatam diligentissime muniuit.
Eo quoq; spectarit. quæ Martinus Van Rossem ex mi:
nistris Cleuenses instituerat. vt ditiones nostras infe:
riores in illius potestatem redigeret. neq; quicq; boni
a bello sperari potest præterquā quod dū existimet
parem sibi esse cū desiderio potestatem sæpe fallitur.
Cupiditatem autem illius qui apertius probari cupit
expendat diligenter. quæ in Germania a suis facta
sunt. vt discordias in religione motas nimiū foue:
ret. vt studia partiū et eo loco et in Italia augeret

accedit confaederatio cu Turca ut illu ad bellum Reip. ae Christianae mouendu instiget, quod etia Germaniam totam permouere debet, cu omnibus in locis consilia sua et fortunas cu communi hoste communes faciat, ut omnibus quoqz nota sunt mala, quae ex his causis sunt orta, et in qua discrimina Resp. ca Chrina impendentibus cu Turca tractationibus sit adducta illo mag.ce nunc spem praedicante quam de Barbarossae cum classe aduentu concepit. Haec deberet S. vestra pro sua prudentia considerare an sit ad reuocandia Germania in Catholica unionem accommoda, aut celebrationi Concilii conuenientia utqz nos nostriqz Praelati, et qui sunt sub imperio nationis Germanicae interesse possimus. Cum S. V. nouerit quantum ille semper conatus sit huic se se et aperte, et per indirectu opponere, considerandu profecto est S. V. si ullu unqua studiu aut operam ille impenderit, quae in his necessitatibus reip. ae Christianae ad salutem et remediu pertineret, atqz utina non contra Russiam ab illo profecta sint quod luce clarius fuerit si quis ea consideret, quae perpetuo et ab illo ostensa sunt, et quottidianis exemplis demonstrantur. Ad haec animaduertatur illi decretu esse multo ante tempore quaecunqz poterit impedimenta opponere ad Concilii celebrationem, quod ita suis priuatis rebus conducere arbitretur, hac causa adducti rationem interea tractandi instituerамus aliam quamaiora mala vitaremus, et concordia Germaniae amicabili quadam et Christiana compositione conciliaretur in qua tractatione nichil respeximus quam Dei cultu et sanctae Ecclesiae piae matris nostrae reuerentia, accedente S. vestrae voluntate, cui etia notissimu est

nos

nos nihil unquam maiori studio exoptasse quam ut
concilium cum fructu aliquo celebraretur quemadmodum
S. V. Ratisponensi conuentu respondimus. cum ipsa nobis
per suum legatum illius conuocationem offerri mandauit
neqz unquam recusauimus quin si ita conditio rei postu:
laret ipsi presentes interessemus. sed facillimo et liben:
tissimo animo ipsi obtulimus. neqz ullas conditiones
interposuimus quin prelatos nostrorum Regnorum et
ditionum eo proficisci pateremur. quorum certe exiguum
numerum in nostrum Comitatum villam Francha addu:
ximus atqz quantum in nobis est sedulo praestamus.
ut suas Ecclesias coram gubernent ut neqz in nos neqz
prelatos nostros initium conferri debeat Concilii sus:
pendendi. sed in eos potius qui huic suspensioni causa
prebuerunt. quiqz omnibus rebus diligenter exploratis
nullam verisimilem excusationem adferre potuerunt
cum presertim eo sponte sua accessissent. atqz a domibus
suis et regionibus suis non longe abessent. in primis
vero illi tota haec res adscribenda est qui neqz unquam
voluit Concilii conuocationem. neqz unquam velit
nisi coactus. Quam ob rem ut aliquando finem faci:
amus Beatissime pater. si grauissimis his reip. ca Chri:
stianae calamitatibus mederi S. vestra pro officio suo
in animo habeat. si pacem, unionem tranquillitatem
in illam inducere desideret. atqz in illam magno studio
incumbere velit. quae ut praestet magnopere et autoritatis
suae et sedis Apostolicae. et suae existimationis causa
interest. palam omnibus illum dolorem declaret. quem
iustissimum capiet de tantis miseriis quibus respub. ca
Christiana conflictatur. si religionis totius dissensione
orbis Christiani perturbatione periculis Turcarum
commouetur in eum commoueri debebit. quem causa

tantis acerbitatibus dedisse. certissimo cognoscat si iniuria quam sancta sedem eius auctoritatem et Ecclesiae Romanae praerogatiua affecit. si rupta federa bella excitata. et detentio Archiepiscopi. tutellae vestrae violatio. despectus deinde et contumelia quae varijs in rebus contra illam vsum esse ei constat officere possunt. palam se illi inimicum profiteri debebit In quo satisfaciet omnium piorum hominum honestorum et sapientum expectationi. omnesque Reges et Principes exemplo suo ad offitium adhortabitur. haec erit via ad Concilij celebrationem. cultus diuini. et orbis Christiani restitutionem qui alias nisi S. v. fortem et seriem operam nauauerit periclitatur. Quod ego nunc serius precibus a S. v. peto. quae pro compertissimo habere potest. si S. v. suo offitio non defuerit me meo non defuturum cum in omnibus rebus. ad cultum diuinum bonum publicum Ecclesiae. et orbis Christiani pertinentibus tum vero ad praedicti Concilij celebrationem. cui quanam ratione aliter aut nos. aut Sacri Imperij ordines. aut Regnorum nostrorum Praelati vaccare possint ipsa pro sua prudentia considerare poterit. Datum in oppido nostro Montisoni Regni nostri Aragoniae. die XXv. Mensis Augusti Anno M.° D.° XLii. Imperij nostri XXii. et Regnorum nostrorum XXvii.

Carolus .V. Caesar Romanorum
Paulo Papae tercio respondet ad literas
per Cardinalem Portugalen. allatas

Beatiss.e Pater. Litteras S. V. a Rev.mo Car.li Visen.
Legato suo plenas etiam exhortatione eius ad pacem
atque ea quae S. V. illi in idipsum commiserat intelle:
ximus cum litteris consentientia. Qua in re officio suo
abunde atque exactissime satisfecit. Cupivissemus qui:
dem tanti itineris laborem ab eo non susceptum fu:
isse, qui praetermitti poterat, si responsum nostrum
quod Nuncio suo apud nos commoranti de Legatis
mittendis dederamus antea perlatum fuisset, aut litteras
nostras, quas in eandem sententiam scripseramus
accepisset. Sed quod ad mandata ipsius pertinet, cum
satisfactum nobis his litteris videtur nobis, quas XXV
Mensis Augusti dedimus, non videtur necessarium
longiori oratione de eisdem rebus saepius agere. Ita
de exordio et renovatione belli quibus causis et au:
ctoribus extiterit, eas rationes tum reddimus S.
V. quae et veritati et omnium hominum iudicio con:
sentiunt, et ex quibus plane confidimus neminem
fore integritate et pietate praeditum, qui non in eam
partem sit collaturus unde ii motus iterum exorti
sunt. Neque enim amplius multa ad excusationem
afferre necesse est cum S. V. manifestissime constet
nos non solum officium nostrum praestitisse, sed studio
tranquillitatis conservandae omnium expectationem

superasse, nulla vtilitatis ratione habita reip.cae tantum Christianae consuluisse splendidissimis conditionibus, atque nobis iniquis vltro oblatis de iure nostro permulta et crebro remittere voluisse. Itaque si nullis beneuolentiae exemplis effici potuit, ne rursus arma mouerentur, sed terra mariqz omnibus Regnis, et finibus nostris infestissimis bellis illatis, ad propulsandos et defendendos eos qui nobis commissi sunt impulsi sumus, quid operaepretium fuit vt de pace iterum sollicitaremus, aut quo pertinere possunt nouae pactiones, quam vt pristinae insolentiae noua petulantia accumularetur, atque rapidissima cupiditas incenderetur, quam nulla vnquam satietas capere posset, sed perpetuis tumultibus orbem Christianum exagitat, fides vero quae accipi potest ab eo qui nullis vnquam pactionibus legibus astringitur, neque vllis vinculis promissorum ad obseruationem conditionum contineri potest? auctoritas etiam S. V. quem locum habebit, vbi induciae sua opera constitutae palam ruptae sunt iura diuina et humana violata contra harum induciarum pacta bellum illatum, nulla ratio fidei toties promissae habita cum quottidianis sollicitationibus Sanct.mo iureiurando Oratori nostro in Gallia agenti, et ministris nostris omnibus in locis, de beneuolentia, de constanti amicitia, de induciarum obseruantia confirmaretur, neque tunc quoque consuetudine promittendi desisteretur, cum infestis signis exercitus in nostras ditiones irrumpebant, immo vero eo impensius et calidius conatus omnes perpetua dissimulatione celabantur, vt nos quam maxime imparati inuaderemur his fraudibus bellum renouatum esse occasionibus apertis falsissimis, atque id quod omnium indignissimum est eo

tempore quo induciarum pacis fidem habere atque in authoritate S. vestra de illarum firmitate spem ponere de uere debebamus. quo etiam tempore neque quicquam cogitasse neque alio nos spectasse S. v. cognitum est. quam ut ipsi presentes omni periculo neglecto vires nostras impenderemus terra marique cum S. v. et imperii copiis ille propulsaretur. qui totius Christiani nominis inimicus haberi debet. Omittimus autem consulto impiissima illa va quibus bellum contra omne Jus gentium non indictum publicatum est. ommittimus etiam genus crudelissimi belli quo in nostras ditiones et subditos saevitum est. haec enim superiora solum attigimus ut reverteretur ad negotium ipsum Legationis S. v. planius et evidentius perspiciat nihil effectum esse sua paciencia sed vehementiorem audatiam et contemptum authoritati suae hac indulgentia esse excitatam. Nostram enim lenitatem. qua ad communicationem de pace. tum sponte nostra tum maxime suadente et interveniente ad id S. v. perpetuo paratos nos exhibuimus in causa fuisse et circumventi et iis difficultatibus quas supra ostendimus implicati fuerimus. utque intelligatur praestare nobis bellum apertum gerere, quam ad nova frustra redire quorum nec ulla conditiones aeque si proponerentur fides ulla qua confirmarentur sperari possit. Nam cum omnia experti maximis nostris detrimentis et publicis et privatis sumus merito imprudentiae accusaremur si qua fraude decepti fuimus. eadem iterum nos circumveniri pateremur. presertim in hoc successu et statu rerum presenti tot damnis acceptis. neque accedente previa reparatione et satisfactione omnium eorum. quae tam ante bellum renovatum quam postea contra inducias commissa sunt. quod si qua ratio pacis tractandae autho ri

S. V. reliquitur. tam multa frustra tentata mirum fieri debet ab adversariis non a nobis tot modis circumventis irritatis, oppugnatis, invasis, indignis detrimentis affectis. Sed ubi eo res processit S. V. plane intelligit, nos non posse deesse suo officio, nisi nos metipsos Regna Provincias nostras, immo remp. cam Christianam hosti prodita vellemus. Itaque confidimus Deum opt. Max. iustum iudicem iustitiae nostrae clariss.mo presidio fore eam etiam spem quam debemus in S. V. ponimus quemadmodum et dignitas, et sedis sublimitas ad operam prestandam illam obligant, et quod quemadmodum author induciarum fuerit, ita quoque vindicem illarum fore existimandum est. Neque enim negligere debet quantum existimatio sua illa induciarum violatione impunita ledatur, quantum postulatio iudicio S. V. odio petulanti repudiato, cum nos illud paratiss.mo et libentissimo animo subiremus. Accedit praeterea foedissima illa occupatio, et furtum oppidi Marani de qua ita illam censuram quemadmodum rei indignitas postulat sperandum est, hac cum pro sua dignitate illa praestitura non ambigamus, tum vehementius ad hoc commoveri debet, si expendat nos eo tempore invasos fuisse, quo de fiducia S. V. subnixi illiusque admonitionibus confisi, nichil aliud in animo habebamus, quam ut terraque marique contra vim Turcarum vires nostras impendere, et pro salute reip.cae Christianae nos metipsos exponere constituissemus. Nos enim de hoc S. V. omnibus precibus obtestamur ut iam praestet quae pollicita est, et toties confirmat, se verum iudicem fore contra eos, qui fidem induciarum violassent, societatemque cum infidelibus coniunxissent. Quae omnia qui ausus fuerit ita ubique

apertum est, ut neque tegendi involucris verborum, neque occultandi neque dissimulandi locus ullus relinquatur. Nam etsi Turcarum vires nostris in littoribus hoc anno non viderimus, omnis tamen diligentia adhibita est, ut Turcica classis ad littora Italiae et Hispaniae adduceretur. Sed cum frustra diu expectaret, neque spei quae certissima putabatur responderetur nullus tandem fuit fructus istius diligentiae quam ut paenitentia per desperationem quae post hos conatus subsecuta sunt, clare orbi Christiano indicaretur quibus in auxiliis omnis fiducia posita fuisset, quamquam hoc procul dubio effectum est ut ne impediremur, neque nos neque vires nostras cum imperii viribus, et auxiliis S. V. coniungeremus, quod quantum intersit reip. Christianae S. V. cognitum est. his de causis illam iterum efflagitamus ut pro sua sapientia nunc constituat nullum aliud esse iter hanc unam esse rationem firmam et aptam ad pacificandas et confirmandas res Christianorum in eam si incumbet, si totum animum impendat pro se quisque ad officium permovebitur, omnes ordines orbis Christiani certatim illius authoritatem sequentur, de suis rebus, salute et fortunis, iam tandem cogitabunt, quemadmodum superioribus nostris litteris diligenter proposuimus. Itaque ut finem faciamus, cum commoratione diuturniore Rev.mi Legati nihil amplius profici posset, nec nova communicatione instituta quicquam fructus sperari, quam ut novarum fraudum occasio ei qui communis hostis censeri debet preberetur, rationesque subministrarentur quibus cupiditates illius pretegi et occultari possint, omnibus diligenter circumspectis, hoc nobis visum est, ut Legatus ad S. V. revertetur, diligenterque et instanter ab illo postulavimus ut quam celerrime posset reditum ad

S. v. maturaret, sperantes vt eu[m] ea consideraueri[n]t quæ superius explicuimus atq[ue] animaduerteret quid perpetua nostra obedientia, obseruantia, quibus illa[m] et sedem Apostolicam prosequuti sumus merentur offi:cio suo quod præstare debet non defutura[m], ea cu[m] spe fre:ti eundem Legatu[m], etsi studiosissime de commorando apud nos instaret vrgeretq[ue], et putaret mandatis S. v. omnino conuenire, dimittere decreuimus, et culpa si qua esset, quam tamen nulla[m] omnibus consideratis fore pu:tamus, in nos recepimus, illumq[ue] S. v. excusandu[m] æqua:nimitate freti suscepimus, quam precamur etia[m] vt hæc nostra responsa, et ipsius Legati dimissionem boni con:sulat, eaq[ue] quæ per se iustissima sunt, ex pristina n[ost]ra sinceritate erga S. v. proficisci firmiter credat, offi:tioq[ue] nostro satisfacere existimet, quod et loci M.tas quam diuina benignitate obtinemus, et bonu[m] pub.cum orbis Christiani, et salus ditionu[m] nostraru[m], et prouintiaru[m] a nobis exigit, quibus omnibus magna[m] iniuria[m] facere:mus, si frustra et sine vlla spe existimationem n[ost]ram vulgo hominu[m] disceptationibus exponeremus, fidem in:terea nostra[m] S. v. damus, quotiescumq[ue] hostis ad æquitatem deductus fuerit, quacunq[ue] id ratione fiat nos non minorem animi moderationem ad pacem ad:hibituros quam superioribus temporibus adhibue:rimus, si quidem vlla pax constitui potest æqua, firma et ad publicu[m] orbis Christiani accommodata, cuius como:da nostris priuatis rebus semper et fuerunt et erunt potiora, atq[ue] quemadmodu[m] p[ro]mptos nos et paratos perpetuo ad illoru[m] deffensionem obtulimus ita nos no:straq[ue] omnia impendere in posteru[m] non desistemus.

Datu[m] in oppido nostro Montisoni Regni nostri Aragoniæ die viii Mensis Octobris M.º D.º XLii. Regnoru[m] nostroru[m] XX vii

Bulla Papę Pauli tercii de Con:
cilio Tridenti celebrando

Paulus Episcopus seruus seruorũ Dei
Ad futurã rei memoriã

Initio nostri huius Pontificatus quem non ob merita
nostra sed propter magnã suã bonitatem Dei omnipotẽtis
prouidentia nobis commisit, cernentes iam tum in quas per:
turbationes temporũ, quotqz incommoda rerũ fere
omniũ nostra pastoralis sollicitudo, et vigilia esset vocata
cupiebamus quidem mederi Christianæ reipub: malis
quibus illa iam dudũ vexata, et propemodũ oppressa
est. Sed ipsi etiam vt homines circundati infirmitate
ad tantũ onus tollendũ, impares vires nostras esse
sentiebamus. Nam cũ pace opus esse intelligeremus
ad liberandam et conseruandã a plurimis impenden:
tibus periculis Rempub. omnia inuenimus odiis,
et dissensionibus plena. Dissencientibus presertim Prin:
cipibus iis inter se, quibus summa rerũ pene omnis
a Deo permissa est. Cum vnũ ouile, et vnũ pastorem
Dominici esse gregis ad integritatem Christianæ reli:
gionis, et ad cælestiũ bonorũ spem in nobis confir:
mandã necessariũ duceremus, schismatis, dissidiis,
hæresibus erat Christiani nominis diuulsa iã pene
et lacerata vnitas. Cum tutam atqz munitã ab

infidelium armis atque insidiis Rempub: optaremus nostris erratis, nostraque cunctorum culpa Dei videlicet ira peccatis nostris imminente Rhodus fuerat amissa Hungaria vexata conceptum et meditatum contra Italiam contraque Austriam et Illiricum. terra marique bellum cum impius et immitis hostis noster Turca nullo tempore requiesceret, nostrorumque inter se odia et dissensiones, suam bene gerendae rei occasionem duceret. Igitur (ut diximus) in tanta haeresum dissensione bellorumque tempestate, tantisque excitatis fluctibus cum essemus ad moderandam et gubernandam Petri naviculam vocati nec viribus ipsi nostris satis fideremus primum coniecimus in domino cogitatus nostros, ut ipse nos nutriret animumque nostrum firmitate et robore, mentem consilio sapientiaque instrueret. Deinde animo repetentes maiores nostros sapientia admirabili, et sanctitate praeditos, saepe in summis Christianae Reip. periculis remedium optimum atque opportunissimum oecumenica Concilia et Episcoporum generales Conuentus adhibuisse, ipsi quoque animum ad generale Concilium habendum adiecimus. exquisitisque Principum sententiis, quorum nobis videbatur utilis in primis et opportuna ad hanc rem esse consensio, cum eos tunc non alienos ab hoc tam sancto opere invenissemus oecumenicum Concilium, et generalem omnium Episcoporum, aliorumque patrum ad quos pertineret Conuentum in civitate Mantuae indiximus. Anno incarnationis domini (sicut et litteris et monumentis nostris testatum est) M° D° XXXVII Pontificatus nostri tertio ad X. Calen. Iunii inchoandum Spem prope certam habentes, fore ut cum illic in nomine Domini essemus congregati, ipse sicut promisit do:

minus in medio nostrum affuturus, et bonitate ac
misericordia sua omnes temporum procellas, omniaque
pericula spiritu oris sui facile depulsurus esset. Sed
ut semper insidiatur piis actionibus humani generis
hostis, primum contra omnem spem et expectationem
nostram, denegata fuit nobis Mantuana ciuitas, nisi
aliquas conditiones subiremus ab institutis Maiorum
nostrorum, et conditione temporum, nostraque ac huius
sanctae sedis, ac nominis Ecclesiastici dignitate, li:
bertateque prorsus alienas, quas in aliis litteris no:
stris expressimus. Quapropter alium inuenire locum
aliamque deligere Ciuitatem necesse habuimus. Quae
cum non statim nobis occurreret idonea et apta, ad
sequentes Calendas Nouembris, prorogare Concilii
celebrationem fuimus coacti. Interim saeuus et per:
petuus hostis noster Turca, ingenti classe Italiam
adortus aliquot oppida in littoribus Apuliae cepit
vastauit diripuit, predas hominum abegit. Nos in
maximo timore et periculo omnium muniendis litto:
ribus nostris, finitimisque auxilio iuuandis, fuimus
occupati. Nec tamen interea destitimus consulere et
hortari Christianos Principes, ut de idoneo ad ha:
bendum Concilium loco, quid sentirent nobis exponerent
quorum cum essent incertae variaeque sententiae, tempusque
diutius, quam erat opus videretur extrahi, nos
optimo animo, atque ut arbitramur etiam Consilio
Vincentiam elegimus vrbem copiosam, et Venetorum
qui eam nobis concedebant, virtute, auctoritate
potentia, cum aditum patentem, tum stationem omni:
bus liberam atque tutam in primis se habentem. Sed cum
iam tempus longius progressum esset nouaeque vrbis ele:
ctionem omnibus significari conueniret, iam Calendae

Novembris appetentes facultatem huius diuulgationis excluderent, hiemsque esset propinqua, rursus altera prorogatione tempus Concilii differre in proximum se-
futuras
quens ver. Maiiqz Calendas, compulsi fuimus. Quare firmiter constituta atqz decreta cum et nos ipsos, et cetera omnia, ad eum bene agendum Deo iuuante celebrandumqz Conuentum pararemus, plurimum reputantes interesse, cum Celebrationis Concilii, tum uniuersae reip. Christianae Christianos Principes pace inter se et concordia consentire, charmos in Christo filios nostros Carolum Romano. Impre. semper Augustum et Christianissimum Regem Franciscum, duo praecipua Christiani nominis firmamenta atqz subsidia, orare atqz obsecrare institimus, ut ad colloquium inter se, et nobiscum una conuenirent, quorum quidem apud utrumqz litteris, nuntiis et a latere nostro missis ex Venlium fratrum nostrorum numero Legatis saepissime egeramus, ut ex simultate et dissidiis ambo in unum foedus et amicitiam piam uellent conuenire; labentibusqz succurrere Christianis rebus. Quarum seruandarum cum esset illis potestas ab Deo praecipue tradita, si id non agerent, et ad commune Christianorum bonum sua consilia non dirigerent acris et seuera ratio eidem Deo ab ipsis reddenda esset. qui aliquando precibus nostris annuentes Niceam se contulere, quo nos quoqz longum iter, et seniliaetati nostrae vehementer contrarium Dei et pacis conciliandae causa suscepimus. Neqz praetermisimus interea cum tempus Concilii praestitutum Calendae vezt Maiae appropinquarent, tres Legatos summae virtutis et authoritatis, a latere nostro de numero eorundem Venlium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Vicentiam mittere, qui initium Concilii
facerent

facerent. Praelatosque undique venientes exciperent et ea quae iudicarent esse opus agerent et tractarent quoad nos ab itinere et negotio pacis reversi omnia accuratius dirigere possemus. Interim vero in illud sanctum opus maximeque necessarium tractationem videlicet pacis inter Principes incubuimus, et quidem omni animi studio et pietate, ac diligentia, testis est nobis Deus, cuius freti clementia nos metipsos itineris et vitae periculo exposuimus. Nostra testis conscientia quae nihil habet in hac re quidem in quo nos arguat aut praetermissae aut non quesitae, ad pacificandum occasionis. Principes ipsi testes, quos tam saepe tamque vehementer Nunciis, litteris, legatis, monitis, hortatu, precibusque omnibus obsecrauimus, ut simultates deponerent, ut societatem coirent, ut Christianae Reip. in maximum, et propinquum iam adductae discrimen, communibus studiis et subsidiis opitularentur. Iam vero testes illae vigiliae atque curae illi diurni nocturnique animi nostri labores, grauesque sollicitudines, quas ob hanc rem et causam plurimas iam suscepimus, nec tamen ad optatum exitum nostra consilia, et acta adhuc perducta sunt. Ita enim visum domino Deo est, quem tamen non desperamus aliquando optata nostra benignius respecturum. Ipsi quidem quantum in nobis fuit, nihil quod esset nostro pastorali officio debitum in hac re omisimus. Quod si qui sunt qui actiones pacis nostras in aliam interpretentur partem, dolemus quidem sed tamen in dolore nostro gracias Deo omnipotenti agimus, qui ad exemplum et doctrinam pacientiae nostrae suos voluit Apostolos haberi dignos qui pro nomine Iesu qui pax nostra est contumeliam

pateretur. Verum in illo congressu colloquioque nostro
quod Nicea habitum est, etsi peccatis nostris impedien:
tibus inter duos Principes vera et perpetua pax
non potuit confici, induciae tamen decennales fa:
ctae sunt, quarum opportunitate nos sperantes et
sacrum Concilium commodius celebratum iri, et deinde
ex Concilii autoritate perfici posse pacem apud
Principes institimus ut et ipsi venirent ad Concilium
et Praelatos suos praesentes ducerent, absentesque ac:
cerserent, qui cum de utroque se excusassent, quod et
ipsis redire in Regna sua tum necesse esset, et Prae:
latos quos secum habuissent itinere atque impendiis
fessos atque exhaustos recreari, et refici oporteret
nos hortati sunt ut aliam quoque prorogationem
temporis habendi Concilii decerneremus, qua in
re concedenda cum essemus aliquantum difficiles, literas
interim a Legatis nostris qui Vincentiae erant acce:
pimus, transacto iam et longius praeterito Concilii
incundi die, unum vix aut alterum ex externis na:
tionibus Praelatum Vincentiam se contulisse, quo nun:
tio accepto cum videremus eo tempore nulla rati:
one habere Concilium posse, ipsis Principibus con:
cessimus ut differretur tempus agendi Concilii
usque ad sanctum Pascha, diemque festum futurae do:
minicae Resurrectionis, cuius nostri praecepti ex:
pectationisque decreta littera Genuae anno In:
carnationis domini M° D° XXXVIII quarto
Calen. Julii facta publicataque sunt, atque hanc dila:
tionem eo propensius fecimus, quod pollicitus est nobis
uterque Princeps Legatos suos Romam ad nos se mis:
surum, ut ea quae ad perfectionem pacis reliqua essent
neque Nicea ob brevitatem temporis potuerant

omnia conficere Romae comodius coram nobis agerentur, et tractarentur. Et ob hanc rationem etiam a nobis ambo petierunt, ut haec pacificationis procuratio Concilii celebrationi praeponeretur, cum ipsum Concilium pace facta multo deinde utilius et salutarius Christianae reip. futurum esset. Semper enim haec spes pacis nobis iniecta Principum nos voluntatibus assentiri hortata est, quam spem vehementer auxit post discessum a Niceae nostrum ipsorum duorum Principum inter se beneuola amicaque congressio, qua maxima nostra cum letitia intellecta a nobis confirmauit nos in bona spe, ut tandem aliquando nostras preces apud Deum exauditas, et vota pacis accepta esse crederemus. hanc igitur pacis conclusionem cum et expectaremus, et urgeremus, nec solum duobus ante dictis Principibus, verum etiam charissimo in Christo filio nostro Ferdinando Regi Romanorum videretur, actionem Concilii (nisi pace facta) suscipi non oportere, cunctique a nobis per litteras, suosque Oratores contenderent, ut alias rursus temporis prorogationes faceremus, praecipue autem, instaret Ser.mus Caesar promisisse se demonstrans hiis qui a catholica unitate dissenciunt, se operam suam apud nos interpositurum, ut aliqua concordiae ratio iniretur, quod ante suam in Germaniam profectionem apte non posset fieri. Nos eadem semper spe pacis, et tantorum Principum voluntate adducti, cum praesertim cerneremus, ne ad dictum quidem resurrectionis festum aliquos alios Praelatos Vincentiam conuenisse, prorogationis nomen iam fugientes, quod tam saepe frustra fuerat repetitum, celebrationem generalis Concilii ad nostrum, et sedis Apostolicae beneplacitum

suspendere maluimus. Itaque fecimus et de suspensione
huiusmodi litteras ad singulos supradictorum Principum
x. die Junii M° D° XXXIX° dedimus, sicut ex illis
perspicue potest intelligi. Ea itaque suspensione neces=
sario per nos facta, dum tempus illud magis idoneum a
nobis pacisque aliqua conclusio expectatur, quae et digni=
tatem postea, frequentiamque Concilio et Christianae reip.
praesentiorem salutem erat allatura, Hungariae Rege
mortuo, Turca vocantibus Ferdinando Rege bellum
in eos movente, Belgis ad defectionem a Caesare ex par=
te quadam incitatis, cuius defectionis comprimendae ca.
per Galliam amicissime, et cum Rege Christianissimo
concordissime magno benevolae inter eos voluntatis
indicio, transiens in Belgas Ser.mus Caesar, et illinc
deinde in Germaniam profectus, conventus Germaniae
Principum et Civitatum tractandae eius, quam dixerat
concordiae causa habere coepit, sed cum spe pacis iam
deficiente, ille quoque modus curandae in Conventibus
tractandaeque concordiae ad maiores potius discordias
concitandas aptus esse videretur, inducti fuimus ad
pristinum Concilii generalis remedium, idque per legatos
nostros S. R. Ecclesiae Cardinales ipsi Caesari obtuli=
mus, quod etiam postremo, et praecipue in Ratisponensi
Conventu egimus, cum illic dilectus filius noster Gaspar
tituli sanctae Praxedis Cardinalis Contarenus, sum=
ma doctrina et integritate Legatum nostrum ageret.
Nam cum (id quod ne accideret ante veriti eramus)
ex eius conventus sententia peteretur a nobis, ut
ab Ecclesia dissentientium quosdam articulos toleran=
dos declararemus, quoad per oecumenicum Concilium
illi excuterentur et deciderentur, idque nobis ut con=
cederemus neque Christiana et Catholica veritas

neqz nostra et sedis Apostolicæ dignitas permitteret
palam potius Concilium ut quamprimum fieret proponi
mandavimus. Neqz vero in alia unquam sententia
et voluntate fuimus, quam ut primo quoqz tempore
Concilium æcumenicum et generale congregaretur. Spe:
rabamus enim ex eo et pacem populo Christiano et Chri:
stianæ religionis integritatem posse recuperari verum:
tamen id cum bona gratia et voluntate Christianorum
Principum habere volebamus, quam voluntatem dum
expectabamus, dum observamus tempus absconditum
tempus beneplaciti tui o Deus aliquando tandem de:
cernere compulsi sumus omne esse tempus benepla:
citum Deo, cum de rebus sanctis, et ad Christianam pie:
tatem pertinentibus consilia ineuntur. Quapropter
videntes maximo quidem animi nostri cum dolore
rem Christianam quottidie in peius ruere Hungaria
a Turcis oppressa, Germanis periclitantibus cæteris
omnibus metu mœroreqz afflictis, nullius iam Prin:
cipis consensum expectare, sed tantum Dei omnipoten:
tis voluntatem, et Christianæ Reip. utilitatem at:
tendere constituimus. Itaqz cum Vincentiam amplius
non haberemus, cuperemusqz cum universæ Christiano:
rum saluti, tum Germanicæ nationis incommodis in
eligendo per nos novo Concilii habendi loco consulere
aliquotqz locis propositis ipsam Tridentinam civitatem
ab ipsis desiderari videremus, nos etsi in citeriore
Italia commodius omnia tractari posse iudicabamus
ad eorum tamen postulationes nostram voluntatem pa:
terna charitate deflexiimus. Itaqz Tridentum civita:
tem elegimus, qua in civitate æcumenicum Concilium
ad proxime venturas Calen. Novembris haberetur,
idoneum locum illum statuentes, quo ex Germania quidem

aliisque Germaniae finitimis nationibus, facillime ex Gal-
lia, Hispania, caeterisque Provinciis remotioribus non
difficiliter Episcopi et Praelati convenire possent.
Dies autem Concilii ea a nobis spectata est, quae spatium
haberet in se et publicandi per Christianas nationes
nostri huius decreti, et facultatis omnibus Praelatis
ad veniendum tribuendae. quominus autem annuum tem-
pus praefiniremus mutando Concilii loco sicut quibus-
dam constitutionibus alias praescriptum est, ea res fuit in
causa quod longius extrahi spem sanandae aliqua in
parte Christianae reip. quae tot detrimentis et cala-
mitatibus affecta est noluimus. Et tamen videmus tem-
pora, agnoscimus difficultates, quid sperari possit ex con-
siliis nostris incertum esse intelligimus. sed quia scriptum est
revela domino viam tuam, et spera in eo, et ipse faciet
magis Dei clementiae et misericordiae confidere, quam
nostrae imbecillitati diffidere constituimus. Saepe enim
fit in bonis operibus incipiendis, ut quod humana con-
silia non valent, divina virtus efficiat. huius igitur ipsius
Dei omnipotentis, patris et filii et spiritus sancti, ac
beatorum eius Apostolorum Petri et Pauli auctoritate, qua
nos quoque in terris fungimur freti, atque subnixi, de ve-
nerabilium etiam fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium con-
silio, et assensu, sublata amotaque suspensione, de qua su-
pra commemoratum est, quam per presentes tollimus
et amovemus, sacrum oecumenicum et generale Concilium
in Civitate Tridentina, loco et commodo et libero
omnibusque nationibus opportuno, ad Calendas proxi-
mas Novembris anni presentis ab incarnatione domini
M°D°XLII. incipiendum prosequendum, et eodem domino
adiuvante ad ipsius gloriam atque laudem, et Chri-
stiani totius populi salutem absolvendum perficiendumque

indicimus, annuntiamus, conuocamus, statuimus atq;
decernimus, omnes omnibus ex locis tam Ven.les fra:
tres nostros patriarchas, Archiepos, Episcopos, et dile:
ctos filios Abbates quam alios quoscunq; quibus Iure
aut Priuilegio in Conciliis generalibus residendi, et sñias
in eo dicendi, permissa potestas est, requirem. hortantes,
admonem. ac nihilominus eis, in vi iuriurandi, quod
nobis et huic sanctae sedi praestiterunt, ac sanctae vir:
tute obedientiae, aliisq; sub poenis, iure aut consuetu:
dine in celebrationibus Conciliorum aduersus non acce:
dentes, ferri et proponi solitis. Mandantes arcteq;
praecipientes, vt ipsimet (nisi forte iusto detineantur
impedimento, de quo tamen fidem facere compellantur)
aut certe per suos legittimos Procuratores, et Nuncios
sacro huic Concilio omnino adesse, et interesse debeant.
supra autem dictos, Imperatorem Regemq; Chrmum
necnon caeteros Reges Duces, Principes, quorum prae:
sentia si alias vnquam, hoc quidem tempore maxime
sanctissimae Christi fidei, et Christianorum omnium saluti
futura est salutaris, rogantes atq; obsecrantes, per
viscera misericordiae Dei, et domini nostri Iesu Chri
cuius fidei veritas, et religio, et intus et extra gra:
uiter iam oppugnatur, vt si saluam volunt Christianam
esse remp. si se domino obstrictos, et obligatos pro ma:
ximis illius erga se beneficiis intelligunt, ne dese:
rant ipsius Dei causam et negotium ipsimet ad sacri
Concilii celebrationem veniant, in quo ipsorum pietas,
atq; virtus communi vtilitati, salutiq; suae ac caete:
rorum, et temporali et aeternae plurimum est profutura.
Sin aut id (quod nollemus) accedere ipsi non potue:
runt, at saltem graues viros Legatos cum auctoritate
mittant, qui persona Principis sui quisq; et cum pru:

dentia, et cum dignitate possit in Concilio referre. Imprimis vero ut id curent, quod ipsis facillimum est, ut ex suis cuiusque Regnis ac Provinciis Episcopi et Praelati sine tergiversatione et mora ad Concilium proficiscantur. Quod maxime quidem a Praelatis Principibusque Germaniae Deum ipsum, atque nos impetrare aequum est ut cum eorum precipue causa ipsisque cupientibus Concilium indictum sit, et in ea Ciuitate indictum, quae ab eis est desiderata nongrauentur ipsi sua cunctorum presentia id celebrare et ornare, quo melius atque commodius, quae ad integritatem et veritatem Christianae religionis, quae ad bonorum morum reductionem, emendationemque malorum, quae ad Christianorum inter se tam Principum quam populorum pacem, unitatem, concordiamque pertineant, et quae ad repellendos impetus Barbarorum et infidelium, quibus illi uniuersam Christianitatem obruere moliuntur, sunt necessaria Deo nostris consultationibus praeeunte, et lumen sapientiae suae ac veritatis mentibus nostris praeferente agi indicto sacro Occumenico Concilio, et conspirante omnium charitate consuli, tractari, confici, ad optatosque exitus deduci quamprimum et quam optime possint. Atque ut nostrae hae litterae, et quae in eis continentur ad notitiam cunctorum quorum oportet, perueniant, ne ne quis illarum ignorantiae excusationem, praetendat cum presertim etiam non ad omnes eos, quibus nominatim illae essent intimandae, tutus forsitan pateat accessus, volumus et mandamus ut in Basilica Vaticana Principis Apostolorum et in Ecclesia Lateran. cum ibi multitudo populi ad audienda rem diuina congregari solita est, palam clara voce per Curiae nostrae cursores aut Notarios aliquos publicos

legantur. lectaqz in valuis dictarum Ecclesiarum, itemqz Cancellariaeqz Apostolicae portis. et Campi florae solito loco affigantur. ubi ad lectionem et notitiam cunctorum aliquandiu exposita pendeant. Cumqz inde amouebuntur. earum nihilominus exempla in eisdem locis remaneant affixa. Nos enim per lectionem publicationem affixionemqz huiusmodi omnes et quoscunqz quos antedictae nostrae litterae comprehendunt, post spatium duorum Mensium a die litterarum publicationis et affixionis. ita volumus obligatos esse atqz astrictos. ac si ipsimet illae coram lectae et intimatae essent. transumptis quidem earum quae manu publici Notarii scripta aut subscripta. et sigillo personae alicuius Ecclesiasticae in dignitate constitutae munita fuerint. ut fides certa et indubitata habeatur. mandamus atqz decernimus. Nulli ergo liceat omnino hanc paginam nostrae indictionis annuntiationis. conuocationis. statuti. decreti. mandati. praecepti. et obsecrationis infringere. vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praesumpserit. indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius nouerit se incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae M° D° xl ii xi. Calend. Junii Anno VIII

Blosius

Hier. Dand.

Oratio Ottonis Thruchsess Nuncii Pape Pauli tercii ad Sigismundum primum Polonie regem habita Crac 1542 xix Octobris

SAnctissimus dominus noster Paulus diuina prouidentia Papa III ablegauit me ad tuam M.tem Ser.me atqz inuictissime Rex vt ei Ser.moqz eius filio salutem atqz Apostolicam benedictionem nomine suae S.tis dicerem, et tuae M.ti has litteras traderem, quod nunc ea qua debeo reuerentia facio Et vestris M.tibus omnem eam prosperitatem atqz incolumitatem quam S.tas sua propensa in vos prestantiqz voluntate vobis precatur ex animo opto. Deinde rogo Ser.me Rex, vt lectis quas reddidi litteris, mandata quae habeo exponendi facultatem mihi concedas.

Cum S. D. N. commissam sibi a Deo Christianam remp. videret innumeris et perniciosis dissensionum perturbationum atqz schismatum vulneribus sauciam pro paterna solitudine ac pastorali officio, omnem curam et cogitationem in ingressu statim sui Pontificatus in id adhibuit, vt omnes contentiones, controuersias, atqz discordias quae cum euidenti periculo et miseranda Christianae nostrae Reip.cae iactura, nimium excreuerunt Dei optimi Max: auxilio funditus tolleret ac Christiano gregi cuius ipse in terris rector est atqz pastor integritatem tandem restitueret.

Ad quod faciendum, cum sacro generali Concilio nullum opportunius remedium inueniret, statuit illud quamprimum in illustri Pontificatus vestigio positus fuit, rebus omnibus aliis posthabitis congregare et ob eam causam saepius illud per omnia Christiani orbis Regna publicare atque intimare fecit, quemadmodum tuae Mti constare non dubito, sed non sine grauissima pii animi sui anxietate, a sanctissimo suo proposito, iniqua rerum et temporum iniuria, in hunc usque diem fuit impeditus.

Nam dum pacem inter Principes veluti potissimum fundamentum Concilii, quiete ac libere celebrandi, plurimis et indefessis animi et corporis laboribus, senili suae aetati minime conuenientibus constituere accuratissime niteretur, illam praeter omnem opinionem non solum obtinere non potuit, sed nouas ~~factiones~~ potius atque exitiales controuersias oriri, et quod omnium maxime abominandum occulta et impia consilia machinari vidit quae et consilium (quemadmodum hactenus) retardare et totam Christianam Rempub. non sine grauissima omnium culpa, subuertere possent.

Quamobrem cum ad eum qui Christi vicearium in terris agit omnis Christianae reip.ca cura atque sanatio maxime spectat, noluit unicum hoc atque opportunissimum generalis Concilii remedium, quo in eiusmodi malis maiores nostri praedecessores sui viri sanctissimi usi sunt, diutius quam opus est differre, sed illud propter extremam necessitatem, pace etiam non obtenta, sine longiore mora celebrare, ea videlicet spe atque fiducia Deum optimum Max: in suo nomine congregatis affuturum, et quod hactenus humanis consiliis confici nequiuit, diuina sua virtute atque misericordia effecturum.

Quapropter sacro sancto generali oecumenico Concilio in Ciuitate Tridentina ad Calendas Nouembres proxime futuras celebrando in vrbe publice et solenniter indixit annunciauit conuocauit statuit atque decreuit. Eaque de causa me in Germaniam (quae omnium maxime languet) ad Conuentum Norimbergensem misit, vt inuictissimo atque Ser.mo Rom. Regi R.mis et Ill.mis Electoribus Principibus tam Ecclesiasticis quam secularibus caeterisque omnibus Sacri Romani Imperii ordinibus et statibus locum tempusque Concilii significarem. qui mente S.mi D.ni nostri cognita vnanimi laudabilique consensu se ipsos aliis negotiis postbabitis venturos aut si iusto aliquo impedimento praepedirentur legittimos saltem oratores suos missuros receperunt

Quam indictionem etsi sua San.tas ad Regiam tuam M.tem certo perferri non dubitaret pro singulari tamen suo et perpetuo erga te imperiumque tuum amore particulariter per me tibi significari voluit. per viscera misericordiae Dei et domini nostri Jesu Christi rogans et obsecrans ne Dei causae, qui a Deo Rex Potens et Princeps prudentissimus es constitutus desieras sed ipsemet ad Concilii celebrationem venias. Persuasissimum enim sua San.tas habet Regiam tuam p.ntiam pro sua mirifica rerum omnium cognitione atque sapientia huic diuino et pernecessario operi plurimum non ornamenti atque authoritatis modo sed et maximam vtilitatem allaturam.

Si autem legittima aliqua causa impediaris graues saltem virtute prudentiaque probatos viros tuos Oratores qui communi omnium vtilitati saluti que et aeternae

ac temporali in Christo Jesu domino nostro consulere possit, cum authoritate et sufficienti mandato quamprimum fieri potest Tridentum mittas, et id cures ut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, et Praelati ex toto Regno, et provintiis, sublata omni excusatione et mora ad sacrosanctum Concilium proficiscantur quemadmodum tua M.tas ex bulla suae Sanc.tis quam tibi legendam trado copiosius intelliget.

Rogo itaque tuam M.tem ut Sanctiss.mo domino nostro in his, quae vere paterne et amanter petit satisfaciat, et in hac re ita se gerat quemadmodum summi huius negotii magnitudo postulat. Quod cum tua M.tem pro pio suo erga Christianam remp: amore, et perpetua erga sanctam sedem Apostolicam et observantia fideliter facturam non dubitem, pluribus non agam.

Sed quod reliquum est Deum opt: Max: precabor, ut tuam, feliciq3 tui Ser.mi Regiam dignitatem, amplitudinem atque splendorem: et optimae ac populosissimae tuae nationis tranquillitatem, et vigorem tueri ac augere velit.

Responsum á Rege Nuncio Ap.lico

QVod San.mus D.s noster Concilium oecumenicum tanto studio ab omnibus efflagitatum, a se vero toties iam prorogatum, tandem aliquando convocare certo decrevit, gratius id est, quam dici queat Sacrae M.ti Regiae. Nihil enim aeque in vita sua atque diem

illum videre concupiuit. quo congregato Concilio oecumenico valde fluctuantes in fide animi multorum confirmarentur. errores prauitatis quibus imbutae sunt mentes hominum radicitus euellerentur. atque ista opinionum tot dissidia tollerentur quae animorum quoque tantum dissidium induxisse videntur. vix ut unquam fuerit post hominum memoriam in uniuerso orbe Christiano par tumultus excitatus vix unquam aeque sit odiis atque inimicitiis inter eos quos propter multa necessitudinis vincula esse coniunctissimos oportuit certatum.

Quid enim nobis aliud attulit haec religionis innouatio? quos fructus alios eius videmus quam eos quos inter carnis opera recenset quidam? inimicitias, contentiones, aemulationes, iras, rixas, dissensiones, sectas, inuidias, homicidia. Huic debemus tantam Christiani sanguinis profusionem, dum se mutuis ipsi caedibus conficiunt quos fraternae charitatis et Christianae professionis memores vires suas integras ad commune incendium restinguendum conferre oportebat. huic debemus quod cuius hostis olim nomen tantum audiebat Germania eum in viscera nunc sua videt saeuientem. huic debemus clades quas tulit innumeras populus Christianus quodque nulli adhuc conatus contra Crucis hostes, satis nobis feliciter acciderunt.

Denique quicquid per hos annos accepit detrimenti Respublica Christiana quotquot calamitates pertulit quae et plures et maiores fuerunt quam ut ulla satis oratione possit explicari, non alii ferre debemus acceptum quam nouae huic doctrinae quae longe diuerso sensu quam a Christo dictum est non pacem sed gladium se mittere gloriatur. Neque vero malorum quicquam euenit quod non multo ante quam accidisset euen-

iurum preuiderit Sacra M.tas Regia quae pro ea pru:
dentia et rerum usu quem vel aetatis grandioris bene:
ficio non mediocrem est consequuta, facile prospicie:
bat hanc religionis nouationem nouas Reip.cae Chri:
stianae calamitates allaturam. Solet enim religionis mu:
tationem Regnorum quoque et Rerum publicarum con:
sequi mutatio, cum non aliunde, quam ex religione
conseruata Regna pendeant, qua euersa ipsa etiam
Regna diu durare non possunt.

Quae cum animo secum volutaret Sacra M. Regia neque aliud
videret remedium quo periclitanti Reip.cae Christianae
succurri posset quam si Concilium oecumenicum conuo:
caretur pro virili sua contendit et elaborauit, ut et
ediceretur per San.mum dominum nostrum, et postquam
edictum semel fuit, haberi tandem aliquando inciperet.

Testis est eius rei Senatus Regni huius uniuersus qui
cum frequenter maioribus etiam in Comitiis de Concilio
Sacra M.tas Regia tractauit. Testes sunt Ser.mi atque
excellen.mi fratres, et arctissimis propinquitatis
vinculis M.tis Regiae coniunctissimi Regia Romano:
rum et Imperatoria M.tes, quarum utramque et litteris
et Nunciis sollicitauit Sacra M.tas Regia, ac diligen:
ter adhortata est ut authoritatem suam interponerent
quo semota quauis cunctatione Concilium haberetur.

Testis est locupletissimus ipse etiam San.mus D.nus noster
cui tanquam indubitato Christi vicario in terris
M.tas Regia supplicauit aliquoties de re Nunciis
missis, ut memor officii sui pastoralis venientibus ma:
lis obuiaret ac primo quoque tempore Concilium
oecumenicum congregaret, quod ita tantopere semper
expetiuit Sacra M.tas Regia id certo deliberatum
esse San.mo D. nostro vehementer laetatur, neque alius

illi potuit accidere. Nunc vero optatior modo ut prorogationem istarum finis aliquando fiat, et quod promittitur Concilium haberi serio iam tandem incipiat. Nisi enim mature subuentum sit aegre ac prope depositae reip. Christianae abesse vix poterit quin grandi aliquo mactetur infortunio. Firmiores enim in dies radices agunt ista mala, quae pacem et tranquillitatem Ecclesiae perturbant, ut ea tanto sit postea difficilius futurum extirpare, quanto plus ei morae fuerit allatum. Quae lues intra Germaniae fines modo antea se continebat ea serpit semper latius. Neque Ciuitates modo et oppida verum et Regna iam tota occupat. Anglia. Scotia. Dania. Suetia, regna omni iam ex parte labe ista sunt infecta. a qua ne ipsa quidem prorsus est immunis Hungaria. quae quoad priscam illam fidem atque religionem firmiter retinebat, hostilem vim atque impetum feliciter satis propulsabat. Nunc haec et opinionum et animorum tanta dissensio quorsum florens olim Regnum perduxerit. quis est qui sine lachrimis commemorare queat?

Circumseptum est vndequaque Regnum hoc partim Christi Crucis hostibus. partim his qui ex nobis quidem prodierunt. sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis permansissent vtique nobiscum. In quo et ipso etsi circuit Diabolus. tanquam leo rugiens quaerens quem deuoret. facit tamen Sanctitas et religio Sacrae M.tis Regiae. facit cura illius et vigilantia vt irriti cadant conatus eorum. qui suum nostris hominibus virus afflare conantur. Sed et Ser.mus filius M.tis eius. qui non corporis magis quam animi lineamentis religiosissimum parentem refert. et sacra eius vestigia persequi semper nititur eo est animi robore. ea in prisca illa fide et religione

constantia omnia ut prius et facere et pati sit paratus quam ut vel minimum a paterna religione deflectet, sibi enim illa verba dicta putat. O Timothee depositum custodi, devitans prophanas vocum novitates, et oppositiones falsi nominis scientiae quam quidam promittentes circa fidem exciderunt. his itaque duobus ad Regni gubernacula sedentibus, et clavum quod aiunt recte tenentibus modo ut adsit gracia quoque et misericordia domini nostri Jesu Christi fore spes est, ut et Cathedram et fidem Apostolico ore laudatam Regnum hoc nunquam deserat, verum in fide semper sit, et potestate sanctae Sedis Apostolicae atque ei petrae perpetuo innitatur, adversus quam non praevalituras portas inferi Christus pollicetur sed cum cinctum sit omni ex parte Regnum hoc partim his qui prorsus a fide Christi sunt alieni, partim his qui transferri se passi sunt ab eo qui eos vocavit in gracia Christi in aliud Evangelium, tam esse necessarium putavit quam quod maxime Sacra Maiestas regia ut a Sanctissimo domino nostro Concilium istud nulla mora interposita congregaretur, quod ita decrevisse S. eius gaudet quodque tot sit laboratum prorogationibus, quandoquidem nullam eius rei culpam penes Sanctissimum Dominum nostrum residere videt, in optimam partem accipit. Ac factura esset lubens quod postulat Sanctitas eius ut ad Concilium hoc ipsa proficisceretur, si aut per affectam aetatem et valetudinem licuisset, aut hoc tam periculoso tempore a Regno eam longius abesse fas esset. Nunc cum ipsa venire non possit, mittet viros graves et prudentes qui loco Maiestatis eius consilio intersint, atque

" cum aliis " una consultatione habeant de his quae ad tranquillandos motus istos in Republica Christiana excitatos pertinebunt. Quod superest Deum precatur ut eis ad gloriam

nominis sui sanctiss.mas Sanctiss.mi domini nostri cogitationes secundet, pacem et tranquillitatem Ecclesiae suae restituat, atque ab ea genus omne periculorum clementer propulset.

Legatio a Rege Sigismundo primo ad Sinodum Cleri Piotrconien data Erasmo de Kretkow Castellano Brzestensi 24 Octobris 1542

SACRA M.tas Regia dominus noster clemen.mus postquam intellexit hanc esse Sinodum hic in domino congregatam, me misit qui D.nes V. de periculis quae Regno nostro gravissima impendere videntur, breviter admonerem.

In eum locum redacta est respub.ca Christiana haec nostra praesertim ut nisi maturo consilio subventum illi fuerit abesse non possit quin summum in discrimen perveniat. etenim cincti sumus undique multis hostibus, qui cervicibus nostris imminent, qui si quam fecerint in Regnum impressionem tempore consilium capi oporteret, quemadmodum eorum sit impetus propulsandus

Non ignorat Sacra M.tas regia et divino et humano iure ab omni onere et tributo D.nes vestras esse immunes, sed eum ita obfirmato sit animo ordo equester ad quem haec defendendi Regni cura proprie pertinet ut nisi aliquid sit a Do.mbus vestris in hac sinodo decretum

si aliquid deinceps collaturum in Regni propugnationem neget

Postulat a D. nibus vestris Sacra M tas regia ut pro ea qua fratribus suis, quam patriae suae debent charitate decedant hoc tempore nonnihil de iure suo, atque alacritatem suam in defendenda patria sua ostendant, qua incitatus ordo equester ad officium suum faciendum tanto citius adducatur.

Praeclarum quidem est libertatis nomen, estque omni ratione asserenda, sed quemadmodum pecuniam in loco negligere, maximum interdum lucrum affert, ita non aliares libertatem diutius conservat, quam si ea in loco negligatur. Et sicut veritas altercando amittitur, ita libertas perit nonnunquam, si quis mordicus eam tueri contendat.

Cum itaque is hostis instet, cum quo non modo de libertate verum etiam de vita, deque fortunis omnibus certamen nobis est partem aliquam fortunarum impendere satius est quam de universis deque vita ipsa in dubium venire.

Quod si priscis illis temporibus, patres Sanctissimi thesauros etiam Ecclesiarum in captivorum redemptionem conferebant, quanto aequius est, partem aliquam fortunarum in D. nes vestras impendere, ut ne captivi fiant, ne arae nostrae prophanentur, ne aut diruantur templa, et in hostium potestatem perveniant, aut quod cum animi dolore Budae factum accepimus, quae Deo consecrata erant sunt ea daemonibus inaugurentur.

Quare si fratres vestros, si fortunas vestras, si vos etiam ipsos salvos esse vultis, si vere Deum colitis, aut cultum eius propagatum potius cupitis quam imminutum aliquid ex libertate vestra subsidii decernite

quo provideri posset, ne quid Regnum detrimenti accipiat
ita futurum est, ut et libertatem vestram retineatis, et tru:
culentorum hominum iniurias, cum a vobis fortunisq[ue] ve:
stris, tum ab aris et focis propellatis.

HAec quoq[ue] de re. etsi scripsisset R.mus D.nus D[omi]nibus vestris Sa:
cra M[aies]tas Regia, per me significari nihilominus illis voluit
venisse Nuncium Apostolicum, et Concilium, quod ad Calendas
Novembris Tridenti habebitur promulgasse, atq[ue] una
postulare ut si ipsa non posset Sacra M[aies]tas Regia, mittat
aliquem suo loco ad Concilium. De hoc itaq[ue] consultare
vult D.nes vestras Sacra M[aies]tas Regia, quem ex Regno
ad Concilium id mittendum esse censeant.

Ioannes Oczieski
Bonę regine Polonię

SAcratiss.mae Regiaeis M[aies]tis v. manum procidens
exosculor.

QVae sub his indiciis, quibus cum equestri ordine maior
conversandi dabatur facultas, Taschicki judex in:
telligere potuit, Sacratiss.mae M[aies]ti v. per me significa:
ta esse voluit.

Docet suos dominus Castellanus per Nuncios ubi litteris
agere non licet, ut unum senciant, simulq[ue] sint, ac se
caternatim sequantur. Si qui ignari essent quid agi
debeat, quomodo eius votis satisfieri monstrat quo:
rum consilio spirituq[ue] utantur, modo audacter quod
illis suadebitur, aggredere non dubitent rem omnem

agi nihil se privati habere, cur odia Principum, cur labores, cur impensas subeat Reipublicae et maxime equestris ordinis nimiam defensam assumpsisse. Videt enim libertatem opprimi, iustitiam vincti, et omnia praepostero ordine agi. ardere iam vicinum Lithuaniae parietem. occurrendum huic malo ad nos serpenti. Non deesse genti nostrae facultates, non Iura quibus libertatem tueri possent, modo non desit animus. Et si quid in his proximis particularibus Conventibus contra se agi viderint in eligendo Nunciorum numero, habituros prompta dissuendi Conventus rationem, quod scilicet Senatorii ordinis loca vacent, facile demum conatus adversariorum ludibrio futuros, dum cognitum fuerit nihil votis eorum feliciter cessisse, ita illi contemptum, hi vero authoritatem assequuntur.

Iubet praeterea etiam Statuta de Spiritualibus executioni demandari, quemadmodum de secularibus dignitatibus hactenus executum est. praesertim cum non ad aliud usum praeter luxum, vota mortuorum converti videantur parum vel nihil penitus prodesse Reip.cae etiam si unus omnia beneficia possideat, obesse vero plurimum.

Principes legati esse dicuntur Ioannes Strzezowski Staus Ligeza Frystacki, Caminiecki senior. Brzeski vero sub praetextu procurationis in utroque destrictu, nihil praetermisit, quod sui domini sententiae non optime correspondeat. haec a Tashicki

Ridicule profecto narravit quidam mihi ex Franciscanis Tarnowiensibus (quos Bernardinos vocamus) cum ex variis colloquiis, quae mutuo nocte quadam apud

Thashicki dormiens habebamus, facta fuisset domini Castellani mentio, narraretque mihi longo ordine, quo pacto oppidum suum munitius ampliusque efficere, eorumque Canobium intra Ciuitatis mœnia includere vellet. quæsitus tandem a me, si in eleemosinis, ita ut in munitionibus, tantam ab eo sentiunt liberalitatem. Neglexerat inquit nos aliquantisper, sed nunc frequentius nobis eius nomine offertur. nec diu est cum coniugem eius misere- mus, summopere nos rogauit, per quandam Bohemam domus suæ magistram, ut eum orationibus fratrum quam diligentiss.me commendaremus, instare sibi magnos labores ex odio Reginæ et Archiepiscopi quod contra illum conceperunt, rogarent ut Dei auxilio posset potentiam illorum infringere et Remp. bono ordine stabilire. Quæsiui tandem an orarent modo eis præscripto. addidimus inquit, conditionem, si malo proposito Regina et Archiepiscopus id faceret. Dii boni quantum risi festiuitatem huius religiosissimi fratris vel potius totius Tarnouiensis Monasterio qui nisi modum benignæ diuinitati seu conditionem ut ipsi aiunt imponerent, facile Deum ignorantia a recto et iusto discessurum putant. video profecto, modo illis aliquid cari præerogatur. Cuna non abs re obseruantes dicunt. Indignissima quæque a Deo exacturos. Et nisi Deus perfectissimus cordium scrutator esset. vererer ne hi obseruantes iniustissimos et piissimos quosuis actus coram Deo maximo supplicationibus suis inuerterent. Subiicio caput meum et fortunas meas pedibus M.tis v. Sacratiss.me

Ex Czerkiew die animarum. M° D° Xl ii°

Sigismundus primus Rex Polonie Georgio Monacho Epo Varadien regni Vngarie Thesaurario

R.me in Christo pater. Quod scribit P.tas v. se falso apud nos in suspitionem adductam esse quasi non ea sit qua vellemus fide erga Ser.ma filiam nostram est quidem ita et rumorem ad nos perlatum fuisse et priuatis quorundam litteris nos accepisse quod alieniore fuit animo P. v. a Ser.ma filia nostra neque satis rationibus illius fauerit. Sed cum ipsa ad nos Ser.ma filia nostra nihil eadem re scribit, nunquam his rumoribus fidem habuimus. Nam cum veniret nobis in mentem quam in se gratiam et fauorem fuerit experta P.tas v. Ser.mi olim domini Joannis Regis domini sui filii nostri char.mi quam ab illo beneficia acceperit quam constanti etiam erga illum fide fuerit vsque ad extrema vite illius tempora adduci non potuimus vt crederemus P.tem v. sui facti dissimilem et tantorum domini sui beneficiorum oblitam esse. Simul et illud nobis succurrebat qua est prudentia P.tas v. facilem illam perspicere cum viuam ille sui imaginem reliquerit infantem ex Ser.ma filia nostra filium suum quod non satis officio suo functa videri posset si suam illi ad mortem vsque fidem probasset nisi eandem erga infantem illius vteretur. Quare hoc sibi de nobis certo persuadeat rumoribus istis aut priuatorum quorundam delationibus nunquam nos credere voluisse quin etiam nunc in ea opinione esse qua fuit constantia P.tas v. erga Ser.mum parentem eadem

erga

erga infantem quoqz filium, et esse et futuram semper
ac ne Ser.ma quidem Coniugi illius filiae nostrae
char.ma defuturam. Cuius nostrae de se firmae opinio:
nis, vel hoc est argumentum certissimum quante etiam
quam suas ad nos litteras dedisset P.tas v. misimus
ad P.tem v. et Ser.mae filiae nostrae rationes illi com:
mendauimus quod certe nunquam fecissemus, si quid
secus de illa suspicari in animum induxissemus. Qua:
obrem hanc ex animo suo opinionem eiiciat: et hoc
agat potius, quod per Nunctium ab illa nostrum postula:
uimus, ut afflictis Ser.mae filiae nostrae rationibus
succurrat, omniqz ratione ut extra periculum esset, et
ad destinata loca sibi tuto peruenire posset prouideat.
Id si fecerit P.tas v. quemadmodum facturam illam pro
fide constantiaqz sua non dubitamus, magnam apud
nos gratiam inierit gratumqz et memorem illi animum
per omnem occasionem praestare semper conabimur
Datum Cracoviae iii M° D° XL ii°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ioanni Dantisco Epo Varmiensi

Rde. Dolemus vicem P.tis vestrae, quae tot et tan:
tos corporis sui cruciatus perfert. sperabamus autem
quod quidem ex animo optamus fore breui melius
Quod rude se donari per nos petit, facile id quidem
a nobis impetrabit, quoad imbecilla fuerit valitudine
sed cum recte valuerit, tantum nobis de illius erga

nos observantia pollicemur. non modo non postulatam illam a nobis reddem. sed ultro etiã suam nobis operã delaturã. si forte opus ea nos habere intellexerit. et nostra quae sit aetas videt R.tas v. neqz illud ignorat, quam fragile sit vas nostrũ. quam saepe quam gravi morbo conquassetur. qui et hoc ipso tempore maiores quam credi posset corporis cruciatus tolleramus neqz tamen ideo aut non futurũ nobis rectius speramus. Deo misericordia sua nobis impartiente aut vacationem dari cupimus. Jam ad eos prope annos pervenimus. in quibus nihil est nisi labor et dolor nihil tamen remittimus de more nostro eisdem quibus invida aetate muneribus fungimur. non itineribus. non aut animi. aut corporis ulli labori parcimus ad quae omnia peragenda. vires nobis divina suppeditat gracia. quae et vestram R.tem non destituet. modo quod facit. procul dubio. suam in illa itidem ut nos spem et fiduciã firmã collocet. Crac. iii Decembris M.o D.o xl ii.o

Sigismundus primus Rex Poloniae
Episcopo Przemisliensi

Premislien.

CUM venissent ad nos a Venerabili Ecclesiae R.tis v.re Capitulo. et a Sinodo Diotecona in domino congregata Nuncii. graviter de R.te vestra questi sunt. quod cum ruina Ecclesia minetur. adduci non posset. ut ad quod faciendũ Ecclesia constitutionib9 obligata est

aliquid in fabricandam eam impendat, quod subditos suos colonos presertim male tractet, quod lignorum non satis honestam exerceat mercaturam, quod erga sacerdotes graviore quodam utatur correctionis genere quam Episcopum deceat. quae cum coram nobis et alia nonnulla quaererentur, non esse nostri officii videbamus. his de rebus cognoscere. Sed quoddam nobis petere visi sunt, cum patronus huius Ecclesiae simus admonituros nos P. tem v. recepimus. ut ne quid ab officio suo alienum admitteret. Quam ob rem hortamur illam ita se gerere velit in his quae sunt officii sui. ut nulli iustam de se querendi occasionem praebeat futurum est hoc et nobis gratum et P. ti v. non minus utile quam honestum. Crac. XI Decembris M. D. XL ii

Sigismundus primus Rex Polonie
Palatino Sandomiriensi. Podolie. Bel:
sensi et aliis

Memores virtutis, fidei meritorum erga nos Sin. tis tuae. ut esse illis apud nos premia posita intelligeret, dedimus illi et contulimus. ita ut ex litteris, quas in Cancellaria nostra scribi iussimus, uberius cognoscet Palatinatum, quod nostrum beneficium quin gratum illi sit futurum non dubitamus, atque una facturam illam confidimus quod etiam ut faciat postulamus, et spem quam de illa in posterum concepimus. nos nequaquam fallat. verum ita se gerat in hoc munere, ut non modo paenitere nos non possit dati beneficii, verum etiam solidam inde voluptatem capiamus quod et digno et bene de nobis merenti dederimus. Crac. XVII Decembris M. D. XL ii.

Sigismundus primus Rex Polonie
Isabelle Regine Hungarie

Ser.ma Princeps filia nostra char.ma. Jam dies certus nuptiis praefixus est Sexta Maii, nisi quod impedimentum acciderit eiusmodi, quamobrem in aliud tempus necessario foret prorogandus, quod quidem nisi grave quoddam et inevitabile esse oporteret. Ad has itaque Ser.mi filii nostri nuptias M.tem v. invitamus, atque ab ea petimus, ut eas presentia sua honestare ne gravetur. Quod restat optamus M.tem v. etc. Datum Crac. xxii Novembris M° D° xl iii°

Sigismundus primus Rex Polonie,
Ioachimo Marchioni Brandeburgen.
genero suo

Ill.me Princeps. Non est clam Ill.tem v. Ser.mum dominum Sigismundum Augustum filium nostrum char.mum iam inde ab annis aliquot cum Ser.ma virgine Elisabetha Ser.mi domini Ferdinandi Romanorum etc Regis filia matrimonium contraxisse. Nuptie vero certis de causis, et his quidem gravibus prorogatae fuerunt. Nunc praestitutus est illis dies pridie Nonas Maii, quae ut fierent deliberatum prorsus habemus. Quare Ill.tem v. petimus, pro ea affinitate quae illi nobiscum intercedit, ut ad nuptiarum diem in hanc Ciuitatem nostram Cracouiam

vna cum Ill.ma Coniuge sua venire et eas sua et Con:
iugis suæ Ill.mæ præsentia honestare ne grauentur
Rem nobis valde gratam facturæ et mutuis nostris
officiis compensandam. Crac. vltima Decembris 1542.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Cœsari Thurcorum

Anni iam complures intercesserunt cum Ser.mo filio
nostro Ser.mi domini Rom. Regis filia collocata
est. et quoniam vtriusque ætas nondum satis apta con:
iugio videbatur prorogatæ nuptiæ fuerant in pro:
ximum Mensem Maium. Pro ea itaque coniunctione
quæ nobis cum M.te v. intercedit. quandoquidem
pridie Nonas Maii nuptiæ celebrabuntur. petimus
a M.te v. Cæsarea. vt eas præsentia sua honestare di:
gnetur. Rem nobis gratissimam factura. Cracoviæ
xix Decembris M.o D.o xl ii.o

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Alberto Duci Prussiæ

Ill.me Princeps et domine Nepos noster char.me
Salutem. Litteras Ill.tis v. legimus. quæ quoniam de:
liberatione indigent. rem ad Comitia Regni reieci:
mus. vbi habita cum Senatoribus Regni nostri con:
sultatione responsum Ill.ti v. scribi curabimus.
Quod Ill.tas v. tam alacriter se venturam ad Ser.mi
filii nostri Nuptias cohonestandas promittit. est nobis

pergratum. Iam itaqz certus illis dies constitutus est
Pridie Nonas Maii, ad quem ut se paret, quo nup-
tiis, ita ut pollicetur interesse queat, magnopere
postulamus, nam nisi graue impedimentum aliquod
extiterit, ad eum diem Nuptias futuras dubium
non est. Bene valeat Ill.tas v. Cracoviae XX
iiii Decembris M.o D.o xl ii.o

Sigismundus primus Rex Poloniae
Georgio Ioanni Alberto Ducibus
Brandeburgen.

Illustris Princeps et domine affinis noster char.me
Quas Nuptias Ser.mi filii nostri ante sesqui an-
num fieri oportebat, ex certis ex causis et his qui-
dem grauibus, tam Ser.mi Rom. Regis, quam no-
stra voluntate prorogatae aliquandiu, et in proxi-
mum Mensem reiectae sunt. Quam ob rem ab Ill.te
v. petimus, ut nostra causa facere ne grauetur
quo pridie Nonas Maii, qui dies Nuptiis constitutus
est in hanc Civitatem nostram Cracoviam ad illas
presentia sua honestandas se conferat. Erit hoc
mutuae coniunctionis nostrae, et nobis vehementer
gratum. Cupimus Ill.tem v. diu feliciterqz valere
Cracoviae die XXIX Decembris M.o D. xl ii Re-
gni nostri anno XXXvi.o

Sigismundus Rex Polonie ad Duces, Minsterburgen ad Epm Wratislanien ad Petrum Petrowicz

Illustres Principes domini affines nostri char.mi Amici aliquot intercesserunt, cum Ser.mo filio nostro Ser.mi domini Rom. Regis filia collocata est, et quoniam certis ex causis Nuptiae prorogatae fuerunt nunc conuenit inter nos et Ser.mum Do. Ro. Regem vt Nuptiae pridie Nonas Maii mensis proximi, nisi diuinitus aliquod impedimentum acciderit celebrentur quare ab Ill.ribus v. petimus vt ad diem nuptiis praefinitum in Ciuitatem hanc nostram Cracouiam venire et eas presentia sua honestare ne grauentur rem nobis valde gratam facturae et mutuis nostris officiis compensandam quas bene valere et faelices esse optamus. Cracouiae die Nouembris M.o D.o xlii.

Sigismundus primus Rex Polonie Marie Regine Hungarie

Ser.ma Reddite sunt nobis M.tis v. litterae ex quibus cognouimus per illam non stetisse quo minus aut pax aut induciae saltem cum Ser.mo Danorum Rege fierent. Nobis vero plurimum dolet quos labores in pacificando subiuimus eos irritos cecidisse neque tamen ideo spem omnem pacis conficiendae aut induciarum modo impetrandarum abiecimus

adhuc vires et rationes queremus, quibus profici nobis aliquid possit, nihil enim malumus, quam lites istas diremptas, et odia mitigata, atque in eorum locum, amoris et beneuolentie certamen succedat. Optamus M.tem v. bene valere. Cracouie xvi Nouembris M° D° xl ii°

Sigismundus primus Rex Polonie Carolo Quinto imperatori

Sacr.me. Quantum intersit Reip.ce Christiane ut pacati in ea sint Regum et Principum animi, etsi iuxta nobiscum intelligit M.tas v. sentire tamen magis nos videmur, qui propter haec Regum inter se Christianorum tanta dissidia, et plusquam Ciuilia bella, non mediocri nunc in periculo versem°. quibus enim duobus tanquam propugnaculis muniti tamen adhuc contra Crucis hostem impotem videbamur, ea pro dolor in eorum iam potestatem peruenerunt, ipsis inter se Christianis Principibus, que summa est hostium consolatio, nostra vero ingens perturbatio digladiantibus, et in sua ipsorum viscera quam contra Barbaros ferrum stringere volentibus. Occupata enim Valachia et Hungaria prope vniuersa subacta, quid nobis metuendum sit M.tas v. intelligit, quominus illi molestum fore confidimus si hortari, monere et orare M.tem v. non intermittimus, ut quam alioquin suapte voluntate propensa est, pacis et concordie inter Christianos

Reges et Principes conciliandae curam suscipiat. Quam quidem etsi inter omnes confectam cupimus inter eos tamen precipue qui nobis finitimi cum sint fieri vix potest ut aliquid mali propter vicinum malum ditionibus nostris non eveniat, quorum nos quieti et tranquillitati pro eo ut debemus consulere cupientes a M.tate v. petimus quandoquidem inter Ser.mum dominum Christiernum Daniae Regem qui terris nostris Prussiae vicinus est et inter Ill.mum dominum Palatinum Rheni ac subditos M.tis v. Burgundiones non nihil simultatis intercedit quae periculum est ne in apertum quandoque bellum erumpat non sine magno cum totius Christianae Reip.cae tum finitimarum Provinciarum, inter quas sunt terrae nostrae Prussiae, malo ut authoritatem suam qua inter Christianos omnes Reges una valet plurimum interponere dignetur quo pax inter eos concilietur, a qua neque Ser.mum dominum Christiernum Regem, neque Ser.mam dominam Mariam Reginam abhorrere cognovimus cum pacis inter utranque M.tem conficiendae interpretes anno superiori fuissemus. Quo tempore si presens in istis terris adfuisset M.tas v. sopitae prorsus illius authoritate omnes discordiae fuissent sed sarciri adhuc potest quod fuerat tum neglectum. Nam quod vehementer optamus adventum in istas terras M.tis v. Deo pias illius cogitationes fortunante pacem quietem et tranquillitatem Christianis omnibus, hostibus vero Christiani nominis perniciem et exitium allaturum speramus. Quae nostra nos spes et expectatio ne fallat, iterum atque iterum a M.te v. petimus quandoquidem cupidus est pacis Ser.mus Rex Christiernus

vt opera sua quo eam aequis conditionibus consequi possit, interponat, et nos sibi M.tas v. plurimum devinxerit, et suorum inferioris Germaniae populorum commodis prospexerit, quos inopia rei frumentariae laborare oportet, nisi liberam nostri habeant navigandi, et res eo necessarias devehendi potestatem.

De Ill.ri quoque domino Alberto in Prussia Duce Nepote nostro char.mo, scribere nos M.ti v. saepe meminimus, vt inductum velit et antiquatum proscriptionis Decretum, a judicibus Camerae M.tis vestrae Imperialis latum, quorum nulla est in eum Jurisditio, cum nobis sit Regnoque nostro Jure feudi subiectus. Sed qui factum sit nescimus, vt prorogationibus laboratum hactenus fuerit, causaque in hunc usque diem extracta nondum sit optatum exitum consecuta, ita vt periculum sit, nisi authoritatem suam interponat M.tas v. et abrogari Decretum iubeat a non suis judicibus pronunciatum, ne sopiti dudum ignes aliquando suscitentur, et eiusmodi conflentur incendium, quod extingui postea facile non possit. Si autem nobis aut maioribus nostris in Crucis hostes vires Regni huius nostri convertere per eos licuisset, qui nomen religionis praetendentes, religionem Christianam impugnabant, et quominus ea propagari longius, et paganorum ferocitas reprimi posset, impedimento fuerunt, minus hoc tempore laboraret Respub. Christiana, neque nos in tantum discrimen vocaremus. Quare providere velit M.tas v. prudentia sua, ne quae vix dum sedata sunt mala, ea magno cum incommodo Reip.cae Christianae recrudescant, quod caveri vix poterit, nisi Decretum hoc abrogetur. Quam ad rem vt authoritatem suam adiiciat, ac Nepoti nostro, qui et a vestra M.te

alienus non est, fauorem suum impartiat, magnopere ro:
gamus, cum illum sibi deuinctissimo, reddiderit deuinctiorē
tum nos officio hoc suo sibi in perpetuum obstrinxerit, ut
ad constitutam inter nos amicitiam, permagnus hic cu:
mulus accedat. De repub.ca vero Christiana praeclare
M.tas v. merebitur, cum quod futurum speramus non
modo exorta bella iam et dissidia prudentia sua
atque authoritate sedauerit, sed ne imposterum etiam ex:
currere possint, causas eorum omnes praeciderit, et ra:
dicitus extirpauerit. Quo uno nullum offerre poterit
sacrifitium Deo gratius, qui nihil aeque nobis, atque pa:
cem et dilectionem commendauit. Et hunc itaque pro:
pitium sibi reddet, ac piis suis conatibus fauentem et
nomen suum ad perpetuam laudem et gloriam imortalita:
ti consecrabit. Datum in Vilnae, XX die Decembris
M° D° XL ii.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ferdinando Romanorum Regi

MIttit hunc eterum Aulicum suum ad Imperatoriam M.tem
Ser.ma domina Bona Regina Coniunx nostra char.ma
Petimus a M.te v. ut authoritatem suam interponat
quo quae mandata illi sunt ea fauore illius accedente
faeliciter exequi, et cum optato responso ad Ser.ma
dominam suam, Coniugem nostram char.ma redire possit
Quod cum erit ope atque opera M.tis v. perfectum ma:
gno nos ab illa benefitio affectos esse interpretabimur
deque referenda gratia, solliciti semper sumus futuri.

Scripsimus praeterea ad fraternam M[tem] atque ab ea petimus, quandoquidem neque Ser.[mus] dominus Daniae Rex Christiernus, neque Ser.[ma] domina Maria Hungariae Regina a quietis consiliis abhorrere videntur, ut si quae inter Regem et Burgundiones dissidia nata sunt, ea dirimere, ac aequis conditionibus cum his qui Regi esse dicuntur infesti, pacem conficere velit, ut quibus hactenus armis, in sua ipsorum viscera Christiani saevierunt, ea in communem Christiani nominis hostem tandem aliquando convertant, qua cura cum nulla possit esse Imperatoria M[te] dignior, etiam atque etiam rogamus M[tem] V. ut suas preces nostris iungere velit, quo citius quod petimus, a fraterna M[te] impetrare possimus. Quod V. M[tem] tanto minus gravate facturam confidimus, quanto magis illius quoque interesse videmus, ut Sincerissimo facto quod aiunt, communi incendium, quo flagrare coepit orbis Christianus, communibus viribus restinguatur.

Scripsimus ad eandem et de Ill[mo] domino Alberto in Prussia Duce, Nepote nostro char.[mo] quandoquidem Decretum a Judicio Camerae Imperialis contra illum latum multas aliquando turbas potest excitare, ut inductum id velit et antiquatum, ut non modo inita iam bellorum dissidia verum et semina eorum radicitus evulsa videantur. Nobis acta iam est aetas, ita ut Dei benignitate freti nihil nobis de terris nostris Prussiae exhibitum iri negotii speremus. Sed Reip.[cae] primum Christianae, deinde et Ser.[mi] filii nostri quieti et tranquillitati prospectum cupimus, quam quidem Ser. filius M[tis] V. debet non minus quam nos illi M[tas] V. in longitudinem prospicere, ut quas terras a nobis per manus sibi traditas acceperit eas in pace

in pace et tranquillitate non modo ipse verum etiam
quod speramus, et optamus communes utriusque nostrum
Nepotes possidere queant. quod M.tem v. pro sua erga
communes liberos nostros paterna affectione diligen:
ter esse facturam minime dubitamus, ac vicissim stu:
dium illi nostrum in omnibus his deferimus quae mutua
opera nostra confici posse putauerit, nullum hominis ami:
cissimi et beneuolentis vicini offitium praetermissuri, atque
omni summa cura facturi, quae ad augendam et amplifi:
candam constitutam pridem inter nos necessitudinem
pertinebunt. Datum ex Vilnaues XX.a Decembris
M.o D.o xl ii.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Carolo Quinto Caesari

Et per Nuncium et per litteras agere nos cum M.te vra
meminimus, atque ab ea petere, ut vel eorum periculo:
rum recordatione, quae a potentiss.mo Christiani no:
minis hoste, Reip.cae Christianae videntur impendere
aut pacem conciliare, aut saltem inducias annorum
aliquot prorogare conaretur, inter Ser.mum Daniae Re:
gem, et statum Burgundiae. Sed qui factum sit, ut nihil
hac in re M.tis v. authoritate transactum sit non satis
exploratum habemus.
Ex his quae scribit ad nos tam Ser.ma domina Maria
Hungariae Regina quam Ser.mus dominus Christiernus
Daniae Rex colligere videmur, utramque partem neque a
pace admodum multo vero minus ab Induciis faciendis

abhorrere. Quo magis miramur, cum utriusque animus inclinari ad concordiam videatur in hunc usque diem confici eam non potuisse. Ita enim scribit ad nos Ser.mus Daniae Rex quos Bremae legatos habuit, eos primum pacis mentionem iniecisse, et eum abhorrerent ab ea qui erant ab altera parte, quod fuit proximum de prorogandis aliquot in annos Induciis agere coepisse quae cum non nisi annuae oblatae fuissent, rebus infectis ad se redisse. ita ut per eum stetisse minime videatur, quo minus aut pax perpetua aut saltem Induciae fierent longiores. Etsi autem nostra et hominum nostrorum commoda aguntur, quorum plurimum interest, ut pace inter dissidentes composita libera sit navigatio, tamen quod nos in hanc pacificationem interposuimus, non tam privata nostra aut nostrorum utilitas quam presens Reip.cae Christianae nos monuit necessitas, quae periculum est, ne plus opinione omnium detrimenti accipiat, nisi bellorum ista incendia restincta fuerint.

Quare a M.te V. maiorem in modum petimus ut authoritate sua apud suos perficiat, quo aut certis conditionibus pacem amplectantur perpetuam, aut saltem annorum aliquot Inducias cum Ser.mo Danorum Rege pacificantur. Nos ut in eam ipsam voluntatem Ser.mum Daniae Regem adducamus, missis etiam ea de re Oratoribus ad eum nostris summo studio contendemus. Quod si diligenter ad eam curam incubuerit M.tas vestra spes est in Deo non irritos conatus nostros esse casuros, qui si consilia nostra quod speramus, et optamus fortunaverit, et ad M.tem V. ingens gloria, et cum privatim ad Regnum nostrum, tum pub.ce ad universum orbem Christianum non mediocris ex eo utilitas redundabit. Cupimus M.tem V. diu incolumem et foelicem valere. Cracoviae xxi Decembris M.o D.o xl ii.o

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Ferdinando Romanorum Regi

Et a Ser.ma domina Maria Hungariæ Regina et a Ser.mo domino Christierno Daniæ Rege unas iam atque alteras accepimus litteras, ex quibus coniecturam facere licuit, utriusque animum a quietis consiliis non abhorrere, uterque enim per se suosve stetisse negat, quominus aut pax perpetua coiret, aut saltem annorum aliquot Induciæ pactæ fuerint. hoc modo queritur Ser.mus Danorum Rex cum et de pace perpetua et de longioribus induciis Bremæ sui agerent, pacem eis illico negatam. Inducias vero non nisi annuas concessas esse quibus non acceptis, eos inchoatis rebus domum esse reversos. Qui sit status horum temporum videt M.tas V. nisi in eam curam omnes incubuerimus ut a fera cæde et sanguine abstineamus et integros nos potius contra Crucis hostem servemus, fieri non potest, ut tantæ illius potentiæ resisti queat. Quare non tam certe privata quorundam nostrorum commoda quæ cum libera non sit navigatio impediri videntur, nos movent ut dissidium istud, quod est inter Ser.mum Daniæ Regem, et Burgundiæ statum, sublatum velimus, quam ut omne Civile bellum extinctum prorsus cupiamus, quo facilius quæ Reip.cæ Christianæ magna impendent pericula propelli possent, et propulsari. Quare qua de re ad Imperatoriam quoque M.tem scripsimus, a vestra M.te iterum atque iterum maiorem in modum petimus, ut

quantum potest contendat et elaboret, quo aut optata pax conficiatur, aut longiores saltem fiant induciae. Quod si M.tas V. suorum animos ad concordiam inclinaverit, nos quoque nihil intentatum relinquemus quo in eandem voluntatem Ser.mum Danorum Regem adducamus, quae res non ad privata magis quorundam nostrorum hominum, quam ad pub.ca orbis Christiani commoda tuenda pertinebit. Cracoviae XX Decembris M.o D.o XL ii.o

Sigismundus primus Rex Poloniae
Christierno Regi Daniae

Redditae sunt nobis binae litterae M.tis V. quibus abunde docet, per se minime stetisse quominus aut pax perpetua, aut annorum saltem aliquot Induciae inter illam et Burgundiones conficerentur. Quo quidem nomine M.ti V. plurimum gratulamur, quod pro Christiani Regis officio facit omnia, ne se Civili bello implicet. Civilia enim nobis sunt, et plusquam Civilia bella, quae inter Christianos geruntur. Misimus et ad Imperatoriam, et ad Romanorum Regiam M.tes Nuntium nostrum cum litteris atque ab illis magnopere postulavimus ut se in pacificationem hanc interponerent, a qua M.tas V. non prorsus abhorrere videtur, quid ab illis nobis responsi fuerit allatum, faciemus M.tem V. certiorem, a qua maiorem in modum petimus, ut quam in litteris suis ad nos voluntatem declarat, a concordia ineunda non alienam, in ea perstet, ac si propositae illi fuerint tollerabiles conditiones, sive perpetuae pacis, sive longiorum induciarum, eas ne repudiet. Jam ad eam propo

peruenimus aetatem in qua labor esse dicitur et dolor et belli et pacis artes non defuisse nobis videntur est quod Deo agamus gracias qui multas nobis et eas insignes de hostibus nostris victorias concessit sed longo vsu didicimus nihil esse pace dulcius neqz cum ea victoria vlla comparari posse. Quare pro nostra in M. tem v. beniuolentia suademus illi et hortamur vt certam pacem amplectatur potius quam incerta victoria. Neqz existimet M. tas v. eo solum nomine nos ad quieta illam consilia adhortari quod nostrorum hominum rationibus hac ratione prospectum vellemus. Est quidem ita quod pro offitio nostro commoda eorum propagata potius vellemus quam impedita neqz Dantiscanorum modo verum et totius ordinis propre equestris Regni nostri plurimum interest libera vt sit nauigatio quo commodius frumenta quisqz sua diuendere possit. Cupimus itaqz vtrorum et istorum commoditati consulere sed non hac tamen maxime de causa a M. te vestra vt quietis consiliis vti malit postulamus sed quod illius quoqz multum interesse persuasum habemus vt in tranquillitate potius regnet quam bellicis curis animus illius distrahatur tum quod caput est is nunc Reipub. ca Christianae status est vt si a Ciuilibus istis bellis discessum non fuerit potentissimo Crucis hosti resisti non possit et ingens sit ab eo periculum pertimescendum. Sed pluribus agere cum M. te v. nolumus ne de illius egregia erga pacem voluntate quam nobis litteris suis testata fecit dubitare nonnihil videamur. Cracis XXI Decembris M° D° XL ii°.

Sigismundus primus Rex Polonie
Carolo Quinto Coesari

Ser.mo et excellentissime Princeps, et domine fra:
ter et consanguinee noster char.me ac honorand.
Cum ante annos aliquot contractum esset matrimoni:
um, inter Serenum dominum Sigismundum Augustum fi:
lium nostrum char.mum, et Ser.mam Virginem Elisabe:
tham Ser.mi domini Rom. Regis filiam ac certus dies
nuptiis constitutus fuisset, quoniam erant causæ legittimæ
quam ob rem Nuptias prorogari oporteret, et Ser.mi
domini Rom. Regis, et nostra voluntate factis proro:
gationibus aliquot, ita tandem vtriusque nostrum delibe:
ratum est, vt ne vlla longior fieret prorogatio, sed nisi
diuinitus aliquod impedimentum acciderit, cui obsta:
ri non posset, Nuptiæ pridie Nonas Maii Mensis pro:
ximi celebrarentur. Cum autem Ser.mi filii nostri
sponsa, ex fratre Neptis sit M.tis v. ab illa petimus
vt quod mutua nostra, et ea quidem arctissima neces:
situdo flagitare ab ea videtur, non modo Ser.mi
filii nostri, verumetiam Neptis suæ nuptias, præsentia
sua honestare dignetur, qua quidem re tam nobis
gratum fecerit, quam quod gratissimum. Neque enim
optatius aliquid euenire nobis aliquid potest, quam
si quemadmodum olim cum Ser.mo Excellentissimoque
Maximiliano Imperatore auo M.tis v. congressi
sumus, ita nunc quoque cum M.te v. conuenire, et
eius suauissimo conspectu frui nobis liceret. Cuius

Cuius rei cum nunc occasio ultro se offerat, ut eam ne velit praetermittere, etiam atque etiam maiorem in modum petimus.

Quod superest, nos fraternae benevolentiae M.tis V. commendamus, atque ut quam diutissime vivat, et ex animi sententia cadant illi omnia ex animo precamur. Datum Cracoviae penultima Die Mensis Decembris M.° D.° xl ii.°

Sigismundus Augustus Rex Poloniae
Mariae Reginae Hungariae

Ser.ma quod a nobis brevis litteris M.tas V. postulavit ut operam nostram apud Ser.mum dominum parentem nostrum interponeremus, quo pax inter Ser.mum Principem dominum Fridericum Palatinum Rheni conciliari posset, id fecimus in gratiam M.tis V. libenti atque alacri animo. Misit ea de re Nuntium suum Ser.mus dominus parens noster ad Regem Daniae alterum hunc ad M.tem V. a qua vicissim petimus ut quae ille Ser.mi domini Parentis nostri verbis postulaverit, in eis se benignam praebeat, et aut quieta consilia amplectatur, aut saltem efficiat, ut sine nostrorum hominum incommodo qui nullam huic dissensioni causam dederunt, suas inter se Principes inimicitias exerceant. Factura rem mutua nostra coniunctione dignam, et quae non ad nostrorum magis quam ad M.tis vestrae populorum commoda augenda pertinebit. Datum Cracoviae XI Januarii M.° D.° xl iii.

Legatio ad Christiernum regem Daniae à Sigismundo primo Rege Poloniae data, Achacio Czeme Castellano Gdanen. decia Iannarii 1543

SAcra M.tas Regia Poloniae, dominus meus clementissimus M.tem v. plurima salute impartit, laeta illi omnia et secunda haud aliter atque sibi ipsi ex animo precatur. Mandare mihi praeterea quaedam dignata est, quae M.ti v. verbis eius exponerem, quae ut maiore fide eloqui possim, has illius litteras M.ti vestrae offero.

Non ignorat M.tas v. iam inde ab aliquot annis contractum matrimonium, inter Ser.mum dominum Sigismundum Augustum Regem Poloniae, et Ser.mam Elisabetham virginem Ser.mi domini Ferdinandi Rom. Regis filiam, neque ad illud absoluendum praeter nuptiarum celebritatem quidquam deesse. Quas quidem nuptias, cum ante sesqui annum fieri oportuerit gravibus de causis tam Ser.mi Regis mei quam Regiae Rom. M.tis consensu et voluntate, in proximum sequentem Maium Mensem reiectae fuerunt, atque ita inter M.tes eorum convenit, ut ne longior fieret alia deinceps prorogatio, nisi divinitus impedimentum aliquod accideret. Sed ut sexto Nonas Maii nuptiae Cracoviae fierent, has itaque ut praesentia sua M.tas v. honestare, et ad constitutam diem Cracoviam venire ne gravetur. M.tas domini mei pro ea coniunctione quae illi cum M.te v. intercedit

maiorem in modum petit. atque haec quidem una est Legationis meae pars

Quod alteram attinet. Memoria tenet Ser.mus Princeps et dominus meus ante biennium plus minus egisse diligenter per litteras cum M.te eius Ill.mum dominum Albertum Prussiae Ducem vestrae M.tis generum, illius autem sororis filium. atque ab ea magno studio postulasse. ut se in pacificationem interponeret. inter M.tem v. et Fridericum Rheni Palatinum. quod quidem M.tas domini mei minime gravatim fecit neque sumptibus ullis aut laboribus pepercit dum hac in re gratificari M.ti v. posset. Neque litteras modo ea de re dedit. ad Imperatoriam et Regiam Rom. M.tes. sed etiam Nuncium suum misit. qui ita dimissus est ut spem non dubiam pacificationis afferret. quod utraque M.tas omnia se facturam receperat. ut aut aequis conditionibus. certa pax conficeretur. aut in annos aliquot. idquod secundo loco M.tas v. postulare visa est. Induciarum fieret prorogatio. qua ex spe sibi data. cum non mediocrem consolationem accepisset Ser.mus dominus meus. ecce a Ser.ma Regina Maria litterae venerunt. quibus pacis non confectae. sive non prorogatarum Induciarum culpa omnis in M.tem v. coniiciebatur. atque futurum una denunciabatur. ut hominibus Ser.mi domini mei libera navigatio. in partes inferioris Germaniae interdiceretur. hac rei novitate perculsus Ser.mus dominus meus ad v. M.tem scripsisset quae accepisset a Ser.ma Regina Maria. eaque illa communicavit. atque una ex abundantia amoris sui erga M.tem v. cohortatus est diligenter M.tem v. ut quam ultro postulare ipsa visa est pacem. eam ample:

eligeretur, aut saltem ad Induciarum prorogationem consentiret.

Tum vero perhumaniter scriptas a M.te v. litteras unas atque etiam alteras accepit quibus lectis omni eam culpa non confectae pacis neque prorogatarum induciarum liberavit. At cum in eadem qua prius sententia M.tem v. perstare videret neque a quietis consiliis abhorrere me misit ad M.tem v. ut in hac ea sententia confirmarem. ac quam ad rem sua sponte se propensam esse ostendit. ad pacis studium cohortarer. et Ser.mi Do. mei hominumque eius plurimum interest. ut inter M.tem v. et Burgundiones pax concilietur. In quam rem ut incumbat Regni fere totius. et praesertim terrarum Prussiae ordines omnes quottidianis precibus flagitant. Quod nisi libera sint inter Ser.mi domini mei et vestrae M.tis ac inferioris Germaniae commertia. futurum sit ut cum alia nonnulla quorum ingens in Regno Ser.mi Domini mei copia est. tum frumenta sua non perinde commode alium in locum deportare et vendere eis liceat. Qua ex re non minus ad vestrae. quam Ser.mi domini mei M.tis homines incommodum sit redundaturum.

Et horum itaque clamoribus. adductus est Ser.mus Do. meus ut hanc de pace concilianda cogitationem susciperet. et magis etiam ut in id studium diligentius impenderet. ea re M.tas eius incitata est. quod ea nunc videt toti Reip. cae Christianae pericula impendere. ut nisi saevire in viscera sua Christiani Reges. et Principes desierint. ac maturae potius de propulsandis discriminibus istis deliberationem susceperint. sublatis mutuis diffidiis

manis aliquod sit incomodum pertimescendum, quam cui facile postea medicina fieri possit.

Quare etiam atque etiam hortatur M.tem v. ac orat Ser.mus dominus meus, ut vel horum periculorum contemplatione, quae ex dissidiis his toti Reip.cae Christianae imminent gravissima, quod se factura litteris ostendit, reipsa praestet, ac tollerabili aliqua conditione cum aduersariis suis transigat, pacemque si fieri possit cum illis perpetuam ineat, quod si id cum dignitate M.tis vestrae effici non possit, saltem ut in aliquot annos inducias suscipiat, quo interiecto tempore de perpetua pace conciliandatractari queat. Quam ad rem cum inclinare animum M.tis v. intelligat Ser.mus Princeps meus etiam alteram partem oratione sua in eandem voluntatem impellere conabitur, atque omnia faciet, quo aut pax, et ea quidem perpetua confici aut saltem Induciae annos in aliquot prorogari queant.

Si vero (quod omen Deus obruat) parum successerit, conatus hic Ser.mi domini mei, rogat M.tem vestram nihilominus, ut memor perpetuae amicitiae quam quocunque potuit offitiorum genere M.ti vestrae M.tas domini mei declarare semper studuit, faciat in illius gratiam, ut hominibus M.tis eius more consueto, quas in terras visum fuerit navigandi, mercesque suas deportandi potestatem permittat. Neque enim unius Civitatis Regiae Gedanensis, verum magna ex parte Regni totius Poloniae interest, libera ut sit in partes inferioris Germaniae navigatio, quae si impedita fuerit, quandoquidem late patet Ser.mi Domini mei Imperium, qui Dei benignitate a mari ad mare dominatur, a mari Oceano ad mare Ponticum,

necesse haberet M.tas providere suis de alia de:
portandarum et vendendarum mercium suarum ratione
Quae si inventa esset, vt inveniri facile potest, fu:
turum esset, vt nullum deinceps populis domini mei
cum populis M.tis vestrae fieret comertium. Quae res
aliquam etiam inter vtriusque populos animorum disiuncti:
onem parere posset. Contra vero, si per M.tem v. lici:
tum erit hominibus Ser.mi domini mei, quo voluerint
cum suis mercibus navigare, pertinebit hoc M.ti vestrae
non modo ad augendam et amplificandam amicitiam
quae illi cum M.te Domini mei intercedit, verum etiam
ad cunctos Regni Poloniae, terrarumque Prussiae ordines
sibi devinciendos.

Legatio ad Mariam Reginam Hungariæ viduam regis Lodouici per Thurcos occisi data Christoffero Conarski Prutено. X.a Ianuarii 1542

Sacra M.tas Regia Poloniæ dominus meus clementis M.tem v. tanquam consanguineam suam char.mam plurima salute impartit, studium suum ac beneuolentiam defert, lætaque omnia, et felicia ex animo precatur et optat. Dedit mihi præterea in mandatis vt M.tis eius nomine nonnulla M.ti v. exponerem, quibus quo plus fidei habeatur, has ei litteras offero.

Non est clam procul dubio M.tem v. Ser.mum Do. Sigismundum Augustum Poloniæ Regem M.tis domini mei filium, iam inde ab annis aliquot accepisse in matrimonium fratris M.tis v. Ser.mi domini Ferdinandi Romanorum Regis, filiam natu maximam Elisabetham quo quidem tempore cum certus Nuptiis dies dictus fuisset, grauibus quibusdam ex causis, de consensu et voluntate vtriusque partis facta est Nuptiarum semel atque iterum prorogatio. Tandem ita conuenit inter Ser.mos Principes vt nisi diuinitus impedimentum aliquod accideret Sexto Nonas Maii Nuptiæ omnino celebrarentur, quas vt præsentia sua honestare M.tas v. dignetur rogat M.tas domini mei Quod quidem tanto facilius auferri posse a M.te v. sperat, quod vterque matrimonium contrahentium arcta quadam propinquitate M.tem v. attingit, vt

contra officium factura videatur si forte presentia sua Nuptias eorum decorare dignata non sit. atque haec est prior Legationis meae pars.

Porro quod ad alteram attinet. Iam inde a biennio contenderunt homines Ser.mi Principis mei magnis precibus, ut opera sua interponeret M.tas eius quo inter Ser.mum dominum Danorum Regem christianissimum et Ill.mum Fridericum Palatinum Rheni pax redintegrari, et quod nuper exortum est dissidium tolli prorsus, aut saltem annorum aliquot Induciae confici possent, ut interiecto tempore tollerabili aliqua conditione inter dissidentes partes transigi posset, quod armorum isto strepitu, magnas suas commoditates impeditas iri dicerent cum non essent eis libera futura cum vicinis maritimis populis comertia.

Horum continuis precibus adducta M.tas domini mei et litteris et Nuncijs missis ad Ser.mos et excellentissimos fratres Romanorum et Imperatoriam M.tes egit cum illis diligenter, magnoque studio contendit ut se in pacificationem istam interponerent, ac sedare dissidium inter Principes exortum conarentur. Quorum M.tes cum operam hac in re suam prolixe promisissent, in magnam spem venerat Ser.mus Princeps meus fore ut in gratiam et concordiam discordes Principum animi reducerentur. Ecce autem allatae a M.te vestra litterae fuerunt, quibus quod pax non conuenerit culpam omnem in Ser.mum Daniae Regem conferre videbatur, non sine quadam interminatione comertiorum usum inter Ser.mi Principis mei, et inferioris Germaniae populos

sublatum iri, nisi bellum hoc sopitum esset. hoc ubi accepit M.tas domini mei misit e vestigio Nuncium suum cum litteras ad Ser.mum dominum Danorum Regem atque eum diligenter admonuit, ut quieta consilia amplecti potius vellet quam armis agere, et Civile bellum suscipere eo tempore, quo communis Christiani nominis hostis tanta clade Christianam Rempub. affecisset, maiores etiam affecturus, si mutuis inter se odiis Christianos Principes certare, et alterum in alterius perniciem conspirasse videret.

Rescripsit Ser.mus dominus Danorum Rex diligenter non per se sed per adversarios potius stetisse, quod pax composita non sit, se a quietis consiliis nunquam abhorruisse. Sed cum durae adeo pacis conditiones sibi propositae fuissent, ut si iusto bello victus succubuisset, non potuerit de eo inclementius constitui, se tam iniquas conditiones suscipere nequaquam potuisse. quod proximum tamen fuit de prorogandis in annos aliquot Induciis agere se cepisse, quas et ipsas necessitate magis quam voluntate annuas tantum sibi concessas fuisse a Burgundionibus, qui tantum non aperte dicerent propter huius temporis difficultates, et ne contra Turcas expeditio impediretur, annum ob id illi se permittere velle. Si Turca quiesceret, et alia omnia recte haberent, se ne diei quidem unius inducias esse daturos. Hoc itaque animo tantum otio se uti minime voluisse. Ceterum ex his quae scripsit, eo animo eum esse facile perspeximus ut et pacem appetat aequis conditionibus, et Inducias annorum aliquot non detrectet.

Porro cum uterque Ser.mus frater M.tis vestrae et externo et Civili bello sit vehementer implicitus interesse M.tis v. videtur ut illis tantis bellorum curis

districtis conciliata sibi velit vicinorum Principum stu-
dia qui pauciores sunt qui M.tis S. v. ditionibus negotia
exibeant, et tanto plus habere suppetiarum queant
Ser.mi fratres M.tis vestrae ad ea quae inferuntur eis
bella propulsanda, praecipue vero ad arcendos impetus
Christiani nominis hostium, qui nulla ex re voluntatem
capiunt maiorem, nec aliunde virium plus acquirunt,
quam ex his Christianorum inter se Regum et Princi-
pum dissidiis. Hortatur itaque M.tem v. et rogat Ser.mus
Rex meus, ut cum apud Ser.mos et excellen.mos fra-
tres suos Imperatoriam, et Regiam Romanorum M.tes
tum apud Ill.mum Fridericum Palatinum Rheni operam
suam interponat, quo aut certa pax confici aut
saltem Induciarum in annos aliquot prorogatio
fieri queat.

Si quod absit neutrum obtineri posset, rogat M.tem
v. Ser.mus Princeps meus, quandoquidem quae
constituta est illi cum M.te v. cumque Ser.mis et ex-
cellen.mis fratribus illius necessitudo, eam sancte
semper coluit, ita ut non retinere modo, verum etiam
augere nova affinitate contracta voluerit, neque ullum
in M.tes v. benevolen.mi fratris et consanguinei
officium praetermiserit, ne velit M.tas vestra alieni
[illegible] homines Ser.mi domini mei poenas luere
atque in has inferioris Germaniae partes navi-
gationem eis interdicere, cum praesertim ex hoc ge-
nus interdicto, plus ad ipsos vestrae M.tis quam ad
Ser.mi Principis mei homines sit incommodi re-
dundaturum. Unde enim frumenti amplius unde
quae ad fabricandas naves, et eas instruendas
pertinent, copiosius suppeditatur, quam ex Ser.mi
domini mei ditionibus, quarum hominibus si praecisa

potestas in has terras navigandi, fieri non potest quin
quibus rebus illi abundant, earum ipsi cum maxime
indigeant, summa penuria laborent, et cum his quae ad
navigiorum usum pertinent, destituantur. Cum itaque ma:
iora M.tis V. quam M.tis domini mei incommoda agi
videat, etiam atque etiam hortatur et rogat M.tem V.
Ser.mus dominus meus, ut interdictum hoc per quod ho:
minibus M.tis eius in has terras navigare non
licet, inductum velit, et antiquatum, ac liberam eis po:
tius quo visum fuerit navigandi potestatem permittat.
quod nisi fecerit, quandoquidem terra marique latissi:
me patet Imperium Ser.mi domini mei, qui potest in
domino gloriari cuius id benignitate contigit quod do:
minatur a mari usque ad mare, a mari hoc Oceano
usque ad mare Ponticum, necesse haberet M.tas eius
de mercibus Regni sui in alia loca deportandis homi:
nibus suis providere. Qua ex re quis non intelligit
plus ad M.tis V. quam ad Ser.mi domini mei popu:
los difficultatis et incommodi redundaturum.
Quare iterum atque iterum a M.te V. postulat Ser.mus
dominus meus, ne huc necessitatis M.tem eius adigere
M.tas V. velit, sed hominibus eius liberam in has
inferiores Germaniae partes navigandi potestatem
permittat.

Pertinebit hoc non modo ad constitutam inter vestram
et domini mei M.tem tuendam et conservandam
verum etiam ad utriusque M.tis populorum commoda
augenda atque amplificanda.

Salomon Soltan Coesar Thurcarum
Sigismundo I Regi Poloniae

Has literas a Turco attulit
Jacobus Vilamowski.

Sbożei mocy iam iest pan wielki nie zwiczizony Cessarz Turecki i ginich wielie Panstw, Przyiacie: lowi Crolowi Polskiemu i ginich etc. Oznaimuie: mi i daiemi wam znac przesz ten nasz list, iakosmi pierwei pissali do Sendziaka naszego Slisirskie° Ozmanbeka i do Sendziego Bialogrodzkie° i do wsech sedziow naszich zamkow vkrainich oznai: muiac gim ze bi oni wiechali na polia ktore sa ku zamku naszemu Oczakowskie° i ie swami ogranieżili. Sedziak tesz nasz Silisirski wiro: zumiawszi to dostatecznie, s tego listu nasze° ktorismi roskazali pissac do niego o te granice i spissawszi kopiie s onego listu naszego postal do vass zebiscie o tim tesz wiedzieli, i wi tesz przyiaciel nasz zasie do Sendziaka Slissirskie° odpissaliscie wolia swoie opowiedaiac, i te granice chcacz granieziecz i tich panow kozdego bisscie oznaimili ktorzi mieli od vass na te granice wieżdzac i wieżdzali i wsitkich tilo ossobami tich panow wassich odzieszieczz.
Rzeczi tim tesz oznaimiliscie w tim ze swim listem

ci Panowie ktorichem poslal na ti granice dalem
gim zupelna naukę oni lesz przesluchawszi tam ma=
iąc się pitacz tich ludzi starich . ktorzi tam sdawnich
czassow osiadlosci maia swoie i granice sluszne i
wiecziste vkaza wedlug sprawiedliwosci na obie
stronie miech bi granice bili polozone . o timesczie
przesz list swoi dali znacz

Gdisz ten Sendziak nasz Slisirski vrozumial themu
wszitkie° dostatecznie pissania tego listu waszeo krolewskiemu
mu . dlia ograniczenia . miedzi timi zamkami naszi=
mi vkrainimi pital poddanich naszich ludzi starich
zamku naszeo Bialogrodzkieo . chcac o tim sprawie=
dliwie się dowiedziecz gdzie są i na ktorich miescach
granice swiecziste . tego zamku naszeo Oczakowskieo
oni powiedzieli pierwsza granice a pewna naimię
Sawrania od tad idzie po prawei recze do biali
vodi a od biali wodi do Dniepra rzeki a od Dniepra
rzeki idzie do morza czarnego . a po lewei stronie
w dol mlinowi . tak się to vrocziscze oznaimuie wgo=
rę asz do rzeki Turlie . to iest granica . i Ssemu iesth
trzidziesczi albo czterdziesczi lat abo i wiecei
iako Carzowie Przekopsci zawsze po ti granicze
oznaimione ti polia miewali wszitki . czsiekolwiek
owce albo insze bidlo chadzalo . oni ze wszitkie°
tego dziesziecznie na się bierali . i wszitek pozitek
stich pol na się obracali . o wszitkich tich granicach
czi poddani naszi ludzie starzi dali sprawnie a do=
statecznie iemu znacz .

Gdi się pewnie Ssen Sendziak nasz o tich granicach
dowiedzial . poczziagnal s niektorimi ludzmi swi=
mi i sinszimi Sendziami naszimi ktorich bilo

bicz

od nasz roskazano na tich granicach swimi, ku zamku
naszemu Tehinskiemu nie mieszkaiac tam nic prze:
prowadzil sie przesz rzeku Tuelie i postapil daliei
od Tuelie rzeki cztiri dni iazdi chcac sie pospieszicz
ku onemu roku slozonemu od wasz. Gdisz przicia:
gnal do iednego miescza ‡ nie daliko kladowiscza
na imie oica Danilialowo swietego czlowieka i tam
sie zastanowil. w ten ze czasz przislali czi panowie
waszi wislami slistem ku temu Sedziaku naszemu
oznaimuiac iemu to, wieli ludzi mozemi miecz
miedzi sobie gdi bedziemi sie chcieci ziechacz. ku
iednemu miescu Sendziak nasz odpowiedzial temu
poslancu tich panow waszich niech panowie wezma
ssoba tedi sta ludzi i niech przijada do Sawrani
a mi takiesz stakowem ze pocztem ku temu miescu
przijedziem. Dal iemu o tim znacz i stim do nich i slu:
zebnika swego poslal na imie Ferata. a potim piat°
dnia zasie przislali do niego Panowie waszi Polsci
obrawszi czlowieka iedne° dobre° i przesz list do niego
pissali cobi kolwiek ten possel nasz wam slowem mo:
wil zebiscie temu wierzili i o tim wesz oznaimili iz
oni Panowie ze wsitkim woiskiem swogim przesz Sa:
wran przeciagneli daliei tam ku Oczakowu dwiema
noclegi i przeciagnawszi staneli na iednem miesczu
ktore miesce sie oznaimuie na imie grodziscu. a
tak powiedzieli ktemu bichmi mieli gardla swe wsi:
tki utraczicz izmi na tich miescach nie dopuscziemi
granicz zadnich czinicz. Gdisz usliszal to takie po:
wiesczi ten Sendziak nasz Sliffirski od tich poslan:
cow ktorzy przieizdzili od tich panow do niego
tedi on pital tegosz poslanca wieli moze ludu bicz
dopiero przi panach waszich ktorzi wiechali teras

‡ ktore° mie: scu narze: kaia albo zowa Delikul od ktorego sz mie: sca:

dla ograniczenia tich granicz . o nich poslanice powiedzial
panowie naszi maia krass ludu przi sobie sbroine°
dwadziescia tisiac . a dwa tisiaca drabow pieszich.
a sto wozow sdziali . Gdiesz vsliszal ti powiesci Sen:
dziak nasz Sliesieski . a wirozumial stego sobie nie dla
ograniczenia tak ludu wiele to przyciagnelo . alie
muszą oni iaki swoi vmisl zli miecz i inszi ludzie
tesz sstroni iemu takiesz dali znacz . on tesz porozu:
mial sobie ze bi to tak sprawnie mialo bicz . i wrocil
sie na zad do swego Starostwa . o tim wsitkim . dal nam
panu swemu znacz iako sie ta rzecz wiodla miedzi:
nimi i ten list wasz ktorisczie pissali do niego . do na:
szego szczesliwe° panowania przislal .
Gdiesz tak iest . isz wi przyiaciel moi przizwoliwszi
ktemu zebichmi wedlug przyiacielskiei rzeczi mie:
dzi soba granice sluszne vczinili i listisczie roska:
zali pissacz do Sendziaka nasze° Sliesieskie° i zasie
potim poslalisczie nie male woisko swe konne a sbroi:
ne . i dziwuie sie temu barzo wielkim dziwem:
co temu za przyczina iest . gdi bisczie mieli wolia na
to zebi bili sluszne a obiczaine granice polozone albo
vczinione . tedi bisczie wislali . obrawszi miedzi pa:
ni swimi . pana albo dwu . w nie wielkim poczcie
liepiei bi to bilo sprawiono wszitko . alie to podobno
zli iaki vmisl bil iszescie na takowe sprawe tak
wielkie woisko bili poslali . a s naszei stroni tak wieli
ludu nie bilo . bo sie oni ku temu nie brali iedno
sie chcieli sprawowacz wedlie roskazania naszego
zebi sie tich granicz dowiedziawszi sprawiedliwie
bili ograniczone . na to bili od nass poslani zebi wie:
czei na obie stronie poddani naszi miedzi soba nie
walczili i mieszkali bi w pokoiu miedzi soba iako

na przyiacielskie poddane przistusze. Bo sie od nass
i od inich poddanich naszich. zadna nieprzyiasn nie o:
kazala ani sie okaze iedno ze tich czassow swaszei
strony takowe sie rzeczi okazali i okazuia na prze:
ciwko przyiazni i przisiedze naszei. ktora mami
miedzi soba przeciwnosc wielka iakosz i w tim
liscie oznaimilisczie bili. temusz Sendziakowi na:
szemu Slesserskie° opitawszi ludzi starich miesie:
szdzaiac ani odkladaiac mieli czi panowie waszi
wspolek z naszim Sendziakiem zgodziwszi sie we:
dluk sprawiedliwei rzeczi granice polozicz
A tak Panowie waszi przisluchawszi tam powie:
dzieli w ten obiczai, bi nam wszitkim gardlo vtracicz
tedi mie te niedopuscziim granicz klascz. a ia tim pa:
nom waszim barzo sie dziwuie iz oni nad roskazanie
wasze pana swego. niechcziely granic slusnich vczinicz
Poslowie Ziem Mazowieckych ta iest obciazliwosst ymieniem Slachti przed namy przekladali: yss Starostowie nassi, ktore w Ziemiach Masowieckich mami, przeciwo starodawnemu obiczayowi w Ziemiach Masowieckich chowane[o], kmiecie Slachetzkie, z ych wsy do miast bierza, y do wssy Crolewskich rzeczaia. A s starodawnego obiczagiu bilo to zachowano: yss slachta s miast a s dzierzaw Cro:

lewskich wyszli do siebie ludzi a kmieci Krolewskich nieczynili, a takiesz Starostowie y Dzierszawce ieo C. M[ci] tim ze sposobem przeciwo Slachcie sie zachowiwali. A tak mi te prosby poslow Masowieczkich slusznie obaczaiac, przi starodawnim obiczaiu ie zacho: wuiemi: ktoyemstwem tim mijessze niedawaiac

O gwalcie nowim voiennim

Poslowie ziem Maso: pokornie prosli gimienem Braciey swoy. abi ten nowi gwalt y niezwikli naiasd Voienni z ziemie Lu: belskiey do kxiesztwa Masowieczk[go], przes Rade nassego Stani: slawa Sbaskego Castell[a] Chelmskego vczinioni obiczaiem woiennim postronnego nieprziaciela w gimieniu Wirzbinskim dziatkam niebosczika Petra Gorniske[go] Voiewodi Masow[ske]: abismi te vczeci obwarowali, iakobi na potomne czasy, nayasdi voienne takowe niezwikle w kxiesztwie Masowieczkim niebili zachowani. Mi te vczecz chcemi obwarowac, y opatrzic abi takowim nayasdom droga bila zamkniona

Articul vzeczy tich ctore Coronni poslowie Mazowiecsci przyiali.

Czo sie tize inich artikulow przes poslow woiewodztf inich przyiete, ktore tesz ziemie Masowieczkiey dolegaya, a sie gim potrzebne, iako ty mianowicie: Appellacie od kxiazecia Prusske[go] do Crola ge[go] M[ci] pana Swieczhniego: Thesz artikul o Dostoien: stwach y o Vrzendziech iako maya bid rosdawane. Constitucio Seymu piotrkowskego y Coronne prawa mowiace: y ninieysza Constitucia Seymowa we wsitkim approbuiem gimienem Slachti braciey swoy. Thesz artikul o miesczaniech a o ludziach prawa Chelmenske[go]. ktorzi trzimaya ziemskie gimienie. Ten tesz artikull o czlach vodnich, mostowich, groblenich, y targowich Tesz artikul o rosgranczeniu ziem Mazowieczkich od kxiestwa pruskego. A czo sie tesz doticze Sedziow: Podsedkow Sadow swoich: abi do: siadali. a o inich abi nieprzekladali, chiba gdy bi sie stroni zezwo: lili, Pisarzow, Procuratorow. Wosnich tak w Sadziech Jemskich iako Grodzkich: prosza. abi bili iurati, a przi Sadziech abi bili obecni, A Pisarze abi sami przes sie, y przes przisiagle podpiski, vzeczi sprawowali, y zapisi zapisowali, Tesz czo sie tize vtwo: rzenia sprawiedliwosci yako in accessoriis kaszdego Sadu przikla: dania, rosmislania Sedowego, formull ku zapisowi, y inich wsitkich vzeczi, ktore ku vprawieniu richleysze Sadow, Voye:

wodzstwa Ziem ynich przyiali we wssitkych ynich rzeczach
czalosc prawa Masowieczkiego zachowiwayac, okrom tich rzeczy
wisszey myanowanich, pokornemi prosbami nas prosili ty to
poslowie, abichom ziemia Mazowieczka przitim zachowali
Mi to zadanie y prosbi ych widzac slussne, y rzeczi pospolity
pozitecżne: we wisscy mianowanich y opisanich rzeczach y con:
diciach przi Constituciey Seymowey Coronney: ony zachowiwami.

O Duchownim Sadzie.

Czo sie tycze articulow Sadowi duchownemu prislusszanich, tą
tesz wssitka Constitucia poslowie Ziem Masowieczkych prosili
abi bila extendowana mijedzi nyemy a miedzi duchownemy
w Ziemach Masowieczkich badaczemy. Mi ten sie articull
o Sandziech duchownych extendujemi do Ziem Masowieczkych

O Curtisaniech.

Poslowie Ziem Masowieczkych pilnie nas prosili abismi Con:
stitucie Seymowe y Statuti Coronne okolo exequuticy przeciw
Cortisanom w execuciej wlozili: y the Causi. ktore sie
na ten Sejem s poslow przitoczili, abi bili ~~skonczone~~ skonczone
a exequutia swą abi wzięli. Mi ty Causi ktore to na
Sejem przissli chcemi skonczić, y sprawiedliwosc wssitką
s Cortisani uczinić osobam tim ktore sie mienią miec od nych
krzywdi.

Sigismundo primo Regi Poloniȩ Consiliarii regii de Prussia

Reuocat nobis in memoriam Sacra Mtas vestra postulata inclyti Senatus Regni, iunctis sibi Nunciis terrarũ in Conuentu proximo Cracouien. vt vezt pro tuicione finiu Regni ab infidelibus nos Pruthem auxilia fraterna conferremus, Proindeq Mtas vestra illis instantibus nos requirere dignata est, vt de huiusmodi auxiliis vna cu regnicolis, continue præstan, si non gentibus saltem peccuniis in commune cõsulamus et constituamus, Agunt igr Mati vrestræ subditissimas gratias omnes status et ordines harum terrarũ in hoc Conuẽtu congregati q Consiliariis ipsis et terrigenis Regni non ita multu nos fraterne vrgentibus non est dignata præbere manũ, sed in Consiliu nostrum rem bene constituenda deduxerit, respiciens absq ad iusticia publicam et honorẽ diuorũ antecessorũ Cazimiri parentis et fratrũ suorum Regum Poloniæ qui his tris Prussiæ ne ad talia obligarẽtur, suis Priuilegiis et confirmationibus gratiose prospexerũt, Promitten terras ipas in Iuribus et Priuilegiis, libertatibus, et immunitatibus, a quibusuis Regibus, principibus, trarum Prussiæ domis, aut aliis, quibuscunq concessis, vel antiquo vsu et consuetudine obtentis, gratiose manu tenere, defendere, et conseruare, quibus et Sacra Mtas vestra non minore benignitate et gratia accessit,

Non ignorant autem domini Consiliarii Regni terras Prussiæ etiam sub ditione ordinis existentes, ac semper vsq in presens non solum præscripta consuetudine et obseruantia, sed etiam peculiaribq super hoc concessis priuilegiis, munitas et conseruatas fuisse in immunitate,

talium expeditionum: quas extra tras Prussiæ fieri contingeret ad quas vel personalr faciendas vel suppetijs iuuandas, si quãdo Pruthe: ni requisiti fuerunt, semper se huiusmodi Priuilegiorũ suorũ et anti: quorum Iurium tutati sunt, et immunes permanserunt,

Nec possunt ijdem domini Consiliarij ignorare, tras Prussiæ nõ gratuita liberalitate principum, non simplici concessione, aut dissimulacione, sed præcedente tractatu, sed pactis intercedentibus, sed meritis suis etiam san: guine et bonorũ suorum iactura, paratis, has illi libertates et iurium confirmatiões redemisse, cum videlicet ipsarum trarum ordines se trasqz ipas Mtis vestræ parenti Cazimiro, non armis compulsi, sed spõte, detulerunt, cum esset in eorũ facultate sub priorũ dñorum potestate permanere, aut alijs quibuslibet se subdere, vel etiam libertate, in quam se asseuerant frui

Deberent ergo considerare domini Consiliarij, ipsis Pruthenis tam ob eorum liberalem affectum et spontaneam dedicionẽ, tum ex pacto interueni: ente, ius esse quesitum in illis que trarum Priuilegium continet Priuile: gijs et confirmationibus quominus in illis pertubari debeant, præ: sertim nullo eorum demerito, cum nec ipsi Principes qui ea cõcesserũt ab eis vnqz declinasse aut aliquid secus tentasse comperti sint, sed gratiose semper in his conseruarint, vti et Mtas vra nos et hactenus contra infestas multorum impressiones gratiose conseruare dignata est, sub cuius etiam vmbra vsqz modo salui ab huiusmodi indignis infesta: tionibus permanemus.

Deberent aut et hoc fraterna æstimatione expendere qz durum esset ipsis futurum si a patria libertate, ab antiquis iuribus et solenniter pactis immu: tatibus exturbarentur, præsertim illorum opera et instigatione quos magis deceret defensores esse, præsertim in tali causa, cum etiam ipse Mtatis vræ parens diuus Cazimirus propterea con ordinẽ Theutonicorũ iusta arma ipsis Pruthenis non deneganda censuit, quoniam constaret ipsos in huiusmodi iuribus ab illo opprimi, Cuius etiam manifesta exempla in Priuilegio terrarum propterea multa narrãtur, et nõ dubitamus, immo compertum habemus, hanc animi generositatẽ a parente in Mtem vestram trasuectam esse,

Quae omnia etiã si nobis ad tutellam nõ adessent, tamẽ plurima alia quae nobis subuenire merito debent, vt M^tas vr̃a benigno iudicio et innata ergo suos fideles clementia, qua, reliquos orbis Monarchas antecedit, considerare dignetur, obnixis praecibus rogamus.

Non enim opus enumerare quantis diris bellis et populacionibus haec terra cũ eorum subditis iam tertio a memoria hominũ sit afflicta, nec requies data vt hactenus potuerit respirare, aut vires resumere, quibus vel ad seipsum defensionẽ possit sufficere tantũ abest vt arma extra fines proferre valeat, cũ etiam oculis conspici possit harũ terrarũ indies in deterius vergens status, agrorũ desolatio, ciuitatũ ruinae, equestris ordinis impotentia, domestica inopia, hominũ insignis raritas, in immensum se proferens omniũ merciũ caristia rerum omniũ magna penuria et egestas, vt taceamus alias turbationes reipublicae quas religionis dissidentia et periculorũ noui auctus inuehunt, non enim clam sunt quae Illmo Prussiae duci et terris illius intentantur, quae ad commune harũ terrarum periculũ pertinere nemo est qui non existimet, vt oẽs putent de intestino malo propellendo plusquam de externo iam curandũ esse Pruthenis.

Dignabitur etiã Sacra M^tas vr̃a quantus inclytus illius Senatus, cuius inductu haec noua grauamina Pruthenis suis M^tas vestra imponere destinat, gratiose et fauorabil^r hoc quoq; expendere quomõ Illmo domino Alberto Marchioni Brandeburgeñ in Prussia duci, necnon subditis Ill^tis eius nuper in eius infeudatione certũ Priuilegiũ datũ sit, in quo licet subditi Ill^tis eius agnoscant et fateantur, quod certis inditijs et argumentis haud fallacibus iam tandem cognouerint, fundum et solum terrae Prusiae, intra fines, limittes, et circulo ditionis inclyti Regni Poloniae contineri et concludi, nullum tamẽ talium grauaminũ et subsidiorũ onus, in huiusmodi Priuilegiis a Sacra M^te vr̃a et Regno ipsis concessis prefatis tam dñõ duci quam subditis Ill^tis eius impositum esse animaduertunt.

Deuotissime ig^r obsecrant Sacrã M^tem vr̃am oẽs harum terrarũ status, dignetur pro sua in nos clemẽtia dominos Consiliarios

Regni, et alios qui cu illis nos in hæc intollerabilia grauamina vocat, sua authoritate et prudentissimo consilio, ab hoc eoru consilio auer; tere, et contentos facere, vt sepositis huiusmodi actionibus, michil nisi animoru turbationes parientibus, nos velint fraterne et huma; niter tractare, non solum compacientes malis nris, sed ecia in iuribus nostris, quod ipsis decoru et nobis gratissimu erit, nos et istas terras ope et patrocinio suo defendentes.

Responsum à Consiliariis Prussiæ ad legationem Regiæ Mtis Poloniæ datum Rdo dno Paulo Plotowski ex Conuentu Mariemburgen die Epiphaniarum Anno domini 1543

QVum respondendu esset ad legatiom Sacræ Mtis Regiæ nō parua se intullit difficultas, q Nuncij equestris ordinis et paruaru Ciuita; tum affirmarent sibi serius fuisse redita mandata Regia et in his causam Conuentus non fuisse expressam, vnde nec deliberaciom plenam fieri potuisse, nec potestatem sibi plenam esse concessam in hunc Conuentum, quod q̄uis ad instituendas consultacioes, præ; sertim ad deputandos nuncios in Regni Conuentu videretur non parum inpedimenti afferre, tamē noluerunt domi Consiliarij cō: mittere quin suum officiu in respondendo præstarent,

LEgatio ipsa mixta habens cu acredine decora Consilioru graui; tatem, ita acepta est ab omnibus ordinibus, vt et Regnu in pro fligandis subditoru periculis studiu et regnicolaru non fraterna æmulacionem perspicerent, Regiæ quidem Mti agunt subditissimas gratias, nihil, non molienti vt pacem vbiqz tris suis stabiliat;

dominorū vero Consiliariorū cupiunt aequiores promereri animos quam hactenus senserunt, vbi de iuribus et libertatibus res agitur, Nam quod ipsi pro suis seruandis magna contentione apud Mtem Regiam semper agunt, hoc nō patiuntur, Pruthenis in vno cum ipsis corpore Regni manentibus esse integrū: cū ab aliquot annis sub faelici regimine praesentis Regiae Mtis conati sunt his terris Prussiae extorquere libertatem et Priuilegiorū ipsorū vsum, quem citra controuersiam progenitores ipsorū, ac omnes diuae memoriae Reges vsque in hunc principem (quantum ad expeditiōes bellicas attinet) liberum permiserunt Intelligunt quidem Ordines harum terrarū quod recte et non sine ratione maneat Sacra Mtas Regia de parandis suppetijs ad propulsandā imminentem vim imanissimi potentissimique Turcarū tyranni, et ea in re hactenus non sunt passi aliquid ex se desiderari, Nam hanc solam ob causam ante quatuor annos non contemnenda pecuniae vis ex axisae contributione est collata, et nunc in altera colligenda axisa instatur, quae vtique ad initia defensionū suppetere poterit, Nec abest voluntas si (quod absit) manifesta ab hoc hoste vis ingruerit, omnibus viribus et facultatibus suis communi periculo occurere, modo dignaretur Mtas ea etiā summonere quae animos subditorum hac in re plurimū remorantur, vt videlicet videant collectas peccunias in eos vsus seruari quibus sunt destinatae, Nam prioris illius axisae pecunia quanta sit ac quo in loco seruetur, an vel extet adhuc, necdum resciri potuit, de ea quoque quae nunc confertur domini Consiliarij petentes hanc tuto loco certis designatis modis recondi, nondum meruerunt ab eius Mte responsū, Non habent igitur domini Consiliarij et equestris ordo Regni quod querantur Pruthenorū vires nō esse suis coniunctas in hoc communi Turcicae inuasionis metu

Nec minus intelligunt Ordines harū terrarum, ordinē equestrem inclyti Regni in postulandis Pruthenorū subsidijs, nō his finibus se continere, sed ad omnes Regni defensiones et expeditiones parem illorū et suam fortunā pariaque onera postulare, Que quoniā nō iam

noua est actio, cui nō semel iam recitatis rationibus responsū primum coram ipsa Regia M^te in totius Senatus regni frequentissio cætu, tempore coronacionis Ser^mi Regis iunioris, Deinde anno 1531 in Comitijs pro festo diui Stanislai Margemburgi celebratis Denuū etiā Torunij in Conuentu anno 1531 ac alijs compluribus temporibus

Indignum putant harum trarum ordines his iterū grauari aures M^tis eius, verum vnū actorū illorū exemplū dominis regni consiliarijs si forte illorū non reminiscantur his adiunxerunt, quod ab ipsis non oculis solum legi sed etiā mente et fraterna consideratiōe perpeti petunt, Repetuntq3 eciā nūc in compendio ne velint in eam persuasionem abduci, vt parem faciant in his rebus Pruthenorum et regnicolarū condicionē, nō solum ob vires, opes et facultates Pruthenorū longe inferiores q3 vt possint cū regnicolis aliqua parte conferri, vel ad paria onera vocari, sed etiā vt immunitates quas sibi posterisq3 maiores virtute et meritis comparauerunt, cum tyrannidi ad non multa dissimilia his onera et seruitutes perpellenti se subducentes, nō bello aut armis, sed spontanea voluntate inclyto Poloniæ Regno se subdiderunt, non vt seruitutem pristina maiorem obirent, non vt ipsi Regnum defenderent, non vt paria cū regni subditis onera ferrent, quæ vel cogitata illos a deditione absteruissent, sed vt se in libertatem assererent, vt a Regno defenderentur, vt infra suos fines ab externo metu sub protectiōe regia essent tuti

Has igr a Ser^mis Poloniæ Regibus obtentas donationes et Priuilegijs quoq3 firmatas, cum ad præsentia vsq3 tempora maiores oīm virtute et studio defenderint et seruarint, nequaquā integrum est præsentibus sine iactura honoris et famæ ab his institutis maiorum desciscere, suumq3 nomen perpetuæ obtrectationi committere, Quod tamē si ipsi Pruthenj facerent, quis nō eos etiā mulierculis leuiores iudicabit? Reputentq3 dom̄ Consiliarij et equestris ordo regni, qua æquitate sint subditi M^tis Regiæ in Prussia

adigendi ad perferenda arma extra suos fines, cum Illus Prussiæ Dux bello ad subditioné coactus, ab eiusdem onere cum suis subditis liber relictus Repu: tent etiã hoc qua æquitate exprobrent Pruthenis, esse Polonorum viribus in bellis proximis defensos, cum nõ con subditos, sed con Regem et re: gnum bellum gereretur pro ditione et imperio, quod a subditis acceptum ipsi qui acceperant defendere debuerunt, nõ qui dederant, quis enĩ rem donet, vt donata etiã ipse suo periculo tueatur; Nec constat quomõ laudem hanc defensæ Prussiæ sibi potius tribuat quam Regiæ Mti qui ipsis nõ gratis militantibus stipendia tribuit, et onera bellorum vniuer: sa sustinuit, qua conditione etiã in Prussia nõ deerunt qui velint in Regno militare.

HVmillime igr orant oẽs status trarum Prussiæ Sacram Mtem Regiam, non solum per viscera JESV CHRISTI et thronum regium, quod superio: res vri fecerant, sed etiã per salutẽ et incolumitatẽ Sermi filij eius, quẽ solam post ipsam Seniorẽ Mtem regiã harum terrarum moderatorẽ et dominum agnoscunt, et cuius etiã plurimum interest, subditos suos quibus Priuilegia et iura integra se seruaturum iurauit, in illis etiã conseruatos, aliquando recipere dignetur, Dignetur hac in re Regia clemẽtia et authoritate, vt hactenus semper fecit, ita nũc quoque prospicere subditis suis harum terrarum ne vsque adeo in detrimẽtum iurium et Priuilegiorum suorum a Statibus regni incessentur, Vtque semel cesset hæc illorum in eos satis immitis contentio, in qua si etiã diu perseuerauerint, non indigne ferre velit Mtas eius, aut in deteriorem quam a subditis præ: stari decet, partem interpretari, quod ad illorum petita nõ aliud res: pondebitur, quam quod a priora se referant responsa, ipa vero Mtas eius dignetur ad conseruanda iura et Priuilegia harum terrarum suarum clementer esse inclinata, habitura vicissim subditorum ipsorum voluntates, fidem et studia oĩa sibi subditissima

Quod vero Nuncij a Statibus harum terrarum in Conuẽtum huc Regni vt Mtas Regia iusserat, nõ mittuntur, orant terrarum ipsarum Con: siliarij ne id velit vlli ipsorum contumaciæ, aut alienæ a debita fi: delitate præsumptioni asscribere, sed cum ita res ferret vt nemo vellet

a pristinis libertatibus et iuribus discedere, aut postulationi duorum Consiliariorum et equestris ordinis regni consentire, quibus satis superque antea rem, declaratam esse confidebant, Non potuit etiam plena potestas mittendis Nunccys, vt Mtas regia voluerat, concedi, vnde et frustra videbatur mittendorum nunciorum suscipi consilium vel electionem quae etiam fieri non poterat mandatum non habentibus Nobilium et ciuitatum par-uarum nunccys, Minime igitur et, de afferendis Priuilegys facultas erat, neque premissarum esse Mtem regiam confidant, vt cogantur extra patriam priuilegia sua vnquam circumferre, et periculo tali exponere quale nemo non maxime vitare solet, quod periculum qui obire vellet inter dnos Consiliarios harum terrarum repertus est nemo Denique omnes status harum terrarum humillima supplicitate se commen-dant et subyciunt gratiae et protectioni Mti illius vt domini et Prin-cipis sui clementissimi, cui cum tota domo sua precantur a domino DEO omnem faelicitatem et multorum seculorum prosperam vitam

Legatio ab Alberto Duce Prussie ad Sigismundum regem Polonie
Joanni Ranthero
Andreae à Vilmesdorff
Christiano Entfeldero
Laurentio Merwhess
data

Ad consueta studiosa et debita officy fideique commendatione, nec non et amica salutis temporariae et aeternae faelicitatis optione, tranquil-lique ac pacifici regiminis diuturnae perseuerantiae precatione exhibi-tis tandem et fidei habendae lris, haec proponenda erunt,

Nullum videlicet esse dubiu quin Serma Regia Mtas tanqz profundis:
simæ sapientiæ Rex clementi memoria teneat ea que Ill Princeps
Dux Prussiæ vna cu suis subditis tempore nouissimo multifariæ et
haud ita nuper lrys scriptis, priuatim ratione limitu disterminando:
rum, inter magnu Ducatu Lithuaniæ et Prussiæ Ducatu, ac propt
temerarias nonnullas inuasiones suæ prouinciæ illinc factas, necno
et pro nouoru vectigaliu exactionuqz ablatione in eodem ma:
gno Ducatu Lithuaniæ con clara et expressa huiusmodi exactiones
cancellata ~~conuentia~~ pacta, his annis primu impositaru: id genusqz alia a
Regiæ Mtis clementia supplicauerit, Sed quonia sedulæ et instan:
tissimæ hæ preces haud et secus quicqua hactenus impetrarunt,
obstantibus ni fallimur negotys alys vrgentioribus, quibus Regiæ
Mtis animus fuit occupatus, qz q causæ tum libellorum supplicium,
tum lrarum vniuersæ Regiæ Mti expositæ, ad proximu Comi:
tiarum Sacræ Coronæ et regni Conuentu suspensæ et reiectæ
fuerint, quem cu celeberrimo hoc die Deo sic disponente, cogregatu
videmus, cui et Deus Optimus Maximus sui spus fulgore irradi:
ante præsens esse dignetur, quo ea quæ in vsum et comodum poten:
tissimi Regni huius, et om sibi ceu membra corpori fædere arctis:
simo, perpetuoqz tum pacis tum obedientiæ glutino addictoru, pro:
uentura sint, consultare, statuere et decernere queant, videbatur
huic Illusmo principi Duci Prussiæ ex re sua esse ad seqz spectare,
vt Regiæ Mti summa tamen obedientiæ modestia seruata, ea iteru
ad animu oportune semel reuocaret quæ antea tam sedulo tamqz
frequenter petiuisset, ampla simul spe confidens, cu et preter fidem
feudalis pacti, maxima quoqz cognationis necessitudo Regie Mti cu
sua celsitudine intercedit, Regie Mti ex professo incumbere, et Prin:
ceps ille iure quoda suo merito exigere videtur vt tam directi dni
sui vindicem qz oppressi amici sublenatore agat Rex clementis:
simus nisi iustum non sit clientem a patrono defendi nec amicos
afflictione sua vrgente cum primis necessitate subleuare

Quare orat obsecratque vt Regia Mtas limites in controuersia positos iuxta vetusta pacta et liquidis testimonijs approbatis terminis de:fendere et conseruare dignetur, Necnō et Lithuanicis optimatibus cōmittere velit, quo terrae portionem Coadiutem nominata, cū in Ducatus Prussiae finibus citra controuersiam posita sit suae Illti re:stituatur aut certe eidem sequestro cui antea subiacebat iterū su:bijciatur, donec quam primū fieri queat non suspecti iudices decernātur, qui praesentibus vtriusque partis cū pleno mandato Commissarys in:dicto certo die fines vtriusque dominij diligenter inspiciant, fluuio:rum, locorū et lapidū ambiguitatem ex vetustarum litterarū prae:scripto, a quibus tanquam fidei ex veritate facienda organis praesentis:simis ne latum quidem pedem conueniat discedere, prorsus tollant, quo vtraque pars tanquam certa de conuenti sua portione tranquilli:tetur, neutraque ansam habeat noui aliquid in altera deinceps tetandi, Proinde et regia Mtas tanquam sapientissimus Rex, et iusticiae et pa:cis publicae assertor aequissimus, authoritate regia mandare velit, vt nouae exactiones quae aperta cōn pacta inter magnū Ducatum Lithuaniae et Prussiae terram olim erecta, et nuper iterū perpetuis futuris temporibus duratura, renouata confirmataque his annis in magnū Ducatus et incolarū eius damnū, citra omnē iustitiae et aequitatis rationē imposita sunt, prorsus aboleantur tollanturque, Nec in tantū priuilegiorū et confoederationū praeiudiciū feudique lesionem tale quicquam deinceps attentetur Haec indefessis officijs erga Mtem vestram Regiam tanquam feudalis princeps et sanguine iunctus amicus promereri studebit perpetuo,

Legatio à Duce Prussie ad Senatum Regni Polonie

Suprascriptis Oratoribus data

Facta principio amica consueta, et officiosa sui commẽdatiõe atq; adeo exhibitis fidei faciendæ lrĩs, hæc quidem a legatis proponenda sunt

Quod cum laudatissimi regni ordines etiã dum memoria secum reputent, quid nam Illmi Principis legati in Comicijs Petricouiæ proxime habitis super peticione sua, primũ de grauaminibus Ducatus Prussiæ per magni ducatus Lithuaniæ dominos illatis, deinde et de nouis ac insitatis theloneis contra pacti et initi olim fœderis etiã iuramẽto confirmati, placita et decreta in magno ducatu Lithuaniæ impositis, responsum sit, videlicet, vt Principis celsitudo potentissimũ Serenmum principem et dominũ dominum SIgismundum Poloniæ regem etc. dominum nostrum clementissimũ oraret, vt iterũ dies alter indiceretur, ad quam id genus dissidia per Commissarios vtrinq; constitutos componerentur, præcipue cũ vtraq; pars suæ ipsius causæ faueret, quam aduersæ, nec rectius litigiosa duorum contentio componeretur, nisi per tertiũ, Et eapropter sua Mtas industrios nonnullos prudentes et magnæ authoritatis viros ex huius inclyti regni amplissimo senatu ad decisionẽ eiusdem causæ delegaret, qui virtute compromissi et assensus vtrinq; præstiti, per æquam et iustam sententiã rem ipsam si possent amice et in vniuersum componerent,

Cui quidem responso et hoc adiectũ fuit, vt quicquid tandẽ respõsi super his a Regia Mtẽ impetraretur, de eodem princeps Illris prio quoq; tempore certior redderetur, hinc adeo dudum expectauit principis celsitudo quidnam in hac causa sibi rescriberetur, Neq; conquieuit bonus princeps, quin summis votis ac indefessa opera institerit apud Regiam Mtem, vt aliquid certi ac æqui sibi

responderetur, propterea quod multa interim ab aduersa parte terris Prussiæ etiam atque etiam inferrentur lites, quæque nondum decisa, Interim vero facile secum reputat principis Ill^tris celsitudo id quidem nulla sui negligentia, sed grauissimis quibusque negocijs potius, quibus Regiam M^tem regnique ordines admodum destineri non ignorat, intermissum esse Quoniam vero diebus superioribus principis celsitudini significatum fuit Comitia patriæ ad hos dies in poloniæ amplissimo Regno esse indicta committere non potuit ipsius celsitudo, quin suos quoque legatos ad huc Comitiorum locum ablegaret, qui Regiæ M^ti in memoriam reuocarent amicam illam et perbenignam oblationem: pariterque oraret et supplicaret vt antea quoque est factum, vestræ Magnificentiæ et dignitates tanquam quibus ex officio et præstita fide incumbant hæc feudali literarum Prussiæ bona, testibus literis desuper confectis tueri ac defendere non dedignentur principis Ill^mi tanquam consortis ac collegæ sui partes, quod literas Prussiæ attinet, huic Regno feudali nimirum iure conscriptos: atque id apud Regiam M^tem dominum nostrum clementissimum intercessione vestra efficere, vt is ipse tanquam harum literarum dominus, feudatorio suo eiusque terris feudalibus sese admiscens quicquid hic litis super latifundiorum terminis est coortum, decipi ac sopiri iubeat secundum inita vtrinque pacta et liquido commonstratos longe vetustatis limites atque in eius: dem suum feudatarium retineat ac defendat, Interimque mandent Lithuaniæ præfectis vt principis celsitudo ditionem illam seu ter: ritorium Coaduiten incupatum (quandoquidem intra limites Ducatus Prussiæ citra controuersiam est situm) cedant ac quie: te possidere permittant, Aut certe si illud graue videatur eius M^ti vt saltem sequestrationi ea bona subnissa maneant, dum limitum disterminatio fiat, ad quam quidem primo quoque tempore facienda Commissarij minime partiales constituantur, qui secundum literarum ac pacti contenta, vna cum principis Ill^mi Consiliarijs ac mini: stris, veteres illos limites, agrorum fines accurate, inspectos reno: uent, et vnicuique parti, quod suum fuerit addicant et appropient,

Quod si omnes totius regionis limites pro hac tempor[is] ratio[n]e lustrari ac disterminari nequeant, vt saltem ad dictu[m] diem bona illa Coadim-tensia cu[m] suis adiunctis metentur, quo vtriusq[ue] partis terrae, viri et incolae, pacem tranquilitatem, et bonae vicinitatis amicicia[m] atq[ue] co[n]-cordia[m] sortiantur, et q[uam] diutissime, mutuo conseruent

Orent item ac supplicent dom[ini] Mag[nifi]ci Ill[ust]ris Senatus viri claris-simi vt et noua et taediosa simul et ducatui damnosa, theloneor[um] grauamina, que preter omnia pacta ac inita faedera omnibus mo-dis obseruanda sunt, nuper imposita, tollantur, nihilq[ue] tentetur am-plius quo vel pacta violentur, vel vllum inco[m]modu[m] feudalibus hisce terris afferatur

Ad haec quonia[m] Mag[nifi]cus Generosus et Nobilis dominus faelix Srzen-ski de Sokolowo Latinus Plocen[sis] etc Regia[e] M[aies]t[at]is subditus, prohibuit ne quis suoru[m] boum arme[n]ta in Principis Ill[ustrissim]i oppidu[m] Soldaw ad mercatu[m] ageret, quo die pro veteri consuetudine nu[n]dinae ibi habe-rentur, atq[ue] adeo in graue praeiudiciu[m] nostrorum eodem nundina-rum die in suo territorio et Oppido Mlawyn mercatu[m] novum temeritate propria indixit, Quam quide[m] causa[m] cu[m] principis cel-situdo apud Regia[m] M[aies]tem dom[inu]m suu[m] cleme[n]tis[simum] deposuisset, visum fuit Regiae M[aies]t[at]i, ad patria Comitia remittere Ea propter petit et orat principis celsitudo sua Sere[nissi]ma M[aies]tem, quo aequu[m], benignum, et amicu[m] responsum super hoc quoq[ue] negotio, ab eius Serenissima M[aies]te queat impetrare, pariterq[ue] permittat subditis suis iteru[m] liberu[m] pro veteri et diu obseruata consuetudine iter facere, ac negotiari, et nundinas ip[s]as nemine prohibente frequentare, pro faederis ac conciliationis iure et ratione, Vicissim offert se principis celsitudo ad declaranda[m] animi sui erga omnes inclyti Regni clarissimos or-dines gratitudine[m] et bene merendi propensionem,

Legatio à Baronibus militaribus et Ciuitatibus Prussiæ Ducalis ad Sigismundum regem ac ad Senatum Regni Poloniæ eisdem Oratoribus data

Post consueta deditam, studiosam, et debitam syncerã et amicã nri comendatioñe principio faciendam, exhibitis et deinde fidei habendæ litteris hæc exponenda proponentur,

Quod quoniã Ser^ma^ ipsius Regiam Mtem vna cũ clarissimis Regni Poloniæ Ordinibus iugi in memoria habere, haud dubie cõfidim⁹ quã studiose ac fæliciter ex illius conciliationis præscripto, quæ post grauia, multa et perniciosa bella inter Ser^ma^ Regiam Poloniæ Mtem. et Prussiam inita, tandem sancita et confirmata fuit, Nos vniuersi Ducatus Prussiæ incolæ (dicto absit iactantia) in fide persliterimus, quemadmodũ et illinc liquido innotescit, quomodo nos gerere debeam⁹ erga Ser^mam^ Regiã Mtem, erga regnũ ipm, regni quoq primores, quam fidem etiam, præstare, amplius sic animũ induximus, vt ipa Ser^ma^ Regia Mtas, cũ vniuersis regni ordinibus pronunciatura sit, nos et officium fecisse sedulo, et pactis stetisse semper, vt fideles et obsequentes subditos decet, quinetiã si periculum corporũ bonorũ et sanguinis adeundum sit, nunq̃ comissuros, vt nostræ fidei vnq̃ defuisse videamur merito, hincq adeo fieri vt vicissim speremus Ser^ma^ Regiã Mtem cum amplissimis regni ordinibus humili nræ patriæ, eiusq incolis, Regia clementia, fide, facilitate, ac munificentia liberali, pro fide nobis data a Regiæ Matis Comissarijs in huius prouintiæ cessione nunq̃ defuturam,

Quoniam vero in eiusdem conciliationis et pacti perpetuo duraturi Articulo decimo tertio aperte cauetur, bonae fidei legatos tam Ordinis ipsius quam patriae ac Ciuitatum Prussiae ex parte principis cum plena potestate pro se, suis heredibus et successoribus, fide data consensisse, et scripto quoque contestatos esse, quod se suos haeredes et posteros, post obitum Illmi Ducis Prussiae, et suorum feudalium consortium, trium videlicet principum Marchionum Brandeburgen, suorumque in bonis feudalibus legittimorum haeredum (quorum fata diuinae permittentur voluntati) Regiae Mti Poloniae, regno eiusdemque heredibus tamquam veris, legittimis et hereditarijs dominis, praeterea nemini, bona fide ac debita cum obseruantia sint submissuri, quemadmodum etiam dum profitentur ingenue ad hoc praestandum se obligatos idipimque se (si quando res ita ferat) diuina ope adiutos, tamquam fideles subditos pro iuramento haereditariae fidelitatis cum summa obedientia ac officio etiam praestaturos recipiunt,

Verum quoniam eidem Articulo adijcitur haec clausula, Ita denique quod Regia Mtas (cum ille casus vere inciderit) easdem terras Prussiae cum aliquo linguam Germanicam callente, et plena dominia in eodem Ducatu possideat, qui omnia officia administret, prouidere debeat, et curare, Hic autem vereri nos, ne si reipublicae administratio ad eum modum vni concedatur, id nobis in magnum praeiudicium, grauamen et detrimentum, totiusque adeo prouintiae et miserorum ducatus subditorum dispendium tendat, vnde periculum sit ne multa dissidia et variae calamitates aliquando exoriantur, Etenim quamquam in eodem Regii contractus decimo tertio Articulo apertè satis exprimitur, quonam pacto Regia Mtas Poloniae velit (vt et posset) huius prouintiae administrationem institui, nempe per Dynastam aut Principem quendam virum qui vnus rerum potiatur, nulla tamen inibi fieri mentionem, quis et per quos, officia, iudicium, et iura administrari ac decerni debeant, Neque id quidem satis luculenter praescribitur, quomodo cuique, siue diues sit, siue pauper pro sua conditione, statu, necessitate, et causa forensi, atque adeo omnem negotiorum rationem, et Sacrosanctae iustitiae administrationem (ne quis habeat quod queratur) opportune assequi liceat, quo bona sua vel pacifice possidere, vel si

impugnetur, vindicis auxiliu implorare queat. Quæ oia Sereᵐᵃ Regia Mtas vna cu amplissimis regni ordinibus pro diuinitus sibi data sapientia facile ipsi apprehendere et intelligere possunt, Cæteru quonia nō minus vero ꝙ veteri prouerbio dicitur, vnus vir, nullus vir, et nemo solus sapit, neqꝫ parum grauat miseros subditos si semper cogantur vnu illud caput adire; præsens vero reipub: moderatio sic constituta, quemadmodum et eam perpetuo fore et fide nobis data, speramus, vt nulli plane magistratus subditis vel oneri sint vel dolori, optandu ergo vt etia post confeudatoru obitum ad eundem hunc modu respublica nr̄a instituatur ac gubernetur, si quidem id fiet citra omne quidem vel regiæ Mtis ac Regni Polonici præiudiciu, vel augustissimæ suæ dignitatis eleuatiom, vel censuu demiqꝫ annuoru redditnum ac om̄ regaliu fraudem; quandoquidem hue tantū nostru spectat studiu, vt hæc misere afflicta patria vna cum suis incolis, iuxta spem etiam á Regiæ Mtis clementia benigné nobis iniectam, nō minoribus, sed maioribus potius priuilegiis ꝙ qui in proximis Prussiæ regionibus sub Regiæ Mtis tutella degut, donentur ac honestentur, vt item vnus, quisqꝫ pro summa æquitate, ac sine vllo grauamine suo iusté defendatᵘʳ et securus agat, quo postremum et vno animo omnes propensi sint ad ineundā rationé, et vná cum regni ordinibus, ac vicinis Regiæ Mtis dicto audientibus capiendum consiliu, quo eiusdem regni sublimitatem et decoré amplificent, quemadmodu fatentur se ad hoc præstandu non obligatos modo sed etia cum primis paratos,

Quare enixe petere ac suppliciter orare omnes hi Ducatus Prussiæ ordines, vt sua Sereᵐᵃ Regia Mtas et regni Poloniæ proceres ex regia clementia et fauore peculiari, nō dedignetur ad suæ Mtis amplianda laudem et gloriam patriæqꝫ nostræ maiorem profectu et reipub: status incrementu C si quando ita ferat euentus, cócedere, approbare, et ratum habere, pariterqꝫ suo, atqꝫ ordinū sigillo cófirmare et roborare, quam nunc quidem proponimus, moderandæ reipublicæ rationem, seqꝫ non nisi cum ita sors tulerit, vt ex contractus placito hæc terrarū Prussiæ prouintia á Regum Mtis poloniæ

eiusue regni deuoluatur, vsu recipienda, et perpetuis exinde temporibus obseruanda sit, Nempe vt summu moderandæ reipublicæ arbitrium non minus in administranda iustitia quam constituendis, cum minoribus tum maioribus, magistratibus et procurandis omne genus negotiis, quæ huic ducatui, qualitercunque incidere possunt, nomine et authoritate Sereniss.mæ Regiæ M.tis, et Regni Poloniæ amplissimi sit penes hos quattuor viros, Magistrum Curiæ, præfectum prætorij, quem Burgrabium vocant arcis Regiomontanæ, Cancellarium, et Magistrum equitum primarium, quem Marsalcum nuncupant, Qui quidem omnes cogantur et domicilium et sedem Regiomonte figere, huius prouinciæ indigenæ claro genere nati, Necnon et Germanici idiomatis periti, esse quorum et intersit, sex aut octo honesti nominis viros, qui et vitæ sint inculpatæ, et honestatis et iustitiæ amantes, ex huius ducatus subditis, aut illis deficientibus etiam exteris Consiliariorum collegio inautoratos consultationibus et causis forensibus excipiendis, et cognoscendis quottidie adhibere, in quorum numero duos vt minimum, esse conueniat Jurisperitos alicuius experientiæ, ac prudentiæ viros, quorum opera ac industria tam in ferendis sentencijs, quam obeundis omne genus grauioribus negotijs, vna cum aliis pro ratione loci, temporum, et causæ, vti licebit, Ad hæc vt quattuor præfecturæ Ciuitati Regiomontanæ vicinitate proximæ Brandeburgen, Schocken, Vischusium, et Tapiaw, non nisi indigenis, et qui cæteris tum consilio, tum prudentia, præstant committantur, vt si quando horum quoque vel consilio, vel opera, tam in forensibus quam aliis emergentibus causis opus sit, eo celerius illi Regiomontem concedant, et studiose ac prudenter suæ vniuersæ reipub: negotiis pro ratione eorundem consultent, ac quod expedire videbitur vna cum aliis decernant,

Quod si quæ interim negotia incidant quæ ex Ducatu Prussiæ ad Regiam M.tem remittenda sint, siue etiam in causis iudiciariis terrarum Prussiæ, ad eandem Regiam M.tem fuerit appellatum, vt Regia M.tas ex consilio ordinum, et eorundem ordinatorum præfectorum regentium, vt qui iuris municipalis et patriæ consuetudinis periciores sint

super singula decernat, Deinde vt ijdem primores consiliarij, Magr Curiæ, præfectus pretorij, Cancellarius et Magister equitu, si modo Regiomonte sint presentes, neq aduersa valetudine, aut alia quapiam necessitate impediantur, consentaneis votis ac suffragiis, oia negotia simul tractent, deliberent et decernant, Interim vero si quid agendu aut tractandu sit, quod tota prouintia attineat, vt tum quidem preter eosde quos diximus quor præfectos ex Senatu, etia trium Ciuitatu Regiomontis, vel omnes vel nonulli pro qualitate ac ratione negotij, concilio adhibeantur, qui medio suo iuramento, eam opera q fidelissime obire non detrectent, nihilq præsumant, nisi quod in Regiæ Mtis regni ac incolaru eius comodum ac vtilitatem cessurum cognouerit, ita vt horu oim ratiom reddere sub fide iuramenti, primu Deo Opt: Maximo, deinde Serenme Regiæ Mti et regno, ac subditis eius prestiti, vt fideles consiliarii et honesti nomis amantes subditi debent, facile tum velint, tu possit, Sicubi vero vel reru conditio, vel necessitas postulauerit, vt ijdem vndecim viri quibus summa reipub: administrandæ prouintiæ incumbet, etia coru Consiliarioru iudicium requirant, qui causis forensibus quottidie audiendis Regiomonte agentes vacabunt tu sane cognita illoru quoq sententia et eadem bene expensa, tande id decernant et in nomine vniuersoru moderatoris exequantur, id quod Regiæ Mti et eiusde tris ac subditis vel maxime profuturu iudicauerint, cu sedula diuini auxilii imploratione, vt res omnis q fælicissime succedat

Cæteru quum omnes mortales simus, nec quicq certius homini est expectandu q fatalis ille dies, operepreciu esse, si vnu aut alteru obire contingat, vel ex quotuor summoru viroru numero quibus suma reipubl: comitetur, vel ex præfectis ducatus Prussiæ, vt primores consiliarij qui superstites tum fuerint, vnu aliquem ex quatuor illis quos diximus, summis præfectis, vczt Brandeburgen, Schoten, Vischusen, et Tapiaw, in demortui locum Regiæ Mtis confirmatione accedente eligant et instituant, Quod si e quatuor illis præfectis nemo tam doctus tamq bene institutus reperiatur, vt Cancellarii munus digne obire queat, vt illius quispia vitæ pius, eruditus et honestus,

tu eligatur, vt item in locu̅ demortui, vel demortuoru̅ qui in summum magistratu ex quor illis præfectis Brandeburgen. Schoten. Vischusen, et Tapiaw assumpti fuerint, legantur primu ex reliquis principatus prussiæ, deinde ex ordine comuni Barronu̅ equitu precipuoru̅ ac No: bilium huius regionis indigenis, alij viri pii, honesti, famæ et boni nomis integri qui digni atq idonei censeantur, vt præstito iurame̅to vaca̅tem præfecturam bene administrent,

Vt item posthac subditis et incolis ducatus Prussiæ, qui suis magistratib9 ac domis bene et fideliter seruierunt, ac adhuc seruire et possint et velint, atq etiam idonei sint quibus vel munera publica comittantur, vel bona feu: dalia conferantur, nullæ exteræ nationes præferantur, sed ipsis præ aliis indigenis præ aduenis ea benignitate concedantur

Ne qua fiat autem, vt designati Reipub: moderatores aut etiam alii præfecti grauentur prouintiam sibi iniunctam adire constituendam, vt ijdem ex prouentibus et redditibus ducatus prussiæ adeo honesto ac liberali salario mereantur et remunerentur, quo honorifice ac pro Sere^mæ^ Regiæ Mtis dignitate terris ac subditis preesse et operam accomodare valeant vtq pro ipsorum varia molestia, multo labore, reruq domesticaru̅ iactu: ra iusta fiat compensatio, et leuius quoq ferant labores molestias et reru̅ suaru̅ dispendiu̅, vt item si contingat eosdem reipublicę rectores, aut etiam alios in causis Sere^mæ^ regiæ Mtis regni poloniæ, aut prussiæ trarum aliquo proficisci, ablegari, aut etiam in itinere Reipub: causa suscepto spo: liari præter spem et prouidentiam suam, omnes expensæ et quicquid ad accepti dãni compensatione̅ et iporum liberatione̅ pertinet, ex ærario publico huius ducatus ferantur et pensentur,

Postremo au̅t vt de omni generis redditibus ac prouentibus ducatus Pru: ssiæ Regiæ Mti tanq̅ huius terræ domio iusta quotannis reddatur ratio, censusq ipi ad Sere^mæ^ Regiæ Mtis et regni ipsius commodum et ad incrementum et defensionem huius patriæ ac subditorum in primaria Ducatus prussiæ arce reponatur,

Ex his iam commemoratis necessarijs et iustis rationibus, et in gra̅m bonę nræ propensionis, fidei et obsequij studiosi, sperare omes

ducatus prusiae ordines, quod Serenissima Regia Maiestas vna cum clarissimis Regni Poloniae ordinibus, huic supplici, necessariae, et minime negligendae nostrae peticioni, benigne clementer, et pie acquiescent, precesque nostras facile exaudiant, vt ipsi suique heredes ac posteri perpetuo habeant, quod et gaudeant, et Regiae Maiestati regnique ordinibus cum summa gratulatione acceptum ferre perpetuo iuvet, id quod offerunt se Serenissimae Regiae Maiestati clarissimisque regni Poloniae ordinibus summa sua fide impensisque omnium suarum facultatum, corporibus et sanguinis profusione obsequentissime et quam fidelissime vicissim promerituros.

Sigismundus primus Rex Polonie
Reverendissimis Joanni Petro Tituli S. Clementis Theatino
Joanni Sancti Sixti Burgensis
Petro Paulo tituli S. Balbine Parisio
Barptholomeo S. Caesarii Guidiciono
miseratione diuina presbiteris Sanctae
Romanae Ecclesiae Cardinalibus

Redditae sunt nobis literae Reverendissimarum paternitatum vestrarum, quibus á Sanctissimo domino nostro mandatam sibi esse prouinciam scribunt, in haereticos inquirendi et de his quae ad fidem pertinent cognoscendi, atque vna á nobis postulant vt tam processus, et sententiam contra Alexandrum Sculteti habitos, quam etiam si quid ante et post eius condemnationem aduersus ipsum reperiri posset, Reverendissimis Paternitatibus vestris mitteremus, Ac primum quidem non tam Reverendissimis Paternitatibus vestris ad quas ex hac prouintia laboris plurimum redundat, quam ecclesiae gratulamur, cuius rationibus praeclaré consultum esse persuasum habemus, quod munus hoc Reverendissimis patribus vestris delatum est, quarum et doctrinae et integritatis fama, ad nostras etiam oras vsque peruenit, Deinde ea quae postulant, quae quidem reperiri poterat, omnia mittimus, ex quibus quomodo res hic acta sit, cognoscent, Porro quicquid a nobis actum est, vigore Bullae publicae LEONIS X contra haereticos promulgatae actum est, nihilominus post latam a nobis sententiam, quoniam se morbo impeditum venire

ad tribunal vrum nō potuisse, nuntium aut quem miserit purgandi sui causa detentū a nonnullis fuisse commentus erat, publicæ fidei lras ei cōcessimus in menses aliquot, ac Iudices quos ipe dari sibi supplicabat delegauimus, adiuncto illis loci ordinario Episcopo, vt corā illis et infirmū se fuisse, et miserat nuntium detentū fuisse doceret, quod si fecisset, fore vt in in: tegrum á nobis restitueretur, Ipse interea é ditione nrā profugit, ac in vrbem se recepit, vbi eum impune euasurū nō arbitramur, Simul vt aút é Regno nro excessit, in arcula quadā eius, quā aperire iussimꝰ, repertus est libellus cuiusdam Sacramētarij, manu eius diligenter nota: tus, qui, cuius factionis fuerit, abunde magno documēto esse potuit, Hunc nos libellū Rmo dōio Cardinali protectori misimus, qui, vbi vo: luerint Rmæ Pa.tes vrǣ faciet eis illius proculdubio potestatē, Hæc sunt quæ nos de illo comperta habemus, quæ cū Rmis P. vestris cōmunicanda duximus, de quibus certa sumus fiducia, q amore pieta: tis Christianæ, latam per nos sententiā, iudicio suo sint approba: turæ, et studiū hoc nrm, quo exterminare é regno nrō hæreticos conamur, cōmendaturæ; Principijs enim obstandum putamus, ne si cunctatum sit diucius, serō postea medicina paretur Dat Crac Xviija Februarij 1,5,4,8°

Ferdinandus Romanorum Rex
Sigismundo primo regi Poloniae

Ferdinandus divina etc. Serenissimo Principi etc. Serenissime princeps frater et affinis noster Charissime, Accepimus Serenitatis vestrae literas in quibus summum eius erga nos amorem beniuolentiamque libenter agnouimus, cui et nos pro nostra vicissim erga Serenitatem vestram charitate hactenus sedulo respondere studuimus, et in posterum quoque sic respondebimus, vt si eius animi affectum non superare possumus, saltim voluntatis nostrae propensissimo studio, illum aequare videamur, Quae cum ita se habeant, Serenitas vestra vel nobis tacentibus facile existimare potest, tum nos non minori desiderio teneri, vt communes liberos nostros cum animis sint coniunctissimi corporibus quoque iam tandem coniunctos videamus, tum suis tam aduersis, quam secundis, rebus non aliter affici, ac si nobis eadem accideret, Arbitramur enim sic nos mutuis amiciciae necessitudinisque vinculis inuicem colligatos, vt neuter ex vobis alterius fortunas a se alienas aut quoquo separatus esse existimare debeat, Quo sane fit, vt si quid Serenitati vestrae vel eius regnis accidat, quod cum aliquo aut infortunio, aut incommodo coniunctum sit non mediocrem ex ea re dolorem capere soleamus, Quemadmodum et nunc nos pericula illa quae Serenitas vestra Ducatui sui Lithuaniae impendere significat anxios sollicitosque habent, Tametsi speremus eandem Serenitatem vestram pro admirabili sua prudentia, vigilantiaque ita hisce malis prospecturam esse, vt nullum ex his detrimentum Regna sua capiant, Quaobrem petenti Serenitati vestrae a nobis vt nuptiarum tempus inter liberos nostros ad prima mensis Julij Anni Millesimi quingentesimi quadragesimi secundi prorogatum velimus, per amice et fraterne prorsus consencien duximus, idque ijs de causis, quas ob causas sibi non licere, aut integrum esse posse existimat, vti tales nuptiae citius celebrentur,

Sumus enim eadem cum Ser^{te} vra in sententia, vti reipub: rationes priua-
tis studiis facile preferendas esse iudicemus, eoque magis inducimur, vt
istius modi postulationi Ser^{tis} vrae pro suo scilicet Regnorumque suorum vti-
litateque acquiescamus. Quam cum suis omnibus quam diutissime incolumem
et faelicem esse optamus Datis in nra Ciuitate Hagenoa die xiiii men-
sis Julij Anno domini M° D° xlj° Regnorum nrorum Romani de-
cimo, aliorum vero decimo quarto

Ferdinandus Rex Romanorum comprobat ea que per Zabkam constituta fuerunt de Connubio regine Elisabethe

Ferdinandus etc Serenissimo Principi domino Sigismundo etc Ser^{me}
Princeps frater, affinis et consanguinee noster Chari^{me} Cum ex relatione
Magnifici Georgij Zapka liberi Baronis in Limbergk Regni nri Boche-
mie procancellarij, Consiliarii et Oratoris nostri ad nos superioribus
diebus reuersi, tum etiam ex scripto eidem responsi loco dato, libenti
animo intelleximus Ser^{ti} vrae simul et communi filio nro Charissimo
Ser^{mo} Regi Sigismundo Augusto ea, quae idem orator nr ad Ser^{tis}
vestrae postulacionem de prorogatione nupciarum verbis nris attulerat,
grata accidisse atque in ijs libenter eas acquiescere, seseque ad eum mo-
dum comparaturas fore, vt ad diem dini Georgio sacrum parati et
expediti ad nupcias esse queant, Sed cupere tamen vtramque Ser^{tem}
vestram paulolongius interuallum bona cum venia nra dari, idque
duobus potissimum de causis, in eo ipso scripto expressis, Et proinde
consentire ambas Ser^{tes} vras, vt pridie Nonas Maij proxime futuri
Nuptiae omnino conficiantur, neque vlla earum rerum amplius prorogatio
fieri debeat, nisi forte aliquod impedimentum accideret eiusmodi, quam-
obrem necessario in aliud tempus reijcientae forent etc Admittimus
igitur ob eas causas, quas S. vrae non inconsulto adducendas existimarunt,

paucoru istorum dierum interuallum ad eo die, quem nos diem commun liberorum Nupciis celebrandis dixeramus, pro mutua amicicia, amore, beniuolentia, et necessitudine nra haud grauatim, atque adeo per hasce nostras lras testatu facimus, nobis perplacere, approbari ratum et gratum haberi, vt Nupciae inter comunes liberos nostros, iam semel atque iterum prorogatae, haud prorogentur, amplius Sed Deo inprimis adiuuante ad pridiae Nonas Maij proxime futuri omnino celebrentur et conficiantur, Itaque nos curaturos esse, vti filia nra Charima Elizabetha cu decenti et honorifico apparatu et Comitatu ad diem dominicu, qui proximus erit post diem Ascensionis domini anni huius, immo etiam diebus aliquot, ante Craconia certo et indubitato perducatur et perueniat.

Caeteru quod ad decretu proscriptionis Illmi Alberti Marchionis Brandemburgen etc attinet, no immemores sane erimus iux priorem oblationem et promissione nram in ijs, quae Noremberge propedie habebuntur Comitijs, apud Sacri Imperij principes et ordines diligenter agere: operaque et authoritate nram quanto possumus studio interponere, vt proscriptionis decretu, vel abrogetur, vel saltem longius suspendatur, totuque negotiu per Comissarios aliquot vtrinque constituendos componatur et decidatur.

Porro circa Serenme dominae Isabellae Reginae Hungariae etc Serenitatis vrae filiae res fortunasque quas paterna cura et sollicitudine nostra Sertas vra nos tueri identidem postulauit, nosque facturos esse non semel polliciti sumus, arbitramur S. vram, vel ex proximis litteris nostris, ea de re scriptis, satis abunde percipere potuisse, quantae curae et sollicitudini nobis sit, vt iam dictae Reginae Isabellae eiusque filij saluti, dignitati et securitati prespiciamus, quippe qui ia dudu Magnificu Casparu Scheredi in hoc ad transiluania expediuimus, vt ipam Regina simul et infantulu illius, ac tota familia resque suas omnes cum vniuerso et decenti Comitatu ad loca sibi destinata

saluam et securã perducat, Sperantes sane eundẽ Casparem Seredij vt quem in hunc finẽ ad Reginã ipsam in Transiluaniã properãter contendisse, multis ante diebus cognouimus, huic ipsi rei iuxta cõmissiõẽ nostram perficiendæ manũ iampridem admouisse, omnino enim Sertatẽ vræ hoc de nobis persuasum esse volumus. Nos prememoratam Serenissimã filiã et Nepotulũ omni loco et tempore peramãter et paterno prorsus affectu cõmendatos, promotos et adiutos habituros, minimeq3 commissuros fore, vt quod ad pactorũ cũ ea initorũ prestacionem attinet, aliquid in nobis iuste desiderari queat.

In negotio vero Magnifici Podoliæ Palatini, haud obliti sumus, nos pluribus ante mẽsibus, dum Spiræ in Comitiis Imperialibus illius noĩe causaq3 interpellati essemus, per lrãs nrãs promisisse, daturos nos scilicet operam, vt si post fælicem nostrum ad regna et patrias hac nostras redditum per aliquem illius legittimũ procuratorẽ admoueremur, et sollicitaremur, tum cũ ad manũ consiliarios nostros Regni Hungariæ haberemus, ei authoritas et sentencia nrã non defutura esset in consequendo nimirũ eo, quod hereditatis noĩe, aut sibi, aut vxori suæ legittime competere, Judicio Hungarico decerneretur, Sed cum nemo illius noĩe, qui rem ageret, cõparuerit hactenus, quid nobis in ipsius causa apud Consiliarios nostros Hungaricos propemodum foret, haud satis sciuimus, Sed vbi per procuratorẽ aliquem suũ, existentibus apud nos consiliariis nostris Hungaricis, posthoc admouebimur, ita nos geremus, vt oẽm æquitatis et iustitiæ locũ sibi apud nos relictũ esse plane sentiat, Et hæc quidẽ sunt, quæ ad responsũ Sertis vræ nobis per procancellariũ nrũm Bohemicũ allatum impresenciarũ Sertis vrẽ rescribenda duximus, Quam vnacũ Serenissima coniuge et liberis suis omnibus cũ sũmã rerum omniũ prosperitate et Regnorũ suorũ salute, et incremẽto in Nestoreos vsq3 annos quã fælicissime viuere optamus, Datũ in Ciuitate nrã Vienna die prima mẽsis Januarii Anno dñi 1543 Regnorũ nrõrũ Romani xij aliorum vero xvj

Sigismundus Rex Poloniæ Ferdinando regi Romanorum

Serenissime Princeps etc. Quandoquidem prope iam adest dies nupciis prefinitus, deliberatum est nobis pro honora Serenissimæ Sponsæ filiæ nostræ Charissimæ Legatos nostros obviam illi mittere, Quare cerciores a Maiestate vestra fieri petimus, quanam iter factura sit, vt honos illi debitus per nos habeatur, et scire queant, legati nostri, quo eis iter ineundum sit, vbi Serenissimam Sponsam Serenissimi filij nostri reperire queant, Quos nos simul vt tempus aduenerit semota quauis cunctatione mittemus, Quod reliquum est cupimus Maiestatem vestram diu fœlicem esse et incolumem, Cuius amori et beniuolentiæ fraternæ nos ex animo commendamus, Datum Cracoviæ xiij Marcij Anno domini 1543

Responsum a rege Sigismundo datum Oratori Ferdinandi regis Ioachimo Maltsan Crac. vi.a Aprilis 1543

Quæ Dominatio vestra postulauit Serenissimi et excellentissimi domini Rom: Regis nomine ea Sacra Maiestas Regia in gratiam Maiestatis illius, cum qua complures illi necessitudinis causæ intercedunt, lubenti atque alacri animo concessura fuisset, si potestatem id faciendi habuisset, Sed productæ sunt coram Sacra Maiestate Regia litteræ, quas Oratores eadem de re missi a Regia Romanorum Maiestate cum appensis signis suis dederunt in quibus diserte scriptum reperiebatur, his ipsis verbis, Quod si plene fuerit hominibus Maiestatis eius, de damnis, iniurijs, predis, rapinis, Spolijs, ita vt Commissarii Maiestatis eius et ipsi Reges constituerint satisfactum, tum vero erit voluntas Maiestatis eius,

aedicti huius sui interdicti, inducendi, antiquandi, relaxandi, Si minus erit ita satis factum, edictum hoc suum Mtas Regia Poloniae nequaquá induci patietur, Supplicatu itaq est S. Mti Regiae vt ne ab earum litterarũ sententia discederet, neue prius edictum suum induci vellet quam iuxta tractatus habitos damnũ et iniuriã passis plene satisfactũ esset, Cuius rei et si iacta sunt wschowe fundamenta, nondũ tamé quicquã exemptioni traditũ est et plerisq rebus inchoatis, ab vtriusq Mtis cõmissarÿs discessum est, Nihilominus vt indicaret Sacra Mtas Regia, se Regiae Roma: Mtis desiderio satisfacere cupere neq stare per se quominus ita vt Do: vrá postulauit libera fieret tam illius quam huius Mtis hominibus vltro citroq cũ mercibus proficiscendi potestas, Significari iussit Do: vrae vt certũ aliquem diem, et locum cum Mte eius constitueret, vbi conuenire queant vtriusq Mtis Commissarii, atq ea quae cepta sunt ad exitũ faelicem perducere, Quã ad rem cũ nulla se mandata habere dixerit, Do: vra nó videt Serema Mtas Regia quid faciat aliud, quodquidem facere sibi liceat, nisi vt postulet, ita vt postulat, a Do: vrá vt Sacrae Mti Regiae Roma: promptã hác Serme Mtis huius voluntaté, ad explendũ illius Mtis desideriũ, de edicto suo antiquando defferret, atq vna significet non aliud impedire quominus id fiat, quam quod iux tractatus habitos damna et iniuriã passis in Regno Mtis eius non est satisfactũ, Quare si visum erit Mti illi diem et locũ noiare, vbi de ceptis controuersÿs transigi possit, ac certos eam ad rem Commissarios designare, suos quoq designa: bit Mtas Regia, et ad diem atq locũ de quo inter vtráq Mtem conuenerit mittere curabit, vbi si sarcite fuerint, iniuriç, damna, citro vltroq illata compésata, nihil iam impedimenti restabit, quominus ita vt postulat Mtás Regia Roma: interdictum hoc antiquetur,

Literę à Sigismundo primo Polonię rege
datę domino Ioachimo Malthsan

Manifestum facimus etc. Quod cum contendisset a nobis Serenissimus dominus Roma: Rex frater et consanguineus noster Charis: per Magnificos et Generosos Ioannē à Sorothin in Stranicz Supremum Moraviæ Marchionatus Camerariū, Hinconē a werbena in Namiesth, et Georgium a Loxan Theutonicum procancellarium Regni Bochemiæ Oratores ad nos missos, vt ædictum vel interdictum potius nostrum, quo nostri ne cum mercibus in Slesiam proficiscerentur, neue quas inde merces in Regnū nostrū importarent prohibebantur, inductum et antiquatum vellemus et si vehementer ab eo abhorrere nostrorū animos videbamus, dedimus tamē hoc ei necessitudini, quę nobis cum Regia Roma: Mtē arctissime intercedit, vt per senatores et consiliarios Regni nostri tractari de loco deq; die cum Oratoribus Mtis eius vellemus ad quem et Regiæ Roma: Mtes et nostris cōmissarijs veniendum esset, qui de iniurijs deq; damnis tam a nostris quam ab illius hominibus vltro citroq; datis et acceptis cognoscerent, de quibus si plene nris hominibus satisfactum esset, non alienam fore voluntatem nram ostendimus, ab ædicto isto nro inducendo. Posteaquam vero conuenit inter Oratores et consiliarios nostros vt pro die diui Galli eodem quo hoc agebatur Anno Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Comissarii ad Oppidū nrūm Wschovense mitterentur, atq; ii ad præfinitum diem a Sereniss: dño Roma: Rege et a nobis missi eo venissent rebus inchoatis discessum fuit, cū testatum omnibus nostri facerent, per se minime stetisse, quominus causæ omnes decederentur et cōtrouersijs istis, tandē aliquī finis imponatur,

Quare iterum ad nos misit Serenis: dominus Roma: Rex Magcum Joachimu Malthian liberum Baronem in Warthenbergk et pencheim atq edictum nrm induci per nos et antiquari postulauit, Quod cum facere nobis ~~nobis~~ no licere respondissemus, quandoquidem qui ex nris hominibus damnu et iniuria passi fuerunt, iis nondum esset satisfactu, Nihilominus vt promptam nostra voluntate ad Regiae Roman: Mtis desideriu explendum declararemus, facturos nos no grauatim qd vellet ostendimus, Si certo die et loco constituto ad que vtriusq nrum Commissarij conuenirent, quae ceptae fuerunt disceptari controuersiae ad exitum faelicem producte essent, Sed cum ad eam rem nulla se habere mandata Magcus Joachimus dixisset, ita est a nobis dimissus, vt voluntatem hanc nram gratificandi quatenus liceret, Serenis: dno Roma: Regi, deferri per eum ad Mtem eius postularemus, Queadmodum ex responso nro, quod illi scriptum dari iussimus vberius licet cognoscere. Accidit aut vt cu iam in procinctu esset ad Regiam Mtem Roma: rediturus noua illi mandata adferrantur, cu quibus e vestigio ad nos venit, ac datam sibi esse potestate nobiscu de nouis Comissarijs designandis deq die illo et loco vbi conuenire eos oporteret tractandi declarauit, Quod vbi nos accepissemus, ita inter nos et illu conuenit, quandoquide proximus couentus in Oppido nro Wschoven habitus est vt ad proximu diui Bartholomei diem, tam Serenis: dni Roma: Regis q nri Commissarij Glogouiae conuenirent, Sunt autem Commissarii designati ex parte Serenis: Do: Roma: Regis Rdus in Christo pater dons Balthazar Epus Wratislawien Fridericus dux Legnicen et Carolus Dux Monsterbergen, ac Magcus Joachimus Malthan liber Baro in Warthenbergk quibus duos preterea quos visum erit Serenis: domio Romanoru Regi adiungere licebit, ac quot erunt necessarii ad eam rem Secretarii, Ex nra vero parte Rdus in Christo pater dominus Sebastianus Epus Posnanien, Janussius de Lasticze Pallatinus, Andreas Comes de Gorca Castellanus Posnanien et Laurentius Miskowski Castellanus Sandecensis, ad quos duos preterea quos visum nobis fuerit adiungere nobis licebit, et quotquot necessarios ad

eam rem indicauerimus Secretarios nros, Quod si quid interea temporis alicui horu humanitus accideret, Si que casus aliquis retardaret, quominus ad prescriptu diem et locu venire posset, tum et penes Serenis: Dom Rom: Regem et penes nos erit potestas in illius locum alium sufficiendi, Posteaqz vero satisfactu erit pro damnis et iniurijs vltro citroqz factis et acceptis habituri sumus plenam potestatem edictum nostru ita vt Serenis: dons Rom: Rex postulauit inducendi antiquandi, et relaxandi, Cæteru duobus mensibus ante Conuentu Glogouicensem libelli damnoru et iniuriaru quas acceperunt, homines nri in Serenis: domi Rom: Regis Cancellariam Bochemicam mitti debebunt, vt qui in ius vocati fuerint, ij aliquando ante scire possint, quibus de rebus causam eos dicere oporteat, Quod ipsum et ii facere tenebuntur, qui sunt ditionis. Serenis: domi Roma: Regis vt et ipsi duobus ante Conuentu Glogouicen mensibus libellos suaru iniuriarum, et damnoru quæ tulerunt, in Cancellariam nostram Regiam mittant, Qui vero designati fuerint Commissarii, plena habere debebut facultate de rebus omnibus cognoscendi, ac causas istas omnes et controuersias decidendi, ac sententia sua diffinitiua de eis pronunciandi, haud aliter qz et Mtas Regia Roma:, et nos presentes adessemus, Ita vt nulla de re possit, ad suu vtraqz pars Regem et dominu dubia referre necesse amplius habeat, Sed et qui cittati fuerint, nullis publice fidei lris, que saluum coductu vocat, se tueri debebunt, atqz impedire quominus iudicatu faciant, Sed quicqd fuerit consentientibus vtrinsqz nrm consiliarijs decretu, in eo acquiescere, et citra vllam tergiuersatiom sentenciæ iudiciu comissarioru parere tenebunt
Cuius vero subditus sentecia late commissarioru, no paruerit de eo et Regia Roma: Mtas si illius fuerit, et nos si noster ratione inire debebimus quemadmodu nihilominus satisfactio per eum fiat, Quibus vero de rebus in proximo Couentu wschovensi dubitatu et ad suum principe ab vtraqz parte fuerat relatu, de iis tam Serenis: Do Roma Rex suis, quã nos nris commissarijs plena informatione dare tenebimur In quoru om et singuloru fidem et testimoniu hec scribi

signoq; nro communiri fecimus Datʒ Cracoviæ xa die Aprilis Anno domini 1543 Regni nostri xxxvij°

Oratio dicta ad Serma Do: Elisabetham virginem, Sermi doi Ferdinandi Romanorũ Hungarie Bohemie re:gis Archiducis Austrie filiam, in Ciuitate Olomuncensi, per Rdum do: Samuelem Maczieiowski Epm Plocen; regni Polonie Vicecancellarium: aßistentibus eidem Epo Mgcis dnis Ianussio Latalski Posnanien: et Felice Srzenski Plocen Palatinis, nam ii tres à rege Sigis:mundo patre et filio obuiam huic nove sponse Regine erant missi

Cum pro ea pruden.a et rerũ vsu, quē vel ætatis iam grandioris beneficio, maximũ est consecutus Serenus Princeps, et dominus dous Sigismundus primus Deigra Poloniæ Rex; dous noster clemētiss: permagni referre in:telligeret, qua quisq; vitæ suæ socia nattus esset: cum qua suauiter vi:tam suam transigere: ex quapiã Deoq; gratam posteritatẽ tollere pos:set simul vt Dei benefitio filius ei contigit, Regni successor, nõ alia de re magis cepit esse sollicitus, quam vt illi tenero adhuc de eiusmodi rerũ oim ac omnis fortune indiuidua socia mature prouiderit, Te itaq; ante complures annos desponsandã illi curauit, tum propter insignes Serenis: parentũ ac maiorũ tuorũ, et animi ac fortunæ dotes, quibus nihil orbis hic vidit clarius, et illustrius, atq; omnibus virtutũ muneris ab:solucius: tum quod te ex talibus prognatã, ita preterea cognouit institu:tam et educatam, certam vt spem animo conciperet, minime te ab eorum pietate, religione, sanctimonia, ceterisq; virtutibus hac tua tã sublimi fortuna dignis, esse deflexuram

Neq; vero, quod Serenis: parenti visum est, nõ idem statim placuit Serenis: filio Do: Sigismundo Augusto, Regi nro et dno Clementissimo

quiquo ad per ætatem indicare ipe nõ potuit, prudentissimi p̄ris sui, inditio contentus, in eo acquieuit, Postq̃ vero corroborata ætate, eo peruenit, indicare vt iam ipse posset, nõ modo acquieuit in eo quod Serenis: pareti visũ erat, verũ etiã adeo est illius inditio delectatus, tam cupide illud est et libenter amplexus, nihil vt ei fuerit longius, q̃z diem illum videre quo M^tis tue sponsæ suæ Chariss: aspectu et complexu frui posset. Quare vt Ser^mi patris, et Ser^mi filij, vno vtriusq̃ animo, vna Deorũ et concordi volũtate missi sumus, qui tibi ad Ser^mũ Sponsũ tuum proficiscenti, obuiã prodiremus, te q̃z quod fœlix faustũ et fortunatũ Deus esse velit, Reginã nrãm et dominã salutaremus, ac in Regnũ dicionẽq̃ tuã, quo summo possumus honore ac reuerentia deduceremus

Quibus aũt alijs te verbis alloquar virgo Sereniss: quæ et tuæ dignitati, et meæ professioni magis congruant, q̃z quibus ille vsus est, qui et Rex fuit et propheta: Audi filia et vide, et inclina aurẽ tuã, et obliuiscere populũ tuũ, et domũ p̄ris tui, quoniã concupiuit Rex decorẽ tuum,

Audi Serenissima Princeps, quæ per prophetã suum tibi Deus loquitur, atq̃ ita audi, vt videre te credas, Neq̃ enim veriora sunt quæ oculis cernis, q̃z quæ prophetã hunc, vel per prophetã potius Spiritum sanctũ tibi dicentẽ audis, Audi itaq̃ filia et vide et inclina aurem tuam, Populus quẽ nõ cognouisti, seruiet tibi, Ille populus qui á te visus non est, qui tibi nondũ cognitus est, á quo nos profectos esse vides, ille summa animorũ alacritate tibi seruiet, te colet, te venerabitur, Ac ne mireris et vnde in eo tanta tibi seruiendi nata sit alacritas certius vt cognoscas, in auditu auris obediet tibi, Equæ ille te carneis oculis non vidit: atq̃ hysdem oculis visus adhuc á te nõ est, sed in auditu auris obediet tibi,

Noli existimare te tam sanctæ educatã, tanta vitæ integritate preditam, tot et corporis, et animi, et fortunæ donis affluenter a Deo dotatã, populo illi tuo, ad quem nũc proficisceris omni ex parte esse incognitã Est quidẽ ita, q̃ te nõdum viderit, q̃ faciẽ istam tuã decorã nõ est adhuc conspicatus, verũ ea est probitatis tuæ, et insigniũ virtutum tuarũ fama, quæ ad nr̃as etiã, vel tuas iam potius terras peruenit,

Vt vltro se tibi subijciat et incredibili tui desiderio populus omnis ardeat, ad quam profectionem tuã moliris,

Obliuiscere igr populũ hunc tuũ quẽ vides, et ad eum quẽ nõdũ vides populum tuum, Deo gressus tuos dirigente proficiscere, Acerbũ erit proculdubio populo isti tuo, te talem relinquere, Sed quas hic pre dolore, has ille ad quẽ tibi iter est, pre gaudio fundet lacrimas, cũ te fœlicitem ad se viderit aduentantem, quamqz si recta ratione rem secum reputare volet, populus iste tuus, gaudio et ipse potius qz dolore lachrimabr, Futurũ est enim, vt Deus qui est pax nr̃a faciat vtraqz vnum, Vt quemadmodum tu, cũ Serenis: sponso tuo Rege nr̃o, et domino nostro clementissimo vna caro, vnũ corpus, vnus animus es futura, ita et is qui nũc tecum est, et ille ad quẽ proficisceris populus, et si diuersis corporibus, diuerso habitu, diuersis etiã linguis constet, vnus tamen vterqz tuus, vterqz populus sit futurus, cũ in te colenda, certamen sit eiusmodi suscepturus, vt neuter alteri priores hac in parte concedere velle videatur, Quodquidẽ certamẽ, eo ad extremũ perueniet, vt quemadmodũ in te colenda, ita etiã ipsi inter se amando pro virili quisqz sua elaboraturi sunt, neutri vt alterius inferiores indicentur, Neqz alia cura magis erit pectoribus vtriusqz populi infixa, qz vt mutuis alter alterum amiticiæ officiis superare queat, Ex quo fiet, vt in tam diuersis corporis, tam diuersis linguis, tã diuerso habitu, vnus et idem animus, vna et eadem voluntas oĩm efficiatur, atqz ita tum iste quem relinquere nũc videris, tum ille ad quem iter instituisti vnus vterqz tuus vterqz populus sit futurus, te pari studio colendo, et obseruando, et vnam inter se ac eandẽ semper voluntatẽ retinendo

Sed quę reliqua sunt, prophetam tibi dicentẽ audi Audi filia et vide, et inclina aurem tuam, et obliuiscere populũ tuũ, et domũ pris tui. Qui populũ tuũ, idem et patris tui te domũ obliuisci iubet, Sacramentũ enim hoc magnũ est, propter quod relinquet homo prem et matrem, et adherebit coniugi, Est quidem liberorũ erga parentes affectio tanta, maiori vt locus vix iam esse queat, et hanc tamen,

affectioné superari Deus ab ea voluit, qua mutuo se coniuges amare debent Quamobrem re relinquere iubet patrem, relinquere iubet et matrem, atq ita relinquere prorsus, vt paterne domus obliuiscaris vt ei tota mente adhereas, quo cum sic te Deus coniunctam voluit vt nisi mors, seperare posit nemo,

Neq vero conturbet ea res animú tuú, q tam de te bene merentes tamq suauiter, in te effusi parentes tibi tui sint relinquédi, habe: bis enim alios parentes, qui et ipsi, nó minori q hij ex quibus progna: ta es: voluntatis in te sue inclinatione propendebunt, Quáta sit bonitas, q excellens, et heroica virtus Sereniss: domi Sigismúdi primi Poloniae Regis, domi nri clemétis: cú totú orbem fama sui nominis impleuerit, nó potest sibi esse inauditum, is te filiae lo: co charam habebit, Neq est quod de Sereniss: patris tui, q de illius in te benignitate plura tibi polliciaris, Sed et Sereniss: Bona Regina, quae et nóie ipso bonitatem refert, et in hys tris nata est et educata, vnde ad reliquas nationes oés, omnis est humanitas prefecta, faciet proculdubio, vt et nominis, et originis et officii sui memor, nullú huma: nitatis in se officiú pretermittat, quod quidem a matre in filiam proficisci oportet,

Jam vero is Rex qui concupiuit decoré tuú, neq corporis magis, quá animi decoré, quo et ipso, siue corporis, siue animi eius lineaméta inspicias, nihil magis decorú reperire posse putes, is inquá Rex qui te cum primis decoram, cú primis et ipse decorus tá ardéter cócupi: uit, omnes oíu parentú charitates sua in te charitate superabit, quo cú habitura cum sis fortunas omnes cómunes, eosdem ille quos tu, eosdé tu quos ille parentes agnosces, Atq ita vtriq vestri duplicabuntur, parentes, duplicabitur, et amor in vtrumq parentem

Nihil itaq molestae feras, q ita iubente Deo, a parentibus te tuis di: velli oportet, á parentibus enim ad parentes tibi proficiscendú est, Et hij quos relinquere videris meliori sui parte tecú habitabút, Neq vel a te vel ab ijs ad quos proficisceris, animis erunt vn: q disiuncti

Quapropt, quod fœlix faustu, ac fortunatu tibi populoq tuo Deus esset velit, ingredere in Regnu tuu virgo Sereniss: ad Sponsu tuu Sereniss:, cuius omes ferre curę ad te referuntur, et in te cosumuntur bonis avibus proficiscere, qui te venienté obuiis vlnis excipien Neq alium in vita sibi diem lętioré illuxisse putabit, q̄ quo te diu ex animo desideratam primu videre, et dulces tecu sermones miscere licebit, Quod reliqum est, Deu supplices precamur, vt eandé tibi fœlicitaté largiatur, qua Cognominé olim tuam cum primis piam et religiosam feminam, cumulauerat, Quę ex eadem ipa ex qua tu In: clita Austriæ domo processit, Elisabetam dico Alberti quondam Roma: Hungariæ et Bohemiæ Regis Archistrategi Austrię filiam, quam recte appellare licuit matré filioru letanté, Quæ ex auo Sereniss: Sponsi tui Casimiro Poloniæ Regæ, cu preter filias aliquot, sex filios sustulisset, quor ex eis vidit Reges Coronatos Quintum Cardinalicio Galerio insignem, Sextum qui nuc miraculis claret, in Diuoru nume: rum ob singularem vitæ sanctimoniam relatum, Hanc vtiná quoq tibi fœlicitaté concessam videamus, Quáquo facilius cosequaris, Benedicat tibi dominus ex Syon, et videas bona Regni tui Hieru: salem omnibus diebus vitæ tue, Et videas filios filioru tuoru pacem super Israel · omnibus nobis: Amen .

Elisabeta regina venit Craconiam

Anno domi 1543 die quinta Maij sabbato, Serenss: virgo Domina Elisabeta Serenss: domi Ferdinandi Romanorũ Hungariæ Bohemiæ Regis, Archiducis Austriæ filia, Annũ agens sextũ decimũ, adducta Cracoviã in matrimoniũ, Sigismundo Secundo Augusto Regi Poloniæ iuueni, annũ tũc xxiij agenti

Postridie vero sexta Maij in domco die, in Ecclia Cathedrali Crac per Petrum Gamratum Archiepm Gnesnen, qui idẽ erat Epus Crac assistentibus ei, Nicolao Dzirgowski Epo Cuiauien, et Sebastiano Branyczkij Epo Posnamien, coronata est, Nupciarũ celebritas per duas hebdomadas acta

Adduxert aut illam, Georgius Marchio Brandeburgen Caroli qnti Cæsaris Catholici legatus, Joannes Epus Olomuncensis, Baltazar Epus Wratislanien, Tislaus Bereken, regni Bochemiæ Curiæ Marssalcus, Nicolaus Comes de Salm Camerarius regis Ferdinandi, Franciscus Batiam vngarus, Comes Comitatus castri ferrei, et Sigismundus de Erberstein Camerarius et Consiliarius regis Ferdinandi

Pestis orta Cracoviæ

XXX die Augusti Sigismundus Augustus Rex iuuenis, sponsa sua relicta, Cracovia abiit ad Lithuaniã: pretextu pestilentiæ vitandæ Sed re vera vxorẽ fugiebat, quã ex malignis consiliis, et incantacionibus, odio habere cœpit, Omnia Oppida, per quẽ Rex ibat, peste infecta fuerant,

Elisabete Regine inuitacio: per Camratum Cromerus Hosianam abbreuiauit

Ser.ma Princeps: incredibile dictu est q̄ cupide Ser.mi principes hi mei Rex senior et Regina domini mei clemētiss.mi expectarint diem hunc qui ipsis exoptatū M.tis vr̄e aspectū, et in reliquū vite tempus suauem conuictū afferret: et antiquas paternas maternasq̄z necessitudines nouo et eo quidē arctissimo cōiunctionis et affinitatis vinculo magis ac magis asstringeret atq̄z stabiliret. Itaq̄z leti M.tem vrām salutant faustū in hanc vrbem atq̄z regiā suā aduentū etiam atq̄z etiam ipsi gratulantes et iam nurū et quasi filiam suā char.mā in societatem regni inuitāt bona omnia prosperaq̄z ipsi optantes. Q̄d nisi imbecilliores essent ipsorū M.tes longius M.ti vr̄e aduenienti obuiā foras processissent, studiū ac desideriū suū testificature: verū id quod foris necessario pretermissū est domi deinceps offitiosa beneuolentia et charitate compensare sedulo studebunt ita vt neq̄z necessariorū sedulitatem neq̄z parentū charitatem M.tas vr̄a magnopere hic requisitura sit, quā sciunt ipsorū M.tes ita eductā et educatā esse vt semper suis parentibus et his quos in parentū loco habitura esset morigera sit et obsequens et ad eorū voluntates voluntatem suā libenter adiungat. Deinde ego quoq̄z, cū venerando hoc sacerdotū et fratrū meorū cœtu summo studio M.ti vr̄e saluū aduentū simul et cōnubiū istud augustissimū gratulamur: auspicatūq̄z ipsi iuxta ac Ser.mis principibus nr̄is ac toti regno et reip.cē diuino fauore esse optamus studia demq̄z et obsequia nr̄a addictissima eidē M.ti vr̄e reuerenter deferimus: sperantes eam sancte ac religiose a religiosissimis parentibus eductā et institutā cultum Dei optimi Max.i

quem hactenus incontaminatum retinemus in hoc regno sacerdotum dignitatem: ecclesiarumque tranquillitatem atque huius imprimis splendorem favore et patrocinio suo sedulo tutatura et propagatura esse. Nos vero Deum precabimur assidue ut M^tem v^ram diutissime nobis salvam et fortunatam servet citoque generosa et felici prole augeat et sanctis^mae illi reginae quondam nostrae Elisabethae plurium et optimorum regum matri quam et nomine refert M^tas v^ra et paterno maternoque sanguine respicit, pietate: felicitate beneficentia et omnium hominum benevolentia exequet ad laudem suam Ser^morumque parentum et socerorum v^rae M^tis solatium nostrique omnium atque regni huius incliti salutem et decus sempiternum.

Responsum à regibus Polonie patre et filio Sigismundo ~~III~~ dnó Georgio Marchioni Brandeburgen. nunctio à Caesare Carolo. V. ad Nupcias regine Elisabethe misso etc

Qua excusatione vsa est Illr vrá S. Imperatoriæ Mtis noie, q præsentia sua Nupcias has nó honestauerit, eam Serenis. Principes hi libenter accipiunt, Nam et occupaciones Mtis illius non sunt Mtibus his incognitæ, et animo illius, tum erga se, tum erga Sernis: Reginam hanc huius coniugem, illius vero Mtis Neptem charissimá, illud sibi pollicentur, quod nihil esset eorú preter missura, que ad honoré Mtatum harú intelligeret pertinere, Cæterú quod misso etiá munere amoré suum erga Mtem hanc, Mtas illius testatú facere voluit, et si fuit, id plane superuañea, cum absq hoc etiá egregia Mtis illius, erga Sernissi: Principes hos voluntas fuerit semper oíbus perspectissima agit tamé grás Mtas hec regia, ac per omné occasioné referre curabit, Porro quod Illr vestra verbis Cæsaree Mtis Serenis: Regina hanc, Serenissimo coniugi suo tanto studio commédat, facile perspicit Mtas hec id ex abundantia quadá amorý Mtis illius erga Serma Neptem suam profectum esse, atq ideo gratum id illi accidit, Et si itaq ipsa per se est Serema virgo Mti illius commédatissima, ita vt nullius commentationis egere videatur, tamé hoc ipo etiá noie futura est. Mti illius charior, quod eá Cæsaree Mti tante cure esse intelligit, Ac eum se præstare erga Serema Coniugem hanc suá conabitur, vt Deo gratiá suam impartienti coniugali amori suo et beniuolentiæ, cú Serenissimorú parentú, tum vnius oím excellentiss: patrui in eam charitatem sit superatura,

Reges Poloniȩ promittunt paulò longius expectare dotem à rege Ferdinando ad Nuptias Elisabethȩ reginȩ non allatam

Sigismundus primus et secundus Augustus, pater et filius Dei gratia Reges Poloniæ etc, planu͂ testatumq̃ facimus p̃ntibus vniuersis et singulis quoru͂ in manus hæ litteræ n͂ræ peruenerint, Q̃ cu͂ adducta esset ad nos Serenis: d͂oia Elizabetha Regina, nostra filia, Serenis: vero filii n͂ri coniunx charissima, neq̃ iux contractu͂ inter nos et Serenis: dominu͂ Romanoru͂ Regem initum tertia pars numeratæ peccũiæ, hoc est triginta tria millia, trecenti triginta tres floreni in auro Hungaricales allati vnacu͂ illa fuissent, postularunt à nobis Regiæ Romanoru͂ M͞tis noi͂e Ill͞ d͂o: Georgius Marchio Brandemburgen͂, Cæsareæ M͞tis legatus et R͞dus in Chr͞o pater Joannes Olumuncen͂, Balthazar Wratislauien͂ ac vtrusq̃ Silesiæ Regiæ M͞tis Romanoru͂ loc͞u tenens Episcopi, ac Mag͞ci Nicolaus Comes à Salm: et Nemburg ad Oenum supremus Camerarius Serenis: dom͂ Regis et Capt͞us arcis Posonien͂, Sigismu͂dus liber Baro ab Herberstain, Neippug, et Guttenhag Camerarius, Comissarij S: Rom: Regis vt ne moram hanc solutionis dotis, moleste ferremus ac produci illa in proximu͂ Natalem Christianu͂ pateremur nos pro more n͂ro perpetuo, quo Serenis: d͂oio Rom: Regi Consanguineo n͂ro fratri et affini Chariss: quoad eius facere nobis licet, gratificari semper solemus no͂ grauatim ad id consensimus, Testantes nihilominus ita vt testamur presentibus, nihil ea re contractibus officii debere, qui de isto matrimonio, Sexto ab hinc anno inter Serenis: dominu͂ Roma: Regem et Oratores nostros initi fuerunt: quos quidem in omnibus eorum punctis, clausulis, et articulis saluos esse volumus ita vt integra nobis

sint ea omnia, que in litteris contractus matrimony continentur, neqz his noster nouus asensus quicquã deroget iuri nobis quesito, de ratiõe vindicandi que ibi prescripta et permissa est, cõn eum per quẽ stetisset, quominus satis contractibus fieret, si forte, quod absit, ad constituendũ diẽ Natalis Chriani tercia pars dotis per Serenissi: Domi Roma: Regem nobis numerata non esset, Harũ testimonio lrarum quibus sigilla nostra sunt presentibus impressa Datũ Cracouiæ die xvij Maij Anno domi 1543

Litere à Nunciis regis Ferdinandi date Regibus Polonie de dote non apportata

Nos Georgius Marchio Brandemburgeñ etc Joannes Olomunceñ, Baltazar Wratislavieñ Episcopi Nicolaus Comes a Salm et Neuburg ad Oenum Supremus Camerarius Serenissi: domi Regis Rom: et arcis Posonieñ Capitaneus: Sigismundus liber Baro in Herberstain, Neipung, et Guttenhag, Serenissi: domi Roma: etc Regis: Commissarii planum testatumqz facimus presentibus, vniuersis et singulis, in quorũ manus, hæ litteræ nostre peruenerint Quod cũ adducta Serenissi: Principi domino domino Sigismundo Augusto Dei gratia Regi Poloniæ etc Serenissima Sponsa illius domina Elisabetha Poloniæ Regina, ab vtraqz Mte et patre et filio Regiæ Roma: Mtis noĩe domi nri clementissi: postulassemus, vt ne moleste ferret, nõ esse vna iuxta contractus tertiã partem præsentis peccuniæ quæ dotis noĩe numeranda venit, hoc est triginta tria millia, Trecentos tres florenos in auro Hungaricali, auri puri, et iusti ponderis per nos allatam, ac solucionis diem ad festũ Natalis Christiani proximũ ob causas quasdam graues per nos adductas produci pateretur, Vtraqz Mtas Regia postulacioni huic nre non grauatim asensa est, Sed ita tamen vt testatũ vellet esse omibus, per asensum hunc suum, nihil derogari in vtramqz partẽ contractibus debere,

qui de isto matrimonio inter Regiam Romanorū et eorū Mtes initi fuerunt, Quiquidem in omnibus suis punctis, clausulis, conditionibus et articulis salui esse debebunt, Ita vt integra sint Mtibus eorū oīa, que in contractus matrimonij lrīs continentur, Neqȝ per nouū hūc assensum derogatū videri quicqȝ possit, iuri Mtibus eorū quesito, de ea que perscripta ibi est et permissa ratiōe vindicandi, contra eū, per quem stetisset, quo minus contractibus satisfieret, Si forte, quod absit, ad constitutū diem natalis Christiani, tertia pars dotis per Sere^mum^ domī Roma: regē Mtibus eorū numerata nō esset, In quorum omniū et singulorū fidem et testimoniū Sigilla nrā pñtibus sunt impressa Datū Cracoviæ die decima septima Mēsis May Anno dñi 1543

Legatio a rege Poloniē patre ad Ferdinandum regem data Andreē Zebridowski Epō Camenecensi Crac 28 Maii 1543

Quo studio fuerit semper Ser^mus^ princeps et dominus meus erga Mtem vram, quanqȝ ex animo illi fauerit, vt Hungariæ regno potiretur: satis iam abunde testatū fecisse, S Mti vræ videtur, Nam cum Sere^mæ^ filiæ suę honestissime cuperet, cū in Nepotem ex illa suū, suffiis quā dici queat efusus esset, nō tantā tamē apud Mtem eius valuit erga suauissimos liberos paterna affectio, quin vestram Mtem potius, quam illos preesse regno Hungariæ peroptaret, quod propter et suā et Serenis: ac excellentis: fratris sui authoritatē, id rationibus illius Regni conducere posse persuasū habebat, Itaqȝ nō alio consilia sua oīa quā ad hunc scopū dirigebat, vt quoad eius fieri posset, citra pulverem quod aiunt S· Mtas vestra Regnū Hungariæ vniuersum, sub potestatē suam subiugeret,

Neq; aliud vt faceret Mtas vra author illi semper fuit, quã quod ipa Mtas domini mei, si eodẽ loco esset, factura fuisset, ita vt sibi ipsi, quæ dedit Mti vræ, fideliora dare consilia nõ potuerit, Quæ quidẽ ex optimo et syncero animo profecta esse postea Mtas vestra cognoscere potuit, Porro qui sunt casus subsecuti, ij permolesti Mti Regiæ acciderũt, Nam cũ oia fæliciter euenire Mti vræ cupiat, longe acerbissimũ ex eo dolorẽ hausit, quod eam minime secundæ fortunæ statu vti videret, Deũ precatur vt letiora deinceps illi contingant, Nam hæ calamitates quas magnas intra paucos annos pertulit Regnũ Hungariæ non possunt nõ esse vicinis magno terrori, præcipue vero Seremiss: doia Hungariæ Regina, in magno rerũ discrimine versari videtur, Quæ neq; quemadmodũ exire ex ijs locis in quibus est, neq; quemadmodum tuto in illis comorari possit videt, Nam quoquo se verterit metus illi non mediocris impendere videtur, facile perspicit Mtas Vra per illã minime stetisse, quominus pactis satisfieret, quæ inter Mtem vrãm, et Seremiss: olim Joanẽ Regem intercesserunt, Quare quod impleta adhuc nõ sunt, cũ nulla id Reginalis Mtis culpa acciderit petit a Mte vra per Oratorẽ hunc suũ, vt bona illius cũ venia, in quorũ bonorũ possessione est, ea possideri ei tantisper liceat, dum quæ ei, quæque Illmo filio eius ex pacto debentur, ea, re ipsa præstita fuerint, Quę illius petitio et honesta, et æqua cum sit Mtem vrãm Seremiss: quoq; Princeps meus, vt illi locũ dare dignetur, Neq; eorũ bonorũ nomia quæ possidet in Hungaria quicq̃ negocii Mti eius exhiberi permittat Quo quidem pro ea coniunctione, quæ nũc minime pęnitenda accesione aucta est, facile se Mtas domĩ mei, a Mte vestra impetrare posse confidit, Cum enĩ filia S. Mtis vestræ, eadem Sermi quoq; domĩ mei filia sit, neq; secus ab illa habeatur, consentaneũ esse videtur, vt quã habet in Regno Hungariæ filiã quoq; Sermus doiis meus eã et Mtas vra filiæ suæ loco habeat, neq; afflictę viduę addi afflictionis aliquid patiatur, sed eã tuenda

pocius et propugnanda suscipiat, Qua quidē re cū Dei sibi gram demerebitur, qui vnicus viduarū atq pupillorū adiutor et defen: sor, tum Serniss: dom meū, domūq illius omnē, ita sibi deuinciet, vt ad vetus illud studium quo est erga Mtem vram permagnus sit cumulus accessurus, Quin de ipa etiā trā Transiluaniæ pre: clare Mtas vestra merebitur, Ita enim affirmare multos au: dit Serniss: princeps et dominus meus si sit, ea presentia Mtis Reginalis destituta, minime ab incursioibus Turcarū eā liberā fore, ac periculū esse nō mediocre, ne cicius opinione multorū in corū ptatem perueniat, Quare vel huius periculi propussandi causa decere videtur, eo vt sit aio Mtas vra, in suorū vt pocius, q̄ in Chrianī noīs hostium ptate, tam insignē hanc promīciā Mtas vra ēē velit
Comendabit etiā Orator nr causā Illustris: dnī Ducis Prussiæ, et ro: gabit Regiā Rom: Mtem quandoquidē ordinis Theutonicorū ad: ministrator ex hac vita decessit, dare velit operā, Mtas eius ne quis ali' in locū eius sufficiatur, aut si sufficiēdus sit aliquis, vt extrahatur istud negociū, dū Comissarii de iure trarum Prussiæ cognoscāt. Denique quacūq fieri poterit ratione prouideri dignetur Mtas e: ius, ne quid aut Duci, aut tris Prussiæ negocij exhibeatur, Quādo: quidem earū trarū proprietas et dominiū ad liberas Mtis eius et Deo bene iuuante ad Nepotes etiā olim pertinebūt, Quorū quieti et trāquillitati consuli a Mte eius æquū esse videatur, De Magco q̄q Pallatino Russiæ diligenter aget, vt quę illi hereditas obuenit, eam cernere queat, Tum et Schilingorū causā de qua tocies ad Mtem eius scripsimus comēndabit,
Rogabit etiā Mtem eius diligenter, vt q̄d per lras, et per Comissarios qui S. dnam Elizabetā filiam nrām Chariss: huc adduxert, antea petiuimus Petrū perenni in gratia receptū ē custodia in qua est dimittē velit quo ad eius absq rerū suarū detrimēto aut periclo facere poterit, Generosi quoq Seuerin Boner Castell Biecen ne: gociū quod est cū Generoso Joanne Thursone de peccunia credita, Mti eius comēndabit, nostro nomīe diligenter,

EPITALAMII SERENISSIMO REGI POLONIE SIGISMUNDO AUGUSTO, A CLEMENTE IANICIO POETA LAUREATO VITA IAM FUNCTO, SCRIPTI, EDITIO POSTHUMA

IN AQUILAM REGIUM INSIGNE

Tetrasticon

Armigeram volucrem spectas rectoris Olympi;
Hæc fugat aduersos, cōgregat atq; suos,
Multa virūm volitans dat fortia corpora leto:
Hac miles trepidans, hac duce tutus erit,

Rmo in Chro patri et dno dno Samueli Maczie-iowski Epo Plocensi regni Poloniæ Procancellario domino suo clementissio Ioannes Antoninus et Augustinus Rotundus P. S. D. et perpetuam seruitutem suam commendant

Cum lucubrationes Clementis Ianicij perlustraremus, quarũ nos hæredes testamento, quod eas solas opes haberet, reliquit, incidimus in Elegias duas, quas ille Epithalamiorũ in Augusto hoc Augusti Regis cõnubio vicem obtinere voluit, quæ quãuis vtraq alio argumẽto, quã de nuptiarũ solennitate explicanda, scriptæ appareant, nec ex illa inueniendi ratione vsitata constent, qua vel Cupidinẽ, vel Venerem, vel aliũ Deũ Deamue Nuptias procurare inducunt poetæ, vel prolixæ pompas, festa, ludos, solennitates, ac omnẽ rem gestam, Nuptiarũq apparatũ describũt, tamen fecisse hoc alios veteres poetas legimus, vt soleant ab argumento instituto, in aliud non sine venusta digressione delabi, et ad institutũ deinde, vbi expatiati essent, reuerti, Et nos certo scimus Ianiciũ nrũ, quod se moriturũ intelligeret, priusqũ Nuptias istas oculis videret, nam et præsagas præsciasq mentes Poetarũ esse referũt, et ita ille vires tũ fatigatas et fractas diuturno morbo habebat, cũ ad scribendũ Nuptiale hoc carmẽ animũ appulisset, vt omnino sibi cito esse moriendũ præuideret, pompam, solennitatem et rem gestam, quæ nõ erat visurus consulto ommisisse, verum id quod futurũ sperabat, amplissimũ, amplificandũ et exaugendũ sumpsisse, Sciebat enĩ Serenis: domin Regem Seniorem, ex charissimi sui filij Nuptijs ex charissimæ Nurus conspectu, quã illi, et alia omnia corporis animiq dona, et sanguinis propinqua coniunctio, Nepotũq ex illa suscipiendorũ expectatio, cõmendaret, ingens gaudiũ, ingentemq voluptatẽ percepturũ, hoc gaudiũ, hanc voluptatem, ille est carmĩe prosecutus, et ad reliquas fælicitates, in quibus perstringendis Elegia prima consumitur, hanc fælicitatẽ ex nuptijs filii cõceptam annumerauit, Sciebat nihil Serenis: filio suo statutum

magis esse, quam vt Serenissi: parentis vestigiis ad easdem faelicitates, quibus imbutu parente senectam iucundam, transigere videt, peruenire queat, ad quam imitationem duo illum in altera Elegia hortatur, ab argumento nuptiali discedere maluit, quam ea quae nondum vidisset ante tempus tractaret, praesertim cum licere sibi id facere arbitraretur, Dignas itaque putauimus, quae temporis huius celebritatem Serenissimorumque Principum nostrorum memoriam, immortalitati consecraret, non enim dubium est Jamicii nostri poemata immortalia futura, Tibi autem illas amplissime Praesul, mortuo authore, dicandas statuimus, et quod es vtriusque nostrum communis patronus, et quod meminimus te prae caeteris omnibus a Ianicio religiosissime obseruatum et cultum fuisse, cuius rei testimonio sunt libri duo, tristium, quos sub auspicio tuo in lucem aedidit, et Elegia ad te scripta, vt omnino sit nobis certum persuasumque illum si vixisset, non alio preter te patrono in hac lucubratione aedenda vsurum fuisse, Quin et illud accedit, quod vnus nobis extare inter multos videris, qui ingenia bona et doctorum monimenta ames et chara apud te habeas, vt hoc ingenii illius vberrimi pignus merito charissimum et iucundissimum apud te sis habiturus, Magno quippe haec illius lucubratio constat, nam in grauissimo suo morbo, ita ei intentus erat, vt propemodum pro confesso sit, mortem eum sibi, quod valetudini non parceret, accelerasse, Optamus vt Deus te tuis nobisque omnibus diu seruet incolumem,

Ad Sigismundum primum Polonorum Regem

Diue senex, ô Diue senex, Rex optime Regum,
Quos hodie vasti circulus orbis habet,
Nunc cape fælicis solacia magna senectæ
Hoc animi rugas tempore solue tui,
Illa dies venit, tacita quam sæpe petebas
Diuos, et tecū nos tua turba, prece,
Augusti sacratus Hijmen, Hijmeneus amoris,
Numen, init dextra regna Polona pede,
Est quod agas superis grates hoc nōie, quamuis
Nominibus multis non minus est quod agas.
In te magna sui statuere exempla fauoris,
Vix isto qui te vincere possit habes.
Non multis tribuere hominum, tribuere quod vni,
Prisca licet repetas tempora mente, tibi
Et quia leticiæ lux hæc est sacra, nouisq;
Cantibus, in turba letus et ipse canam
Dona canam á superis in te cogesta: sed istud
Dum facio, vultu, pectore, fronte, faue.
Non vt adulator de te cantabo, putamus
Debere á Musis hoc scælus esse procul.
Sed memorare libet Diuum benefacta, Polonis
Quæ per te fundunt accumulantq; tuis.
Prima venit immerūq; petit sapientia, qua te
Sic superum illustrat, ditat, obarmat, amor,

Vt si nihil aliud missum tibi cœlitus esset
Muneris, ô quantum muneris vna foret,
Vna trahit secum quicquid quantumq; bonorū est,
Vna satis Ducibus, Regibus vna satis,
Viderat id Salomon, cui cum nimis ampla daretur
Optio, quæ vellet poscere dona Deum,
Sit mihi semper, ait, præsens sapientia, per quam
Iusticiæ rectum currere detur iter.
Quod peciit tenuit, tenuite quoq; cætera, quamuis
Non peciit, votum sponte secuta suum.
Victor in hoste fuit vario, ditissimus idem,
Clarus in extremi finibus vsq; noti.
Subiectis charus populis, vicinia et vrbes
Hunc stupuere, aliquem non secus atq; Deum
Hoc dabat illa sibi quam dono acceperat: hoc dat
Et tibi: dat paribus teq; vigere bonis.
Victor in hoste venis vario: delubra tropheis
Quod satis ostendunt nr̃a referta tuis,
Te toties sensere Getæ, toties q; quid esset
Prædari damnis edidicere suis,
Ossa lopusneum visnouicinumq; per agrum,
Et cleciun faciunt hanc mihi sparsa fidem,
Sensere et Valachi, quorum, quem vidit in alta
Nester aqua, testis sanguinis esse potest,
Testis Obertinus grauior nouitate, quod eius
Gentis adhuc tinctum sanguine gramen habet,
Hic tibi, lux patriæ, vicit Tarnouius, idem
Maxima gradiui gloria magna togæ
Ausus in innumeris inducere signa Phalanges
Paucula, et inuicta spem superare manu,
Vt documenta daret Ducibus, virtute virorū,
Quam numero melius maxima bella geri,

Hæc eadem quamuis et tu documenta dedisti
Cum Basili magnas vis tua fregit opes.
Hic erat (vt discat veniens de carmine nrō
Posteritas, olim si mea scripta leget)
Moscorum, quam lata patet gens illa, Tyrannus,
Militiæ dubiū clarior anne domi?
Regnandi cupidus Lithuna per arma per vrbes
Et fieri gemini Rex dominusq; soli
Spem dabat hanc, odio in patria stimulante, Michael
Transfuga, et ad tantum sollicitabat opus.
Ergo suos capere arma iubet, capere frequentes
Arma: suū sequitur gens numerosa Ducem.
Ducit, et ad quasdā Lituani nomīs arces
Pergit: in ingentem cuncta trahitq; metum,
Jamq; Borÿsthenias sua castra locarat ad vndas
Occurisse sibi cum tua Castra videt,
Flumen erat mediū: subito confligere per quod
Non datur, et pronos Phæbus agebat equos,
Nox ruit, inuoluitq; diem, per cuncta quietem
Diffundit placidā compita, rura, domos,
Set non per nostros equites: ÿ nanq; natatu
Traiciunt medias tempore noctis aquas,
Hoc faciunt pedites, quali tum sponte dabatur
Sublica lemborum plurima functa vicem est
Scisse putant hostem, sed nō curasse tueri
Ripam: Sic paruam temserat ille manum,
Vt simul ac foret orta dies captiua flagellis
Agmina nrā ageret, sic sine cęde domū.
Haud aliter quam cum pastor sub ouilia lento
Vimine morigeras pergere cogit oues
Non ita Coelitibus visum est, odere superbōs
Quod tibi res illo est testificata loco

Nam simul atq; dies fælici effulsit ab ortu
(Natalis Mariæ virginis ille fuit)
Signa canunt, coeunt acies, fugit hostis, acervis
Cæsorum premitur, sanguine stagnat humus.
Quid memores captos proceres, quid signa, Ducesq;
Coniectos servas in sua vincla manus;
fama volat facti terra vulgata per oēm,
Quæ magnum Europæ nōie nomen habet.
Tunc etiam decimū fautori egisse leonem
Roma refert grates per sua templa Deo,
Collibus in septem lætos repetisse triumphos
Et festos aliquot continuasse dies
Hoc fecère alii Reges, Christi arma professi
(Conflictus tanti nomīs ille fuit)
Quem dum nequicquā vlcisci gens victa laborat,
Illustrat titulos congeminatq; tuos
Auspice te si quidem, quod septima computat æstas
Stelligeri gladio tot periere Ducis,
Millia Moscorū, vt dubium res vera putetur,
Cum Starodubeas cepit et vssit opes
De Prussis taceo, Princeps invictæ, subactis
De nigræ imperio prætereoq; Crucis
Nil Alberte tua de conditione loquemur,
Carminibus lædi ne videare meis
Hoc tibi gratabor tantum, quod avunculus idem est
Qui victor, terræ qui dominusq; tuæ
Fælices, isto quos sub victore locavit
Bellona, illius ferre deditq; iugum,
Qui victis pacem indulget, quam propter et vnā
Arma movet, quoties scilicet, arma movet,
Hanc gladio solamq; petit, solamq; tuetur,
Hanc propter solam plurima bella movet.

Ecce silent Mosci, Valachi, Turcaeque Getaeque
Tot bellis pax est parta Polone tibi,
Pax tua rura colit, pax laetis errat in agris,
Dives securum flore revincta caput,
Quaeque latrocinijs loca quondam infesta fuerunt,
Ire iubet tutis mercibus, ire rotis
Sic opibus patriam mirandis ditat et infert
Nostro fortunae munere cuncta solo,
Qua iam parte boni nullis concedere terris,
Gentibus et nullis, Vandalis ora potest,
Quod licet omni alio mirari tempore detur,
Hoc tamen in primis tempore cuique datur,
Cum celebrant, Rex magne tui connubia nati
Et proceres, et plebs, et simul omnis eques,
Omnia collucent auro, fulgore metalli,
In subiectam oculi deijciuntur humum,
Multus onyx radiat, radiant per cuncta piropi
Quique timet Chalybis vulnera nulla lapis,
Totque amethistorum Beryllorumque videtur
Ignibus incendi nox quoque posse mihi
Nec saltem splendentque viri splendentque puellae
Undique, sed fulgent esseda, fulget equus
Diviciis ingens, quamvis ingentior armis
Ille erat, allatum cui diatema Duci est,
(Non auditus honos) allatum Caesare ab ipso,
(Iste Nepos primi Caesar Otonis erat)
Diviciis ingens Casimirus, et ille merenti
Patria cui Magni nomen habere dedit,
Sed populus sub utroque fuit pannosus, et unus
Orbe alio vectas fiscus habebat opes
Nunc passim in vulgo videas quae tempore primo
Non nisi magnorum dona fuere Ducum,

Nec loquor id, quod opes in sūma laude locari
Posse putem, summis æquiparemq; bonis
Ferro nō auro nomē quæsiuimus, aurum
Hoc ipsum ferri nunc retinemus ope:
Sed quia cōmemoro, quæ Dii dant munera nobis
Per te rebar et hac parte silere nefas.
Nec veterū ratio morū mutata sileri
Pulchrior et sub te Principe facta, potest
Fecisti, solers neglecti cultor vt horti
Omnia qui cultu cōmodiora facit,
Mitigat agrestes meliori palmite truncos,
Plantarū mutans insitione genus
Barbaries vetus illa tuis procul exulat oris,
Ad con sanguineos estq; reuersa Getas.
Bella prius tantum, cæsim punctimq; ferire
Vincere, terga sequi, Sarmata doctus erat
Nunc bene nouit et hæc, et nouit cætera, vitæ,
Quæ quis in vrbanæ partibus esse putat,
Tot loquitur linguis, tot magnas excolit arteis,
Siue illæ poscunt pectora siue manum
Qui sub patre tuo vixere et fratribus, istam
Ad vitā clausa si reuocentur humo,
Noscere vix possent natos, si corpoꝝ ipsos
Pene habitus etiā tempora nr̄a nouant
Sub scapulas illi tortos habuere capillos
Maior inumbrabat quem coma, pulcher erat
Pulcher erat longis cui cornibus armabantur
Falcati (res ô prodigiosa) pedes
Hæc perire, manent quæ tempus in omne manere
Vt possint, summum turba rogate Deum
Iura manent, leges florent, decreta parentum
In veteri regnant intemerata loco.

Regnant, teq; diu cupiunt sibi vivere, per quem
Despiciunt vitæ cuncta pericla suæ
Per quē creverunt, et in omnia Regna Poloni
Imperii, ramos explicuere suos
In Prussos Russos, in te Masovia terras
In Lithuane tuas, in Samagitta tuas
Tot tibi nanq; colunt populi spacia ultima cæli
Algentis, variis moribus atq; sonis.
Et tamen iis illisq; simul sic iura ministras,
Carpat ut officium nulla querella tuum
Quæ vagus in nemora evasi? quos avius erro
Per saltus? rectum quis mihi monstrat iter?
Nemo hominum: superi succurrite, quæro cupitum
Ingentis finem fessus habere viæ,
Abnuitis? quid id est? vestras ego scilicet aras,
Hic si finis erat, præteriturus eram,
Quas solido dedit argento, vestrisq; sacravit
Numinibus, Regum gloria, vester amor,
Impensæ maioris opus, quam credere possit
Qui nō signa oculis viderit illa suis,
E ligno certè viri sic alta dolari,
Aut saltem è cera fingere, sumptus erat.
Hoc unum qui cernis opus, tecum illius author
In reliquis quanta sit pietate puta:
Qui sic argēto ædificat fulvoq; metallo,
Quot credis struxit saxea templa Deo?
In quām multa tulit sacros delubra paratus?
Sacrorum famulis munera quanta dedit?
Quos statuit reditus? quo vivere Iure quietos
Iussit? quam vario protegit inq; metu?
Perge, pater patriæ: pietatis magna tulisti
Præmia, sed restant uberiora tibi

Crede mihi restant, vitam fauere per omnē
    Quæ tibi, non peius nunc tibi fata fauent,
Quódq; prius quam natus eras, te numen amauit,
    Quid faciet merito Iure dabitq; seni;
Nanq; prius quám natus eras te numen amauit,
    De tanto nasci sanguine quando dedit
Rex pater est, et aui Reges, longissimus ordo
    Magnorū, per quos stirps tua ducta Ducū.
Sed fuerint parua hæc, tibi quæ vidisse negatum est,
    Quanta datum est iuueni cernere, quanta seni;
Fratrem Pannonijs et eundem Iura Böemis
    Reddere vidisti consociata tuum
Et tenuisse duos, ætatis Iure priores
    Germanos, quæ nunc sceptra paterna tenes
Fratrem Romano tectum rubuisse galero,
    Inq; Dei geminos ius habuisse greges.
Hos gratare tibi fratres, gratare sed illum
    Amplius, in diuos quem sua Vilna refert,
Ad cineres cuius voti damnata rependit
    Salnifico grates plurima turba Deo
Sicut ad occiduæ sacra limina Compostellæ,
    Sicut apud tumulos inclyti Tybri tuos.
Nam quid ego numerem dignas te fratre sorores.
    Quæ tibi Teutonicos tot peperere Duces;
Quid generum Regem; Regemq; ex fratre Nepotem
    Turcica quem sanctæ bella dedere neci;
Quid reliquam generis sobolem quæ si quis ab illa
    Hoc quærat, ramos nesciat ipsa suos;
Fusa, velut patula de quercu funditur ingens
    Progenies, frondet pullulat inq; nouam.
Stant circum matrem prognatæ glande sorores
    Turbaq; cognatum densat vtrinq; nemus.

Frustra illam tenet sylvam numerare colonus,
Otia cum festus donat amica dies
Frustra et ego tentem sylvam numerare tuorū,
Cætera fortunæ prosequar ego tuæ.
Vidisti, quos iam perstrinximus ante triumphos
Et patriæ insolitas floridioris opes
Imperium multis moderaris sospes ab annis
Quod diuturnus adhuc vt moderere precor
Vidisti natum quod Rex nemo ante Polonus,
In titulos vngi constituiq; tuos,
Et cuncti iussu populi cunctiq; Senatus,
Delata in teneră sumere sceptra manum,
Ex illo genitos, Princeps inuicte, Nepotes,
Vt videas, restat quod tibi, fata dabunt:
Inq; parant hodie, cum magno fertur ab Istro
Ad te, fulgidior sydere virgo, nurus
Augusto coniunx; Reges paritura, Polonis,
In quibus ingentes conspiciantur aui,
Ergo beatæ senex, REX fælicissime Regum
Quos hodie vasti circulus orbis habet
Nunc cape longæuæ solatia summa senectæ,
Nunc animi rugas, nunc age solue tui
Gaudia congemina: quorum tibi iustior istis
Iam vix in terris causa venire potest
In cælis venit posthac: sed vt illa precamur
Sera sit, et nostrum te sinat esse diu

Ad Sigismundum secundu Polonorum Regem

Frena citis properentur equis Auguste, propinquat
Romani Regis filia, sponsa tibi,
Obuius exibis: sic excipienda puella est.
Sola tui partem digna teneri thori
Digna loquor sola hæc, et quód de sanguine tanto est
De quanto coniux debuit esse tibi.
Et quód ea facie est, quam paucæ forsitan æquent.
Reginæ, certe vincere nulla queat.
Nec narrata loquor, vidi, vidi ipse, Viennæ
Tempore quo pauper diuitis hospes eram,
Ibat in antiquam Stephani spectabilis ædem
Maternos virgo. quod solet, ante pedes.
Lumina sydereis æquans rutilancia flammis,
Purpureo roseas tincta pudore genas.
Progrediens ad templa patris, virguncula, donec
Casta fuit, Lædææ filia talis erat.
Singula nam quid ego pingam? mox ipse videbis
Singula, et ipse rei tu tibi testis eris
Ô fælix virgo facie, fælixqз marito
Ô sortita parem stirpe, decore parem
Non bene conferri pulcher cui posset Adonis
Non Nireus Phthÿ cura dolorqз Ducis.
Non Phryx ille puer, patria quem falsus ab Ida
In cælum rapuit, præpetis vngue, Iouis.
Sic tibi laudari sat habes hac lucæ maritu
Quamuis et semper laus habet ista locum.

Vt pulchrum est Regem virtutibus esse priorem,
Corpore sic alios exuperare decet.
Certe id in Atrida sapiens laudauit Homerus.
Non Maro in Ascanio præteriitq; suo
Cum geminę staret acies ad Pergamaproq;
Coniugę proriperent se duo ad arma viri,
Spectator Priamus populorũ Agamenona cernit,
In turba, ad Graiam sic loquiturq; nurum.
Dic mihi, quis vir hic est, mea filia, cuius imago
Conferri superis totaq; forma potest,
Esse puto Regem: non illo scilicet alter
Est oculis visus pulchrior ante meis
Quid Maro? forma alios ante omnes pulcher Iulus.
Filius et certe Regis Iulus erat
Quando igitur species non est laus infima Regum
Infima laus non est illa secunde tibi
Sint in te quamuis aliæ, quas pono supremo
Iure gradu, at non sunt temporis huius opus,
Temporis eius opus fuerint, cum nostra triumphos,
Quos victo duces hoste, Thaleia canet,
Nam duces, specimen tantæ puerile dedisti,
Progressus Chocimi rura sub vsq; rei,
Speq; tuam implesti patriam, terroribus hostem
Tale rudimentum par erat esse tuum.
Lesconem puerum tunc es virtute secutus,
Albę cognomen cui posuere comæ
Illum, militiæ cupidũ, tutela Senatus
Armati dum vult tutius esse domi
Cur, ait, ô proceres sine me properatis in hostem?
An quia nondum ætas creuit ad arma mihi;
Non hastam tenero possum torquere lacerto
Non facere imbelli vulnera vimq; manu;

Sed neq; picta hostem vexilla aquilaeq; trucidant,
Et tamen inter vos ÿs datis esse locum.
Ô generose puer, mira puer indole, nomen
Pœnorum summi dignus habere Ducis
Qui pater Hesperium dum fulminat ante Saguntũ,
Sub patris imperio Tÿro nouennis erat,
Hunc Augustæ æquas animo, successibus olim
Vinces, adstabunt fata paterna tibi.
Cuius nomen habes, illius cętera habebis,
Hæres in cunctis dotibus eius eris.
Eius eris morum, virtutum, pectoris, eius
Exemplum ante oculos si tibi semper erit.
Cætera Romanis patrum simulachra suorum
Proposita, in clara luce, fuere domi
Vitro includebat curata cadauera, ad omnẽ
Ætatem, Pharii posthuma turba pris,
Sic vt imaginibus contemplarentur in illis
Assiduæ vitæ facta viamq; suæ
Indeq; sancta leui traherent præcepta iuuentæ
Disceret authores quisq; referre suos
Ïs tibi nihil opus est cęris, vitreoue parente,
Viuum quem referas, quemq; sequaris, habes
Aut etiam vincas, si vinci fatus ab vllo,
Quantũ æquare foret, laus nimis ampla potest
Á te si poterit, non indignabitur, æquo
Tantam animo patrius rem patietur amor,
Maxima dum iactas Macedo tua gesta Philippe
Vltima sermonis vox erat ista tui
Non potero factis vinci, si vincar, ab vno
Vincar Alexandro, quod tamen opto, meo
Nimirum norat sapiens Rex ille, creari
Maiorem magno posse parente virum

Nec sua spes illum lusit: nam tota Philippi
Graecia, Alexandri totus Eous erat
Et te quis sperare vetat maiora paterna
Laude? Deus quod ad hanc addere possit habet
Tu modo iusticiã colito: dos vnica Regum
Est ea, nec summo gratior vlla DEO
Sacrorũ tibi sit nihil cura antiquius: illa
Summa tuis in auis: in patre sũma fuit
Iudicij teneas recti moderamen: apud te
Sint sua praemia virtuti, paena malis
Sit nullo tibi turba loco, quae perdere tantum
Nata merum est: Veneris gloria, ventris amor,
Omnis adulator: scurrae: suasorq malorũ,
Occursum trepidet defugiatq tuum
Sunt alij: totum per quos cũ laude fauorem
Diffundas, digni per tua Regna viri
Sunt et quos patriae titulis et honoribus ornes,
Consilijq loces per loca summa tui
Aspice Podolici custodes limites: illum
Infestum Scythico iugiter hoste locũ,
Inuenies illhic aliquem, qui iure voluptas
Dimidiumq animę debeat esse tuae
Qui vitã duris omnẽ transmisit in armis
A patre nõ blando missus in arma puer
Non intra plumas iuueniles perdidit annos,
Non intra moles, serrica dona, thoros
Cui somni faciles in gramine, terra cubile
Attalicũ, lectus penula, semper erat.
Balnea, deiecti ruptis ẽ nubibus hymbres:
Sicca ceres, epulae: fluminis vnda: merũ,
Cantores, litui atq tubae: glomerare choreas,
Hostibus horrificas conglomerare manus

Cui spolium prędaeq; placent ex hoste petitæ,
Non e vicino pauperiore domi
Vivere qui didicit parvo, mediocribus uti,
Purus avaritia luxurieq; bonis
Talibus insenuit qui moribus, inter agendum,
Si mandentur ei publica, qualis erit?
Non bello pacisq; bonus? nō protinus unum
Hunc in utroq; Ducem semper habere potes?
Quis melius bellum, qua sit ratione gerendum,
Consilium, quā qui gesit et ipse dabit?
Ducere quis melius, quis castra locare docebit?
Quo pugnam arripias tempore, quove loco?
Exemplis in cuncta suis momenta feretur
Nesciat historicos ut bene Graie tuos,
Non dicet, sic hoc aut illud fecit Ulisses
Sed, feci toties hoc ita, dicet, ego
Iam pacis quis erit sanctæ vir amantior illo
Qui belli varias comperit esse vices,
Et dubios casus? idem monstrabit honesta
Qua pax confieri conditione potest
Quove fovenda modo quo sit retinenda videbit,
Aut, qua, si sit opus, reycienda via
Tempore pacato meditari bella iubebit,
Atq; in laudatis otia rebus aget.
Tunc exerceri pubem, tunc ludere in armis,
Ædere pugnarū tunc simulachra, volet,
Educet turmas, faciet concurrere structis
Ordinibus, ludent, hinc eques, inde pedes,
Antiquum referet morem Lacædemonis, et quem
Servabat pacis tempore Roma domi
Tractabunt hastas iuvenes, non pocula: discent
Casside, non molli cingere flore comam

Instituti quis enim sub tanti voce magistri
Nolet, honoratus quem sua vita facit;
Qui propria virtute alijs virtutis amorem
Incendit, factis extimulatque suis
Sed neque Podolico tantum quaerendus in agro
(Plura latet virtus per loca) talis erit.
Rura colunt tales multi, venerantur aratrū,
Et misera viuunt ambitione procul:
Illius similes, quem sumere magna secures
Roma suos fessos cōpulit ante boues.
Quere modò, inuenies: oculos aduerte, videbis.
Certe oculis Reges acribus esse decet,
Quaesitos simulac inueneris, adde tuorum
Ad numerum, inque tuo limine semper habe
Sic tibi florebit Regnū, sic gloria surget
Sic referes magnos vel superabis auos
Sic te nō tantū praesens mirabitur aeuum,
Lux quoque longa tuae posteritatis eris
Sed tu quando geres titulo signanda perenni
Dignaque quae nunquā deleat vlla dies
Sit doctos tibi cura viros adamare: Iagello
Illorū vester magnus amator erat
Fama per hos rerū crescet, vinetque tuarū
Immortale per hos nomen habere potes
Quicquid ages, scribent: totum se fundet in orbem
Laus tua, in aeternā non moritura diem
Quanta putas Lachus, nostrae dux gentis et author,
Militiae quondam gesserat atque domi;
Quanta pater Cracus; magna arbitror: et tamen illa
Omnia sub tenebris nōne sepulta iacent;
Cur queso; quia sunt nullis celebrata libellis:
Tunc puto, qui posset scribere nemo fuit,

At veteres Graij viuunt, cantatur Achilles,
Viuunt, ad Troiam qui cecidêre Duces,
Romani reges, Medi, Persæq[ue], legentur,
Incolumis mundi machina donec erit
Quam bene Amyntiades ig[itu]r, dum concutit orbem,
Proterit atq[ue] armis obuia regna suis
Dicitur Historicos secum duxisse Poetas,
Mandarent chartis qui sua gesta suis.
Hæc quoq[ue] Scipiaden cur sit per magna seculus
Ennius inuictum prælia, causa fuit,
Quid de Mathia dicam (si forte requiris
Et noua) deflecte Principe Pannoniæ
Quidue Sigismundo de Cæsare, cuius ad unum
In vita vulgo iudice, crimen erat
Quod tanto doctos complectebatur amore
Quanto sollicitus pignora chara pater
Hos in præcipuis semper numerauit amicis
Hos lateri voluit semper adesse suo
Clamabant Proceres: turpe est tibi maxime Cæsar
Tantopere addictum talibus esse viris
Quales parua domus gignit plærumq[ue] parensq[ue]
Lactat in obscuro nõ opulenta loco
Cæsar ad hæc: Quos ingenio natura Deusq[ue]
Præposuit vobis præposuitq[ue] mihi
Hos ego præpono cunctis virtutibus illos
Æstimo, natalem quid mihi scire locũ
Ô dignam vocem Romano Principe, dignam
Cæsare dignam auiæ progenitore tuæ.
Hoc tibi succuret quoties Auguste, reuoluas
Mente, fuit cuius vox ea, vir quis erat.
Nempe Sigismundus: Rex: Augustusq[ue] tua hæc sunt.
Nomina, cuius habes nomina, facta refer

Pieriis hoc esto viris, fuit ille quod olim,
Illum quod decuit, nec tibi turpe puta
Sic tibi coniugium DEVS et pia fata secundent,
Leta boni thalamo concinat omen auis
Sic tibi nascatur qui te pulchro exprimat ore,
Te simul et magnum noie reddat auum
Quem videas, quod te genitor viditq videtq
Possit et vt multos quaeso videre dies,
Rex Regem, sceptrum gestans tua sceptra gerentem,
Consortem Imperij participemq tui
Dii nostras audite praeces pro Principe supplex
Hoc vos tota rogat terra Polona suo
Munificos, faciles, hilari bonitate, benignos
In populum hac sacra vos decet esse die.

Instructio ab Isabella Hungarie regine ad Ferdinandum regem data Antonio Vra: nō Preposito Transilvanen̄ in Aprili 1543

In primis absoluta salutatione, cōmendatione, et omnis boni precatiōe dicat, Mag.cum Casparem Seredij noīe Regiæ Mt.is an festū Natiuitatis domīi in Transijluania ad reginalem Mtem venisse, quē cū eius Mtas ita subito, vt ille optabat, propter absentia Consiliariorū audire nō potuisset: par: namq mora ad hanc rem, donec Consiliarii aduenirent, Reginalis Mtas ab eo sibi dari postulasset ne rogatus quidem hoc officiū eius Mti presta: re voluit, sed prius discessit quam aut mandata Mtis regiæ reginali Mti referret, aut eius Mtis ref-ponsū ad ea expectare voluisset.
Cætera de Seredij addat Orator qua violentia seruitores eius in hoc regno vsi sunt, et quid in Comitiis regnicolæ de ipso locuti sint.
Nouissime vero miserat Mtas regia egregium Paulum Bornemyzam Secretariū suū ad Mtem reginalem, discere ab eius Mte cupiens extra tractatus cū ipso domino Seredij habitos, nunquid amplius reginalis Mtas a Mte regia fieri cuperet. Et quamuis reginalis Mtas rem per: necessaria esse iudicasset, vt dudū antea Mtem regiā per nuncium conuenisset, tamen cum reditū Mtis regiæ ex Germania breui in Au: striam futurū esse speraret, eaq cōmoditate in mittendis ad Mtem regiam Nuncijs eius Mtas vti vellet, moræ istius impatiens, quum et magnitudo rei, et status temporū varius admodū et periculosus, id ab eius Mte exigeret, Oratorē suum ad eius Mtem, etiam ad longissima loca, mittere non dubitauit.

Refferat itaq Orator Reginalem Mtem freta singulari erga se regiæ Mtis clementia, ne nunc quidem aliud optare quam quod cum salute regni dignitateque regiæ Mtis, et honesta statu eius Mtis suique filii chariss: esset coniunctum: immo parata et antea etiam de iure suo multa concedere, modo tempestiue iuribus Illmi filij sui fuisset prospectum, hoc quoque eius Mtem in animum induxisse, vt plus semper apud se beneficii et æquitatis ratio ab eius Mte expectata valeret, quam dolor, quantumuis grauissimæ iniuriæ.

Et licet magnam vim, magnam necessitatem, magnam denique possideat religionem illa affinitatis coniunctio, quæ benignitate Dei inter ipsas intercessit tamen tempus ipsum multo magis Mtem regiam ad eam hortari debet, quæ sine magna reipublicæ Christianæ iactura nec in totum negligi possunt, nec cum aliqua cessatione differri, vt eius quoque Mtas saluis adhuc rebus, integro regno potiretur, Et hoc quoque, quod Mtas regia in restituenda hæreditate paterna cum filio reginalis Mtis faceret tum amore erga reginalem Mtem, tum etiam perpetua erga rempublicam Christianam voluntate, et sedulo et diligenter facere videretur, Quæ propterea tam diligenter reginalis Mtas Mti regiæ inculcare studet vt si quid deinceps contingeret, quod rebus iam cœptis impedimento foret, id nemo reginali Mti merito tribuere posset: Cuius omnis ratio, actio, et cogitatio, totum denique vitæ institutum nihil aliud fuit, nisi constans, perpetua fortis, et inuicta defensio reipublicæ Christianæ.

Quapropter reginalis Mtas rogat iterum atque iterum regiam Mtatem vt cum reginalis Mtas præter æquum et iustum nihil a Mte eius petat eam cogitationem de eius Mte suscipere dignetur, in qua et voluntatem suam Mtas regia erga reginalem Mtem eius Mtis sororem viduam declararet, transactiones quoque illas cum Serenissimo quondam principe domino Joanne rege Hungariæ etc domino et marito eius Mtis chariss: piæ memoriæ initas, in possessiones paternorum bonorum eius Mtis filio restituto plenissime confirmaret :-

Legatio a Regina Hungariæ Isabella ad Sigismundu Regem Poloniæ Antonio Wrantio Præposito Transiluanieñ data.

In primis salute et comendatioe premissa, eius Mti gratulabitur de fœlicibus nuptijs filii Seremis; Deinde dicet Reginalem Mtem Hungariæ filiá suæ Mtis obsequentissimá, post misericordiá DEI, qué solú sibi protectoré cóstituit, neminé habere ad quem confugiat, aut cuius opem imploret, preterq̃ eius Mtem Seremis;

Dicat præterea esse suæ Mti ex reliquiis seruitorú Seremis: quondá fœlicis memoriæ regis, ac domini et mariti sui, paucos aliquot bonos et fideles viros, quorum opera hactenus in suis in regni illius rebus vsa est, ysq; licet animus ad optima quæq; facienda, et ad augenda eius Mtis dignitatem non desit, facultas tamen, quæ imprimis necessaria esset, in eis desideratur

Eorum itaq; conatui ac bonæ voluntati iuuandi Mtem Reginalé, si auxilia Seremis: regis Poloniæ non accesserint, facultas Reginali Mti in eo regno permanendi nulla erit: immo et defectioné veretur eorum cum se ad defendendum impares esse cognoscat
Ob id perseuerare eius Mti in eo regno propt tot mala imminétia vt tutum non erit, ita ad exeundu ei incerta se offerunt omnia, Vbi nec locú vllum, nec vllam sedem talem habeat, in quæ certo et tuto possit consistere, Itaq; in re non tam suæ q̃ Illustrissimi filii sui causa vehementer mouetur,

Porro nos inquit, vt nrãm conditiõm facile contemnere possemus, ita curam huius sine graui culpa abycere non licet: et quo in nos ipos sumus negligentiores, hoc in iuuando isto puero diligentiores esse debemus, ne puer regius, puer innocens, noster, inquit, filius, nostra opera, nris deniqꝫ negligentia, ad extremam, non dico, paupertatem, quæ in maximis etiã viris sæpe laudata fuit, sed ignominiosã rusticitatẽ perueniret,

Itaqꝫ dicat postremo, quum Serᵐᵃᵉ dnæ reginæ, ac suo Illᵐᵒ filio nõ aliunde ꝙ a Serᵐᵒ dnõ Rege Poloniæ spes omnis reliquæ vitæ sit expectãda, Mtatem eius Seriss: vt patrem charissimũ et colendissimũ rogat et obtestatur, ne se ac filiũ suũ Illᵐᵘᵐ penitus neglectos habeat, sed ita pro eorũ conditione et statu apud Imperatorẽ Turcarũ laborare velit, Eamqꝫ pacem cũ Serᵐᵒ dõiõ rege Romanorũ dignetur componere, ne aliquid ex ea illi et filio suo, ac etiã regno periculũ sequatur, Pro qua pietate Mtis eius Sereᵐᵃᵉ erga se et filiũ suũ, Deũ precatur vt ei omnia concedat, quæ ab ipso in rebus suis maxime sibi contingere optabit :~

Legatio ad Sigismundu Regem Poloniae a Consiliariis regni Hungariae Antonio Vrantio Praeposito Transsiluanen. data.

SEremissima Maiestas Poloniae, quum per egregium dominu Joanne Kallaij noie Consiliariorn regni Hungariae, pro ferendo praesidio huic regno requisita fuisset, respondit eius Mtas, propter faedera quae cu Imperatore Turcaru, et Seremiss: dno Rege Roman: habet id eius Mti integrum non esse, ne faedus hactenus sanctissime seruatu per hoc vtrinqz violare videretur,

Domni itaqz consiliarij respondent se nihil eiusmodi ab ipa Mte postu: lare, quod esset con dignitatem eius Mtis, quin potius illud omnibus modis curarent, vt dignitas suae Mtis, que ex re coru quoqz esset, integra semper cu summa amplitudine seruaretur, Negare tamen no possunt, defensio reginali Mti filiae eiusqz Illmo filio nepoti Mtis suae pposita, quantu hoc tempore necessaria esset, Ad quam rem licet eis nec stu: dium, nec diligentia deesset, multisqz iam argumentis declarassent, quanti salutem harum Mtum facerent, si modo pares huic oneri sese esse viderent, quibus nunc et paupertas regni, et varium semper ac mutabile eorum ingenium, qui in hoc regno versarentur, quominus hoc praestare posset, vehementer obstarent,

Itaqz domnis Consiliariis hoc inprimis oportunu et regno reginaliqz Mti ac eius Illmo filio admodu esse viderent, si et apud Imperatorem Turcaru, et apud Seremiss: domn Regem Roman: eius Mtas sua hoc au: thoritate impetraret, vt Mtibus istis ab vtrisqz libera huius regni

possesio concederetur, fore vt interea fata ipa alia via rebus regiae Maiestatis eius Illmi filii inueniant, quod et regno vtile erit, et minori cu periculo istarum Mtatum fiet

Imperatoré itaq turcarú placare, ad statu praesentis causae domini Consiliary valde necessariu esse indicant, Sed cu res ista sine largicione munerú, quibus et beneuolentia Imperatoris et fauor, Bassarú concilietur, fieri non possit: regnuq hungariae, varys bellorú tempestatibus exhaustu penitus, suppetias ad hanc rem ferre nó sufficiat, videantq domi consiliary eius rei facultatem iniuria temporis omnino eis erepta esse, arbitrantur praeter eius Mtem, cui res ista etia ex necessitate incumberet, neminem esse qui hoc facilius, vel ppter illius aetatis summa authoritaté praestare posset, vel cui res ista propter singularem parentis erga Sereniss: filiam, et nepotem affectum maiori curae esse deberet,

Quonia aut his concordia in eu finem constituta est, vt hoies perpetuo tuti ab iniuriys aliorú viuere possent: supplicant doi Consiliary regiae Mti, vt eam pacem cu Serniss: rege Roma: statuere, sicq rem ex pacto cu illa Mte agere dignetur, vt sub illa ab Imperatore quoq Turcarú ita tuti forent, vt ingruente periculo praesidia certissima istis Mtibus ac regno non deessent,

Vbi vero Mtas regia aduentú Imperatoris Turcarú dnis Cósiliarys denunciat dicunt se scire Imperatorem, eum nunc exercitu conscripsisse quem nunq antea habuisse dicitur, Quo tamé ire velit omnino eis incertum esse, cu varie id narratur, Nam aly illú in hungariam aly ad obsidionem Viennen, aly ad depopulanda Germaniam iturú praedicant, Illud tamen quantu illi fidendú sit pro explorato habent,

Deductionem itaq Rx his Mtis eiusq Illmi filii Cassoviam, dicunt facilem quidem esse sed cum summo periculo et amissioe

q° Regni coniunctam. Cum primum enim R^lis M^tas una cum eius Illmo filio, relicto hoc regno in Hungariam concederet, regnicolae diffisi rebus suis, aut ab imperatore Principem peterent, aut eum inter se eligerent cui ultro dominium huius regni statim deferrent. Sed quod magis est verendum. Imperator, qui ad omnem occasionem praeceps est ubi R^lem M^tem una cum eius Illmo filio discessisse cognouerit, non deerunt illi consilia quibus inter se regnum hoc ab iis quibus ipse tradiderat relictum occupare posse praetendat, qua re nihil unq̃ periculosius contingeret.

Supplicant itaq; domini Consiliarii regie M^ti Poloniae, ne eius M^tas vel ipsos Consiliarios sic quasi sine capite undiq; destitutos perire patiatur, sed concedat ut tempestiue quisq; eorum honori et saluti prospiciat, seq; vel Ser^mo dno regi Romanorum, vel futuro Principi quicumq; tandem ille fuerit iungere possit ne eorum opera respublica Chriana tantam cladem accepisse uideretur, nisi enim etiam hactenus domini Consiliarii rationem R^lis M^tis eiusq; Ill^mi filii ob recordationem beneficiorum a Ser^mo quondam Principe domino Joanne Rege acceptorum, habuissent, quisq; iam dudum eam cogitationem rerum suarum suscepisset quam et utilem sibi et ad eorum causam opportunam esse iudicassent.

Sed iterum eam fortunam in amicitia Turcae experiri quam semel cum amissione et regni et fortunarum essent experti, propter vestigia fabulae Aesopicae introrsum respicientia cuncta nulla retrorsum res uidetur eis magis difficilis, q̃ ut illam in animum etiam inducere possint

Postremo dicat, ubi M^tas eius regia respondit, q̃ Cassouia Ciuitas Regia, regio puero merito debet patere, praesertim

q̃ omnes Arces et munitiones R̃lis M̃tis eiusq̃ Ill̃mi filii R̃mus dominus Thesaurarius habeat in sua potestate, dominus Thesaurarius respondet nullas hactenus ex Arcibus Ser^me Reginę eiusq̃ Ill̃mi filii in potestate sua habuisse, neq̃ nunc habere. Sed domini Castellani per R̃lem M̃tem designati nunc q̃ eas sine aliqua iniuria cum vniuersis prouentibus possiderent. Immo dominus Thesaurarius non ita pridem tres Arces Status Transsyluanicu de manibus alienis liberatas in potestatem R̃lis M̃tis tradidisset.

Responsum à rege Sigismundo pro Nuncio Isabellae reginae Vngariae datum Craconiae in Iulio 1543

Opportune accidit quod eo ipso tempore, huc D. Vra advenit, quo Sacrae Mti Regiae et à Serma domina filia, et à Rmo domino Varadien' Epo literae sunt allatae, quibus in dubiis, ac periculosis regni Transylvaniae rebus Mtis eius consilium et auxilium flagitatur. Lris respondere tutum visum non est, quod eae facile possint intercipi, quare quid Serme Mti regiae videatur, quandoquidem per tempus huc advenit D. Vra, coram illi verbis visum est respondere. Cupit Serma domina Regina à paterna Mte certior fieri manendum ne illi in Transylvania, an alio se conferendi autor sit. Si manendum erit, magna sibi pericula adeunda esse, si alio proficiscendum, fore scribit, ut de Transylvania in dubium veniat, ita utrumcumque suaserit Mtas regia, cum primis anceps futurum est et periculosum. Nam neque manere in Transylvania neque inde alio migrare tuto potest. Memoria tenet Sacra Mtas regia, semel atque iterum hac de re sibi dari consilium Sermam filiam petiisse, cumque prius Mtas regia ex ipsa Serma filia sua quae eius esset voluntas, et utrum mallet, elicere potuisset atque toties scriptis lris id à Mte illius sciscitatum fuisset, ut ab ea certi cognoscere potuisse. Tandem vero paterno affectu victam, quod videbatur tutius id se consilium dedisse, cui tamen paritum non fuit, quod Sacra Mtas regia in optimam partem accepit ita enim semper existimavit, in rebus huiusmodi, capto è re nata

consilio, melius qui ad latus sunt Mti illius quam se tanto locorum internallo disiunctam, rationibus illius prospicere potuisse. Cum presertim minimis saepe momentis, maximae fiant temporum inclinationes, atqꝫ ad subitos euentus subita eciam consilia esse oporteat. Cum vero hoc tempore multo incertiora sint omnia qꝫ antea fuerunt vt qui absunt longius, neqꝫ perinde omnia quae istic aguntur habent explorata, ii rectum consilium dare nequaqꝫ possint. Idem quod ante, videtur Sacrae Mti Regiae vt prior Sexma filia animum suum aperiat, manere ne malit in Transylvania, an tuciorem aliquem in locum se recipere. Vtrumuis eiqꝫ Mtas eius elegerit, mens futura est paternae Mti, vt siue manere, siue proficisci aliquo volet quam minimo periculo facere id possit. Faciet omnia Sacra haec Mtas, vt omnes intelligant nihil ab ea esse praetermissum eorum, quae ab amantissimo filiae parente fieri par est ad salutem illius et dignitatem tuendam. Auxilium quod postulatur a Mte eius, non modo Sexmae filiae verum etiam his omnibus qui fidem erga illam suam et constanciam probauerunt, defuturum non est, modo vt scire possit Mtas eius, qua ratione ferre auxilium oporteat. Nam si copiae ab illa expetuntur, si bellicae machinae exiguntur, videt Sexma Mtas Regia non modo nulli se auxilio futuram hac ratione Sexmae filiae et his qui operam illi suam nauant, verum etiam in extremum illam adducturam exitium. Praesidium enim maximum secundum deum, non alia in re, collocare debet Sexma filia, quam in ea amicitia, quae cum Turcarum Caesare paternae Mti intercedit, quam si quod absit, dirimi contigeret, hoc praesertim tempore, quo tantae sunt Caesaris vires et Sacra Mtas haec ab omnibus rebus est imparata non modo Sexmam filiam verum etiam et suum et illius regnum, in vltimum discrimen peruenire.

Quare si ullo unquam tempore, hoc presertim elaborandum est Sacrae Maiestati Regiae, ut non modo non offendat ulla re Caesarem Thurcarum, verum etiam suspicionem omnem effugiat. Hoc Serenissimae filiae, hoc Consiliariorum illius, hoc regni Hungariae interest, ut sit tamen aliquis, qui authoritate sua furorem Caesaris placare, et eum avertere aliqua ratione possit. Ac persuadet sibi Sacra Maiestas Regia ipsum etiam dominum Varadiensem Episcopum nunquam hoc consilii daturum Maiestati Regiae, ut hoc presertim tam difficili tempore Caesaris voluntatem offendat, apud quem habet Sacra Maiestas Regia Oratorem suum, per eum tractabit quicquid esse Serenissimae filiae suae deliberatum intellexerit, cui si manere in Transylvania constitutum erit, data iam sunt ad Oratorem mandata, ut Caesaris ab ea furorem avertere conetur. Si Cassoviam migrare volet, hoc primum curet, ut consentiente domino Episcopo Varadiensi, in sua eam potestate habere possit. Quod ubi fuerit consecuta, tum Sacra Maiestas Regia de omnibus rebus necessariis loco illi providebit. Cum et à Caesare Turcarum conabitur impetrare, ut tuto illi commigrare eo liceat, atque omnia faciet, quae ad salutem et dignitatem Serenissimae dominae Reginae ac fidelium eius Consiliariorum, intellexerit pertinere

Sigismundus Augustus Rex Poloniae. Mgco Ioanni de Tharnow Castellano Crac. exercituum regni Poloniae Capitaneo generali, Sandomirien. et Sri:gensi Capitaneo

Retulimus non grauatim Sacrae Rliae Mti singula quae nomine suo per nos dixit Sacra Rlis Mtas petiit.

Rlis Mtas ab antiquis usqz temporibus, eo semper fuit instituto, ut omnes non solum Regni, et Regis sui Consiliarios, uerum subditos et fideles huius regni omnes, atqz uram Mgciam imprimis ea qua decet gratia et clementia ut par est complecteretur, illosqz pietate et patrocinio suo promoueret semper, atqz ex minoribus faceret maximos, Cuius rei testimonia exemplaqz extant nunc plurima.

Existimauit sua Mtas, ut tot officiis et beneficiis gratitudinem apud omnes parare sibi posset. Quod uero aliam nunc opinionem de sua Mte induxerit ura Mgcia, qua omnibus iam fere Regni huius incolis, et literis et Nunciis declarauit non necessario atqz manifestum reddidit, et coram singulis contra suam Mtem multa grauatim declamauerit et questa sit.

Atqz insuper, si fama non uana est, quod ea nunc esse debeat urae Ddnis sollicitudo maxima, apud amicos et Nobilitatem Regni reliquam, ut negotia Regia, atqz illorum etiam, qui sacris Mtibus seruiunt fideliter ac obedienter non cedant foeliciter, sed difficultatibus et seditionibus molestiisqz in Conuentione plena sint prout istorum inceptorum autores et participes ipsimet, ita esse aperte denunciarunt.

Intelligere sane potest ura Mgcia, quam moleste accidant

suae Mti, suae istae erga se et suos hostilitates et contumeliae unde esse nequit, ne graviore quam velit animo ea ferat sua Mtas, quae vivae naturae non possint non offendere, et offensa non dolere.

Haec itidem Rlis Mtas meminit de rebus et controversiis eiusmodi inter se et vram Dnem saepius iam fuisse tractatum et definitum. Sed nescio quo fato rem demum non sine turpitudine ad veterem controversiam, nulla ex occasione et causa rediisse semper.

Postquam vero gratiam suae Mtis per nos ita quaerit diligenter vra Agria, grato animo istam vrae Agriae sollicitudinem accipit sua Rlis Mtas. Sed neque ex re et dignitate sua esse existimat sua Rlis Mtas secum vra Mtia quottidie novis tractatibus, novis sessionibus et concordiis pro dedecore communi obruere se quae, quae res levitati atque inconstantiae facile tribui possit. Ad quae omnia accedunt haec etiam quae in populo nunc contra suam Mtem et suos, uti fama est, instruncta et practicata expectantur.

Ad finem autem Rlis Mtas ita vrae Agriae respondere iussit, ut sine tot novis semper Conventibus, tractatibus et concordiis quottidianis, quae non cum dignitate forent nostra, velit vra Agria erga rempublicam, erga suam Mtem atque erga nos et nostros fideles servitores re ipsa talem se prestare qualem esse oporteat, bonum et integrum Senatorem et amatorem suorum Principum, prout res nunc exigit, periculosissimis istis et inturbatis temporibus.

Quod ubi ita esse re praesenserit Sacra sua Mtas, non deerit vicissim, ut vram Agriam eaqua voluit semper clementia et gratia complecteretur.

Haec sunt quae ego nomine suae Maiestatis vestrae Magnificentiae non gravatim respondeo. Sed quia indignum fore existimat sua Maiestas illo quoque tempore, vel componere vel agere aliquid cum vestra Magnificentia sine bonis et fidelibus suae Maiestatis Consiliarijs et servitoribus A. B. C. D. qui et in hac et reliquis omnibus rebus fide et servicio suo adesse solent, Sacrae et Serenissimae suae Maiestati, quos ita dereliquere non esset regium.

Iam ego quae ex voto erant Regiae Maiestatis retuli vestrae Magnificentiae parcet itaque atque boni consulat, quae meo quoque nomine pro bono communi dixero. Mi domine Castellane, post Serenissimum meum parentem, inter seculares ad vestram Magnificentiam maxime attinet providere omnia quae in rem essent, et quae in perniciem quoque accidere possent reipublicae et nobis, eoque dirigere rem omnem ne quid negligatur penitus, quod ad usum foret reipublicae nostrumque

Nemo est qui nesciat, veterem istam vestrae Magnificentiae cum domino Palatino controversiam, quam rem quantopere exercentur et declament omnes hoc quoque palam est. Nunc insuper cum domino Reverendissimo Archiepiscopo homine regni huius primo, de nobisque et Serenissimis meis parentibus, atque de republica optime semper merito ex causa, ut fertur, leui insula hostilitatem induit non necessariam, nobis molestam reipublicae periculosam, necnon utrique vestrarum Dominationum inhonorificam. Facile ego perspicio quorsum dissidia ista rempublicam possent inducere, sub his maxime turbulentijs, quae in populo Conventionibus, et domibus Nobilium divulgata iam sunt. Non credimus nos quidem adhuc haec ita ut certo feruntur esse, ubi enim eius sedicionis adversus nos indubiam et certam iam haberemus scientiam, non possemus enim adversus tales quicunque sint aliter nos gerere

quam ita ut res tanti momenti exigit, que et nos et rempub[licam] facile posset perdere. Cupimus m[agnifi]ci domini Castellani ut V[est]ra D[ominati]o Pri[n]cipis atque ab[b]atis sue Ser[enissi]me R[egia]lis M[aies]tatis, n[ost]ri q[uoque] et reipub[lic]e eam quam debet rationem habeat atque ab hostilitatibus seditionibus, et controversiis, cum his qui chari nobis sunt, deinceps se contineat, omnia enim que illis innumerato acci[d]erent, non possemus nisi ferre molestius, quod, ut et illi faciant, itidem illos admonebimus.

Sigismundo Augusto regi Polonie
Ioannes Oczieski

Naiasmieischi a Miłziwii Crolu
a panie moi namiloscziwschii

Czalunie reke Vassei Crolewskiei M[ości] z oneie pokoreie swoie etc. Barzo mi tego zal izem V. C. M[ości] na takowym mies[c]zu mieszastal, gdzie biich spolnie zich C. M[ości]ami moimi M[iłości]wimi pany mogl sprawe dacz V. C. M[ości] sprawy swei wedlia roskazania Vasszich C. M[ości]. I tego niemniei zalnie ize ku V. C. M[ości] od ich M[ości] mielilko opuszon byie niemoge dlia slussnich przizzin ale ani V. C. M[ości] dostatezznie wipissarz o tich rzezzach, o ktorich V. C. M[ość] przed nie mimo inich wielie wiedziecz nalieży, bo od rana poniedzialkowego do tei godziny niemam odpoczinienia, ani tak wielie czassu abich nad pismem sieśz mogl. Tak ich M[ości] volia iesth mich M[iłości]wich panow, bo iesth zo powiedacz, iego sluchac, oczim zab krawicz. Adai panie boze acz nie wczas, aby slowa moie ten skutek wzieli i pozitek ku pospolitei rzeczi opatrzenia, na

ktorzi się teraz wschech Rad ich . C. M. mischi sklamiaią,
slissacz tak sczasliwi bliski vpadek i zgmienie. iesli ma:
kschijm a gwinieischim spossobem i gotowoscią nisli
przedtijm, temu zabiezano niebędzie bog nasch wostat:
nią przesgkę przislo ozim wielie spiegowanija nie:
potrzeba, isz sami tego nietaią rozumieiacz że swijm
vrzedam tak dobrze postali, isz malo albo nijz na nas
się iem ogliedacz niepotrzeba. Alie wtak daliekij
wiwod zas niecziersi zaisdz, krotce V. C. M.
wedlia zasso sczierpienia zom tam będąc widział
oznaimuię.

Wziawschij Szeklussz ij Walpo za dobrowolnijm podda:
nim ij Pięczkosczoly przicziagnał pod Ostrom na kto:
rijm bilo gudzozimgow okolo 1500. Hispanow, Wlo:
chow, Niemczow, Morawczikow, Czechow, Węgier:
skich lijodzi. dlia zachowania besspiecznego, i dlia obro:
nij, bilo tesz przes 1500 krom bialich glow i dzia:
tek, zbiwszi zdział mnij i wszitek koscielnij kor,
puscził ku sztormu wponiedziałek przed Swientijm
Wawrzińczem, trwal Sztorm od switanija ku
nieszporom. Zdarzilo się bilo zlaski bozei naschijm
isz Thurki od sztormu odbili, zostalo zabitijch thur:
kow opultora Thissiącza, rannich tesz nie malij po:
czeth. a zwlascza wienczi oparzonimij. Wschodem
potijm przed Swientijm Wawrzińczem vczinuwszi
rokowanije, poddali zamek wnadzieię przissięgij
besspieczeństhwa ich ij wnadzieię ijnich obieth nijz
wielie. vczinili to bes wielkiego gwalthu a nie no:
dzi, boacz Sbolia bijl mur rowno z ziemiją po:
lozonij. alie wzamku bilo go na pultora chlopa
zwijsz za ktorem sluzebnij besspiecznie stacz mogli.
Spize wsseliakiei. liczba wielka. Dział okolo siedmdziesiath

prochv kul dostatek silnij Arkabus y inich rzeczi we:
dlia wßei potrzebij. Prawda ze iem bilo wodę odięto za
poradą iednego Hißpana, ktorij do Voiska z zamkv
bil vciekl alie mieli wina beczek przes thissiącz y
barzo dobrego bonij go dawano na Stacziją. Odebra:
no im rzeczi wssitki, imo przisięgę i slub Czessarski
konie, bron, i w więzieniįv przes kilka dnij chowano,
Przebrawschi potijm zacznieische kv sprawam woiennem
godnieische ostatkiem robili kila dnij poprzątaiącz wßit:
kie rvinij, zamieczi zamkowe etc slakcz niewolicz, bi:
cziem a sprzeciwnossemiem ischich. 60 sie otworczilo od:
prawiwschi robothę przepuszono ie za Dunai, prze:
mößsti noczą 500 iezdnijch, ktorzi ie wssitkie za
mordowali, białęglowij, dzieczi w niewolią pobrali
Tak że vczinili tym go Valpo i Söklosss poddali. Pod
Tatcę potijm sie rvssil ktora nie się tess poddala, thę
ziemię zrownal. Liczi thimi gaßi pod białem grodem
iako nadzien sczięczia Swientego Jana mial Strem
zinij z i strzelbę wssitkę zasadzicz, a kazal kaʒdemv
mięß brzemię słomij albo siana na ten dzien, go sie
do tich miast stalo pan bog to wie, wssakoss to wiem
gdij przimnie do nijch slal abij sie poddalij thedi po:
wiedzieli poslowi, onli ktolikolwiek inßij do nijch
stakim poselsthwem przijedzie, na wrocziech wissieć
ma. Alie abi to czinil nasz go bog a misl iego obrot:
czi, a oni tess wolii boskiei, Zamek Steigomski
wpięczi dnij oprawil, roskazano 200000 ijakow ka:
mienia pod mvrij podlożicz na ieden dzien przes 10000
koni swoiskich iezdnich wssitko, ktorzi mieli kamie:
nie nossić y wssitek inßij lijud zwoisk wibitho,
kv podawaniįv, gotowaniįv, odbieraniįv materiei
ieno rada a vrzędnicy w namieczich zostali. Za

dwa dnij przeniesli koszciol i klasztor, ktory wpolyu za
zamkiem bil, a ssei materiei wpirzgi dniach cziało wssitko
stanelo osadzil naspizowal, i wmocznoszi wielkiei ostawil
Most przes Dunai budwie kedi sie obroczicz ma zadnij
tego mierwie. Dalmi obietnicz nadzieie, i miodowich slow
dossicz, tak wodprawie koronnich rzeczi, iako tesz spraw
krolowei iei Mci Vengierskiei, ale pokad woła iego
potad sie to dzierzecz bendzie, i zato przirzecz niesmiem
abi to dla tego nie uczinil, izbi tim nieopatrznieisza kro:
lowa iei Mcz isinem zostal, a wespolek z ziemia Sied:
migrodzka wssitko ogarnal, y dozorowi ie bespieczensthw
krolowei iei Mci tessicz niepoczne, asz usliszę isz nich
Siedmigrodzka ziemię minal, bo wiego wiarę przisię:
ga dussa nicz inego iesth, iedno chciecz nieopatrznie zgi:
nacz. Pami boze sie tego pozal, ze y V. K. Mcz nassi Mi:
losciwi panowie, nadzieie swa wiego przyiazni wielki
zab stracicz raczyli, aiesli sie przed sie postarcemo dziac
bedzie tedi nicz inego niebacze, iedno nam pan bog ro:
zum odial abij nas skaral. bo niemasz iusz wczim
watpicz, iasmie to sam powiadaiacz isz wchieni Vassich
.K. Mci biij chcze. Pitali mię Basse odrogę od Wied:
nia do krakowa, ktora bi snadnieissa bila, a ladwiei
woisko isz mogło, iesli z Budzina zi od Wiednia. o
pozitkach skarbiech ziemskich, sposobie, powinnoszi pod:
danich krolow, oplaczich ziemow zrol etc dostatecznie
mię wspitawali iako pytaiącz gdy kto wies kupicz chcze
Szeroczniem otim wradzie powiadal, y thissiaczem wy:
wodow to vkazal, isz nam od nich upadek zo rok ma
bicz czekan. Plakali panowie przeiezchi i na marzali
isz tak iesth goracziego teraz othijm mowiacz, chczacz konie
cznie magei osobie radzicz, ale iesli z Siem przijdzie wie:
to pan bog zo za vmisl w nas bedzie. Kto bij chcial w

Vęgierskiei ziemię wyrzał go się dzieie onym ktorzy pie:
wei wielkich bogaczth y wolnoszi vziwaly prossil by
pilnie pana boga o śmierz a nie o takowi zywoth iakom
ya tego wielie widział przes krotki czas, yss sie otim
zatczi dny czasb wypowiedzieć niemogę, pogotowiu tego wi:
pissarz nieziczpi. Przeklinaią dziś przodki swe ktorzy
złą sprawą swą wtak okrutną niewolią wnisdz
maią ni zego zekamy, przez sobie dobrą nisl czini:
my

Wziawssy zadwie liczie dan z Vengierskiei ziemie kazał
spizę ksobie zwiesz, wiozą ie przes 10000 wozow,
rzatki woz, wktorymby dwanascie wolow niebilo,
wskazał że płacziez chce, ale i zwolmy i zwozini prze:
rzekam iss sie tam zostaz ma, tak iego obyczai, ktomu
się pochili, thedy dzien zadzien nowe a nowe wimisly
wynaiduie, ass wssitkę maiethnosz wissie zniędzą po:
thym ostatek pożrze.

Miałem taiemne posselstwo do krola ie° Mci starego od Ro:
sthenbasche z wolie Chessarskiei imo wiadomosz inich
Bass wktorym sie wielie zamika rzeczi wielkich ta:
iemnych y potrzebnych a na Vasse. K. Mc i vskar:
zenie i podeirzenie wielkie, skad ia rozumiez mogę, iss
iesli za wieku krola ie° Mci starego wpokoiu się
zachowaią, tedi potym wie to pan bog czo będzie iesli
iem szczeszie to sluzic nieprzestanie. Nietrzeba nam sa:
mym wielie przeczim zwady dawaz, mamy kto nas
obiegnie wadzi. Valaski a ogiez Krainę, Ali by
tess nikt niebił wadząz, tedy ich zakon i potrzeba ie
ktemu czisnie. iss tego dobry znak iesth wtym liscie
ktorym ia przismiesl, mało prossą ali roskazuią a chce
miez, iakoss mam zato że wassa. K. M. s transumptu
listhu tego wirozumiez będziess raczil, yess roskazuie

aby krol ie° M. Tatar zadnych sam nie karal ieno po:
ziмane do niego slal, a on vgnarz chcze chya wyimosz
iesth.

Item pisse iss wneth vyrzawsschi listh Czessarski mial
Przethwicza odmienicz, ichcze przedsie odmienion byl

Z Valaskim Voiewoda niechcze aby go krol ie° M. spra:
wowal albo zamikal bez ie° Confirmaryei.

Item aby iнim lyvdziem wssitkim ktorzi bili ieszcze nie:
przieczhali oprawiony bily sskody, i iako by to nieliubo
przyimowie iss im za plenipotenciey oprawiow nieiesth

Nie obchodzil sie tak z V. Mcie poki Valaskie° Voie:
wody wrzeku nie mial poki Budzimai nie wziel, poky
krewie krolewskiei wrzeku swych nie mial. To
vassa k. M. rozumiecz moze iako to przyiasn iesth
ktora za pozitkiem idzie. A vchowai pamie boze iesli
Wieden wezmie bycz mu vnas bez omiesskania nato
gardlo sadze, i powtarzam to iss mi zal izem Vassei
.k. M. nie zastal mego Milie° pana. iednak mam
niektore rzeczi, ktorich zywy zlowiek odemnie nie v:
slisczby pierwei ass V. M. rady y roskazania vziwie
Skoro sie wrocze s Czestochowei pomislie vtym abych
do Vassei k. M. dobiegl. Prossche pokornie aby V.
.C. M. mym Milivem panem bycz raczil Ex Dobro:
woda xiij Septembris 1543.

Ioannes Oczieski
Lupo Podliodowski

Vassei Mci slugbę swoię opowiedam i zalieczam moi laskawy panie Podliodowski. iakom v Mz. raczi pissacz prossacz o iakie nowiny, tak mi się da pamiętacz izem niedawno V. Mci. o nych pissal, a wssakze my niotrudno iterum toss pissacz

Z Vengier thy są nowiny za pewne Cessarz Turecki pobrawszy zamki o ktorich yuss podobno V. M. dobrze wiess iako Ostrom, Bialogrod, Tatte, Palatę, Volpę, Soklossz, y ynssich Zamkow, iedne zdradą, drugie mocą, nabrawssi niss się do domu wrocil thessą themu iss niss w Constantinopolyu do tich czassow iesth bo themu ssesz niedziel iako wonym Dalssym Bialogrodzie bil, Aiss na ten czas gdi on odciągal Voiska Crola Rzimskie° w Vęgrzech bilo okolo pultora sta thissiącz zostawil pod Ostromem Turkow 100000 ktorzi by niemczom bithwę gdi by bilo ktemu przissło stawili, Alie Niemczi niss Chcze bowie do domu się rozięchali, maią przed Zimą Seymowacz a wneth na dzien Swientego Jerzego rotymsz albo w wientssym Voisze do Vęgier wiechacz i zamkow dobywacz.

O Cessarzu Chrzesciyanskiem powiedaią, iss Xiązę Gielderskie sobie zoldowal y wziął mu był xiesthwo teoie, Gielderskie, Kliewskie, Iuliązkie, aiss themu się vpokorzil wlaskę go przyiąl y wrocil mu wssitko xiesthwo, ieno gtori miasta w Gielderskim xięsthwie sobie zostawil, tho xiąze bylo bardzo sskodliwe Cessarzowi y Crolowei Mariei, Drzierzalo s krolem Franczuskim i s krolem Dunskiem, tak tym obiema Krolyom Franczuskiemu na Cessarza, Dunskiemu

na Krolowa Maryja wielki possilek vpall. Krol Franczuski sie przed Czessarzem na Lyzgdunije zamknal i thessa temu wssithczi, izbi tam iedno Czessarz przyjechgnal thedy mu Crolia podadza. Teras sie zięchal Czessar z woiskiem krolia Angielskie^o y Porthugalskie^o, a Paris obegnal iesth nathim, aby wie^o krolięsthwie krolia Franczuskie^o naliagl. Thessa themu iss tego zalaskea boza dokaze. bo barzo sa Fraczuzowie strwozeny zholdowanijm xiazecia a mewiara Thureczka. Abowiem Barbarossa ktori byl poslan Franczuskiemu na pomoz. Niekam miasto Franczuskie spalil. Alie wnetk Andreas Doria iego classem to iesth woisko morskie rozgromil y rozegnal tak iss niemala liekkosz tam Thurczi wzieli. A Andreas Doria Niczą odial y liydzi barzo wielie pobranijch wmienoliki, wizwolil zniewoli Poganskiei. Dat. 4. Nouembris Anno domini 1543

Sigismundus Rex Polonie
Christierno Regi Danie

Semel atq; iterum scriptis l[itte]ris M[aies]tatem V[est]ram hortati sumus, atq;
etiam oravimus vt vel eorum periculorum contemplatione
que nunc ab hostibus Crucis Chri orbi Chriano maxima
impendent, aut pacem perpetuam susciperet, aut saltem
annorum aliquot inducias cum his paciscatur, cum qui:
bus bellum hab[et] indictum, neq; vero minore studio hoc
ipsum à Ser[enissi]ma D[omi]na Regina Maria postulavimus, quo
et ipsam ad pacis et tranquillitatis studium cohortati su:
mus. Sed in hunc vsq; diem num tot scriptionibus profectu[m]
aliquid nobis sit, scire non possumus. Quare iterum à
M[aies]te V[est]ra petimus, quam ad rem sua se sponte propensam
esse dicit, toties à nobis admonita, quieta consilia potius
amplectatur q[uam] bellum gerat, quod preterq[uam] q[uod] multas secum
adfert calamitates, exitus etiam eius incertus est. Quodsi
autem non posse putat se nisi armis dignitatem suam defen:
dere, ita vt ab eis discedere M[aies]ti V[est]re liceat, illud saltem
postulamus ne ita cum inimicis bellum gerat, vt amicos etiam
offendat, vt eorum à se animos abalienet. Quid enim com:
meriti sunt homines n[ost]ri, q[uod] eos M[aies]tas V[est]ra per maris an:
gustias navigare, ac frumenta sua mercesq; alias tras:
mittere non permittit, non sine magno rerum suarum de:
trimento. Nos vero cum videremus M[aies]ti V[est]re animum
eum semper declarasse, vt omnia potius ab illa amici ho:
minis officia expectaverimus, q[uam] eiusmodi aliquid, quod est
à mutua amicitia n[ost]ra valde alienum, neq; enim existi:
mare debe[t] M[aies]tas V[est]ra, ad solam Civitatem n[ost]ram Gda:
nensem ex freto hoc clauso, magna incommoda pervenire,
maiorem etiam ad bona regni n[ost]ri partem redundat.

Abundat enim ditio mea, et equester illius ordo et frumento
et pice, et canabo, et roboribus, et aliis id genus rebus
Quarum in istis inferioris Germaniae partibus ingens
est penuria quas si facultas distrahendi non datur, ut
rei numariae difficultate laborent necesse est. instat igitur
is, atque urget, ut aut quo libera eis sit in oras istas
navigandi potestas efficiamus: aut saltem alio illis res
suas deportandi, libertatem concedamus. Quod si, prius
illud praestari a nobis non poterit, ad posteriorem illam
rationem necessario confugere nos oportebit, ut de alio
eis merces suas deportandi modo provideamus. Est quod
Deo gratias agamus, cuius id nobis benignitate contigit, quod
terra Marique late nostrum patet imperium ut a Mari
usque ad Mare dominari videamur, a Mari isto, Oceano
usque ad Mare Ponticum. Si itaque Mtas vra, quod absit
precibus meis locum non datura, neque liberam homini-
bus meis navigandi potestatem permissura esset, huc ne-
cessitatis adigeremur, ut de rebus huius quibus regnum
meum abundat, alia in loca deportandis cogitare nos
oporteret, ita ut nullum deinceps populis nostris cum
vrae Mtis populis foret commercium. Nam ubi semel
alio deportare suas merces homines mei consuevissent,
non facile adduci postea possent ut in terras Mtis
vrae proficiscerentur. Quae res praeterquam quod aliquam
inter utrosque meum populos animorum disiunctionem
parere posset, plurimum etiam esset hominibus Mtis
vrae detrimenti allatura. Quamobrem iterum atque
iterum postulamus a Mte vra, ut aut sive pacem, sive
Inducias cum adversariis suis pacificatur, aut si neutrum
salva sua dignitate facere possit, saltem angustias
istas maris meis hominibus, ne clausas esse velit,
liberamque illis quo visum fuerit, navigandi cum omnis

generis mercibus ptatem concedat. Pertinebit hoc Ati Vre non modo ad mutuam nram amicitiam augendam atqz amplificandam verum etiam ad omnes regni mei terrarumqz mearum Prussie ordines sibi demerendos Datum Crac XX Februarij Anno domini 1543

Sigismundus Augustus Rex Polonie
Alberto Duci Prussie Marchioni

Illme Princeps et domine frater noster char.me Salutem plurimam. Scribens ad nos Illtas vra de negotio cudende monete, commonet nos promissi nostri, vt quod, coram ei polliciti sumus, nunc rerum suarum necessitate exigente, impetremus ei à Sermo domino Patre nro prorogationem temporis monete cudende vsqz ad Comitia Regni mei proxime celebranda. Et promissi quidem mei, nos sane memores sumus, cupimusqz vre Illti in hijs que citra offensionem Decretorum publicorum fieri possunt, pro virili mea gratifficari, sed res quam postulat vra Illtas, eiusmodi est, vt si concederetur, grauissimas querelas et clamores acerbissimos omnium Regni mei ordinum aduersum paternam Mtem, et contra nos etiam commoueret. Quererentur etenim, prout sepius queruntur subditi mei executionem publicorum Decretorum per Mtem Regiam nullam fieri, Res hec maior est qz vt à nobis et à Sermo patre nro in gratiam vre Illtis prestari possit. Decreto publico in contrarium obstante, Nihilominus tamen, nos, cum Rli Mte Mea mea charma, apud paternam Mtem effecimus vt vltra prefinitum ex Conuentus Decreto Dnie Margarete

Margarethe diem, longioris temporis spacium ad proximum Sancti Bartholomei festum producceretur. Ceteris in rebus rationibus regni mei non repugnantibus, que mee facultatis fuerint, parato animo sumus vestre Illmi gratifficari Nunc quod fieri potuit, vestra Illtas accipiat et boni ac equi consulat et de meo erga se animo fraterno bene, sibi ipsi persuadeat ac foelix salvaque diu valeat Dat. Cracovie die xv.a Junij Anno domini 1543

Sigismundus primus rex Polonie, Ferdinando regi Romanorum

Serme Princeps Quandoquidem et vicinum est nobis Regnum Hungarie ei semper hij fere prefuerint. Quibus cum artissima nobis, propter sanguinis vinculum necessitudo intercedebat, accidit persepe ut eius Regni Proceres Quoad id florebat perfugium ad nos haberent et crebris commendatitiis meis literis, ad fratrem nepotemque meum, ad ipsam etiam Mtem vestram uterentur Quibus si nos incolumi etiam tum regno deesse noluimus multominus eos in hac afflicta sua fortuna gratia mea destitui oportet. Quare cum se mea commendatione adiuvari petierint Petri Pereny propinqui quo is in gratiam M. vestre reduci posset, humanitatis non esse putavimus, huius generis literas ei negare, Quid sit illud in quo offenderit Mtem vestram. Nos quidem exploratum non habemus Sed nihil temere Mtem vestram in eum statuisse, certo nobis persuademus. Hoc itaque nobis non sumimus, ut eum culpa liberemus, verum etiam si quid erratum fortassis ab eo est, ut memor humanitatis ei misericordia

impertiat rogamus nos in honorem communis filie nrē Serenissime, simul ut ad nos peruenit, sontes omnes qui erant in custodia, educi, et liberos dimitti iussimus, idem ut de Petro Peremi faciat, Mtas vrā, et ei culpam condonet atque in gratiam suam recipiat, maiorem in modum petimus. Interea tamen à Mte vrā nihil eiusmodi postulamus quod sit cum illius periculo coniunctum. Qui potius pro sua prudentia, ita rem agat, ut Petro Peremi, ac propinquis eius satisfaciat, et nihil ipsa sibi interim incommodi arcessat. Quod si opera vrā profectum fuerit, ut qui has à nobis dari sibi petierunt plurimum eas ponderis apud Mtem habuisse intelligant, sumus hoc nomine Mti vrē debitrici atque hoc illius officium mutuis meis officijs, studebimus compensare. Declimus autem negotium Magnificis Mtis vrē Commissarijs qui eorem filiam nostram duc deduxerunt, ut hac ipsa re nostro nomine, cum Mte vrā diligentius agerent. Quo posset verò Mtas vrā cognoscere valde nobis cordi esse, causam Petri Peremi has etiam literas meas duximus adiungendas. Sed et Ciuium meorum Cracouiensium Schilingorum negotium Mti vrē saepe commendauimus, si quid profectum sit nescimus. Iterum atque iterum, ab illa petimus, quo admittat eos velit ut ad suum primo quoque tempore peruenire queant. De Magco quondam Stanislao de Sprowa Palatino Russie Mtem vram rogamus, ut que illi haereditas obuenit, eam ut reuera possent. Semotis dilationibus istis adiumento ei esse velit. Rem nobis gratam factura, mutuis meis officiis compensandam. Dat. Cracouie XXV° Maij Anno domini 1543

Sigismundus primus rex Polonie
Ferdinando Romanorum Regi

SERXme Princeps etc. Ex literis Mtis Vrae iam ad eam
allatum esse de consummato Matrimonio, inter communes
liberos nostros, Accepimus quod non putamus laetius Mti
Vrae q(uam) nobis accidisse. Neq(ue) enim fuit nobis quicq(uam)
longius q(uam) diem illum videre, quo Matrimonium istud
tanto tempore desideratum, ad optatum exitum perducere-
tur. Quod ut faustum foelix et fortunatum Deus esse
velit iterum atq(ue) iterum precamur. Recte autem sibi
persuadet Mtas Vra, non illius magis q(uam) meam
filiam Sermam dominam Elisabetam Reginam ita
à nobis amari, ut commendari eam nobis necesse nó
sit. Neq(ue) enim ipsi etiam Mti Vrae concedimus, maior
ut in illam, quam nos voluntatis inclinatione propé-
deat. Erga quam ita nos gerimus, nullum ut in nobis
indulgentissimi patris officium requiri patiamur. Sed
Sermus filius noster non minus in eam est suaviter effusus
Qui cum ita à nobis variis linguis institutus sit ut
citra interpretis et internuncij alicuius operam, omnia
illi animi sui desideria, Serma Coniunx eius, filia
vestra charissima exponere possit, visum est minime nece-
ssarium ut aliquis ad eam à Mte Vra Secretarius
mitteretur. Etsi ante à Mte Vra qui missus est
vir prudens, tum doctus nobis visus est, Tamen ut
absit etiam ille providere poterit ut nequid communi
Serme filie nostre desit, atq(ue) ut omnia cogitata sua
vel nobis, vel Sermo marito suo libere queat explicare,
cum non sit clam Mtem Vram, ita etiam inter illa
et nos ante annos aliquot, cum de Matrimonio isto agere-
tur

regeretur conuenisse, vt certus sit seruitorum Ser.me commu:
nis filie nostre numerus, extra quem nemo ei externus
adiungeretur. Qui quidem numerus cum impletus iam
sit, ab eo contractu discedi non oportere putamus. Cum
non desint etiam nobis qui non modo internuncii eius
esse, sed etiam scriptis, ea que iusserit, siue ad Mtem
vram, siue ad alium quempiam mandare queant.
Communis autem Ser.me filie nre ad concilianda homi:
num nrorum studia, plurimum interesse videatur, vt
inter eos, et non alios, versetur, quo citius linguam gen:
tis vernaculam ediscere queat. Cui nos tamen in his, sal:
tem initiis adiunximus, qui germanam etiam linguam
callerent, vt cum eis tanto liberius colloqui possit. Nõ
est quod dubitet Mtas vra, quecunque officii nostri
fuerint, ea nos cum Ser.mo filio nro cumulate presta:
bimus, atque erga Ser.mam filiam Mtis vre, amorem
et beneuolentiam nram adeo testatam esse faciemus.
toti vt orbi clara sit et illustris futura. Cum ipsa
etiam Mte vra certamen amoris erga illam libenter
suscipiemus, et quamuis alia re quam hac, nos a Mte vra
superari facilius patiemur.
Quod manu sua ad nos Mtas vra scribere non est gra:
uata in eo affectionem illius erga Ser.mam filiam, singu:
larem agnoscimus, fecissemus ipsi quoque, vt manu itidem
nra Mti vre rescripsissemus, sed etas nra ingraue:
scens passa non est, per quam officio suo manus nre egre
fungitur. Quare vt boni consulat rogamus, quod alie:
na manu respondimus. Quandoquidem vero commendat
nobis, tanto studio Mtas vra communem Ser.mam fi:
liam nram, que commendationis apud nos non eget.
Nos vicissim Mti vre Ser.mam dominam Isabellam
Regiam, non nram magis, quam vre Mtis filiam

quo summo studio possumus commendamus. Cuius res
quo in statu sint, videt Vra Mtas, à qua petimus
vt ei adiumento esse velit, quo primo quo tempore ad
ea quae illi, et quae filio eius debentur peruenire, citra
difficultatem aliquam possit. Quod nos omni vicissim
officii genere Mti Vrae, curabimus compensandum
Datum Cracoviae vltima Mensis Junij Anno 1543

Sigismundus Rex Poloniae
Romanorum Reginae

SERma Princeps et domina Neptis mea charma. Quantae
nobis cum Mte Vra amoris et amicitiae causae inter:
cedant, memoria tenemus, atque his impulsi sumus ma:
ximè, vt quae summa fuit alioqui inter nos necessitudo
eam augeri etiam magis cuperemus, Matrimonio hoc
inter Sermos communes liberos meos contracto, quod
cum deo benè iuuante ad optatum exitum perductum
iam sit, credibile non est quantam ex eo voluptatem ca:
piamus. Habet magnam vim parentum erga liberos amor,
sed hoc sibi certò persuasum habeat Serma Mtas Vra
Sermam filiam illius vel communem potius meam Do.
Elisabetam Reginam non minus amari, quam si ex nobis
prognata esset. Neque animum nos inducere posse vt
credamus plures illam à Mte Vra quam à nobis fieri.
Caeterum quod Secretarium attinet quem adiunctum
Serti eius cuperet Mtas, vt internuncium ageret.
Etsi nobis vir idoneus visus est, tamen quid opus ha:
beat Sertas eius, hoc genus internuncijs non videmus
Et nos et Sermus filius meus interprete apud Sermam
Coniugem filiam meam non egemus. Cum germanam
linguam vterque nostrum calleat qua liberè sensa sua

nobis possit explicare. Neque desunt etiam illi servitores
cum quibus in his initiis colloqui posset. Quamvis esse
hoc ex re illius videatur ut inter linguae meae homines
versetur, quo tanto citius eam perdiscere queat. Quare
ut absit etiam Secretarius hic, provisa sunt nihilominus
a nobis omnia et providebuntur etiam deinceps quaecunque
ad illius honorem dignitatemque pertinent ita ut nihil
ei sit defuturum. Hoc sibi certo potest Maiestas vestra de no:
bis et de Ser^mo filio meo polliceri. De communi vero
Ser^ma filia mea, nihil est, quod sit animo anxio atque
sollicito, officia Maiestatis vestrae et Ser^mi domini Coniugis
eius Nos illi cum Ser^mo filio meo cumulate praesta:
bimus, ita ut abesse a se Maiestates vestras, scire magis
quam sentire queat, neque magnopere patriam illarum re:
quirat. Dat. Cracoviae ultima Junij Anno 1543

Sigismundo de Erberstein Consiliario regis
Ferdinandi regenti Austriae Bona regina
Poloniae

MAg^ce sincere, nobis dilecte. Redditae sunt nobis literae
vestrae Mag^ciae quibus scribit nobis promisisse se de securo
transitu subditis meis Rossilianis in Italiam reden:
tibus, sperareque se obsequiis suis indignationem meam
in se conceptam tolli posse. Nos agimus gratias vestrae Mag^ciae,
quod nobis non gravatim gratifficatur, suspicionemque in:
dignationis meae, mutataeque voluntatis, amotam ex
animo illius cupimus. Nam non est quod succenseamus
ei, Id duntaxat nos torsit nonnihil quod in Nuptiis Ser^mi
filij mei, visa est Mag^tia vestra colloquium meum declinare.
Si quid autem dictum fuit a nobis, id animo bono dictum
existimet. requirebamus enim ac desyderabamus crebri:
orem

crebriorem cum Vrā M^tia collocutionem, cum qua no:
nulla familiariter, pro consuetudine nrā, colloqui habe:
bamus quod Vrā M^tia subterfugere videbatur. cum,
tamen hii qui noti antea nobis non erant, ventitaret
ad nos: et facilitate nrā vsi sunt. et id erat quod nos
offenderat nonnihil: q à M^tia Vrā negligebamur. Sed
id tamen negociorum magnitudini, quę tum nomine
Principis sui creabat imputamus. Certa sit M^tia Vrā
nihil fuisse, esseq3 indignationis contra illam nrę, qua
de pristina nrā erga illam beneuolentia, bene persua:
sam esse volumus. Illamq3 optimè ac diutissime valere
optamus Cracouię iij Junij Anno domini 1543

Bona Regina Polonię
Ferdinando regi Polonię

Ex litteris, Jex Joanne Marsupino Secretario cogno:
uimus mentem M^tis Vrę regię, et sollicitudinem illius
de Ser^ma filia sua domina Elisabetha regina Polonię,
quam commendans nobis rogat, vt illam in filię loco ha:
bere, amoreq3 materno complecti vellemus. Nos commen:
dationem hac M^tis Vrę, officiosam magis q necessa:
riam arbitramur. Nos enim pro ea necessitudine quę
inter M^tem Vram Regiam, et Ser^mam Regni Po:
lonię domum intercessit iam pridem, et nunc per connubia
Ser^morum liberorum nrorum confirmata est, facere nō
possumus, quin Ser^mam M^tis Vrę filiam quam scimus
vnice illi charam esse, ex animo amemus, idem nobis de
M^te Vrā Regia pollicemur, rogamusq3 vt Ser^mam
filiam nram dominam Jsabellam Reginam Vngarię
amare vicissim velit, vt amor nrę erga communes liberos
nros mutuus ac reciprocus existat, vtq3 in modernis
difficultatibus eius: paterna benignitate complecti velit.

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Duci Prussie Marchioni

xxviii

Quod nobis significavit Illtas vra Serenissimum Regem Danie cum Burgundiis in gratiam redigi non potuisse, et utrinque ex Campensi Civitate quo ad componendas dissidiorum causas ventum erat infectis rebus discessum esse, dolenter et moleste tulimus, quod hoc tempore quo Christianorum mutua pace concordia, et veluti Sincretismo contra communem hostem, eumque potentem opus erat, sic inter se audiamus homines Christianos vires suas atterere, quas expediebat in Christiani nominis hostes cum aliorum viribus coniungi. Et nos quidem uti recte Illtas vra iudicat, qui pacis semper et tranquillitatis studiosissimi semper fuimus, non dubitaremus autores hortatoresque esse utrique parti ad pacem et concordiam amplectendam, si qua id ratione aggrediendum esse, Illtas vra nobis perscripsisset: et utraque pars prior conveniendam, ut saltem ab altera parte nobis significatio daretur, non ingratum eum meum conatum illi futurum. Nollemus enim nos temere in eam curam ingerere, que minus ad nos quam ad illos quorum est propria pertinet. Nam iam semel et per legationem et per literas cum utraque parte abunde actum a nobis de pace firmanda esse arbitramur, verum surdis cecinisse videmur, nihil enim responsi utrinque nobis datum est. tamen iterum tentaremus, siquid autoritate mea apud utrasque forte efficere queamus, si id illis non displicere arbitrabimur, qua de re siquid nobis consilii dare velit Illtas vra, eo non ingravatim utemur.

Quod à nobis Illtas vra petit, vt ad ferias vsq Sancti Michaelis malleo illam monetario vti pateremur: id à nobis etiam ante quam essent in Lituaniam profectus Sermus filius, et Serma Coniux mea pro Illte vra rogauerunt. Et quamuis per legem publicam nobis non licere arbitrabamur, vt illa prorogatio cudende monete fieret: tamen dedimus hoc et Sermo filio meo, et Illti vre, vt dimidium eius partis quod à nobis petebatur concederemus, quo re monetariam Illtas vra absolueret, nunc idem à nobis petente Illte vra promouente eius petitionem Serma Coniuge mea, memores etiam eiusdem petitionis Sermi filii mei patimur vt ad festum Sancti Michaelis Illtas vra cudende monete potestatem habeat quamuis quomodo id Senatores mei à nobis acciperent, et quomodo reip commodis consuleremus, veremur, disputare in pntia nolumus, quantum meis hominibus incommodi et detrimenti multiplicata hec moneta attulerit, sed certe firmissimis argumentis, quae nobis Senatores mei in Senatu recitare consueuerunt, adducti, ad tollendum monete percutiende potestatem sumus. Scimus quidem quod Illti vra quid Regno reipublicaeque debeamus: charitas sit, prioraque et antiquiora nobis esse commoda publica, quam vel mea ipsorum, vel eius quem ob necessitudinem charum habemus debent. Proinde, quoniam id nobis testatum, probatum, confirmatumque est, in moneta augenda ingens damnum publicum augeri. Postulamus ab Illte vra, vt hoc iam tempore quod ad ferias Sancti Michaelis ei concedimus, omnes rationes monetarias absoluat, et à cudenda moneta posthac supersedeat. Interim verò hortamur Illtem vram, diligenter curet, vt eo tempore quod illi ad ea cudendam à nobis conceditur, proba iustaque moneta cudatur. Relatum siquidem nobis est monetarios illius

vt omnino priuato nostro affectu anteponenda nobis reipca

propter celeritatem fortassis parum diligentes esse in illa exa:
minanda quodsi esset, gravi incommodo subditi nostri gra:
varentur et novarum querimoniarum occasiones enascerē:
tur.

Accusat apud nos Illtas Vrā Praefectum nrūm et subditos
Siemnenses, quē bona sunt in Lituania confinia Arcis Vrē
Illtis Insterbergensis, qui vias veteres arboribus succisis
oppleverint: Pontes disiecerint, vias novas et inusitatas
excogitarint, arbores extirparint, et fines transgressi se:
mentem in Ducatu Illtis Vrē fecerint, atqui omnia hēc
multo ante à Prefecto et subditis Insterbergensibus fieri
in Magno Ducatu nrō Lituanie, nostri nobis muncia:
runt. Quoniam autem utrina, nrine an Illtis Vrā
homines veriora deferant, dubium est decrevimus hinc
ex aula nrā hominem aliquem fidedignum ac industrium
isthuc mittere: qui adiunctis sibi indigenis aliquot Lith:
uanis, fidei et iudicii incorrupti hominibus, cognoscat et re:
videat, nri ne Illtis Vrē hominibus, an illius nris
sint iniurii. Designavimus autem huic revisioni diem
quintam Octobris, cui ut etiam intersit Prefectus Siemnē:
sis iussimus, itaq ad eum etiam diem Illtas Vrā
aliquem ex Curia sua probum virum, et aliquot suos
indigenas cum Prefecto Insterburgen mittat: quo cogno:
scatur utrinam veriora ad nos ac ad Illtem Vrām
deferant. Quodsi nostri falsum ad nos detulisse comperi:
entur dignas vanitatis sue poenas nobis dabunt. Hoc
idem facturam Illtem Vrām non dubitamus Quam
bene valere optamus. Ex Niepolomicze xv.a Augusti
Anno domini M°. D. XXXXiija

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Duci Prussie Marchioni

Illustris Princeps etc. Accepimus literas Illustris vestre in quibus nobis diligenter commendat Cives istos Consules Gedanenses, quos ut se coram nobis sisterent iussimus. Commemoratque Illustras vestra ostendisse, nos illi deprecanti spem venie Civibus illis dandae. Habet certe apud nos non mediocre pondus commendatio Illustris vestre, quemadmodum et hoc Gedanensibus vehementer profuit. Caeterum ut intelligat quatenus illis à nobis venia donanda sit culpam eorum brevibus commemorandum et describendum Illustri vestre duximus.

Adducti certis rationibus, diem se coram nobis sistendi Civibus illis duximus: appetente die, quae dicta illis à nobis erat Missus ad nos ab illis est, Syndicus Civitatis qui quasdam contra ineptas et Maiestate nostra indignas rationes proferre cepit non obligari ad sistendum eos, qui vocati sunt, ex forma Cittationis in qua ratio non esset descripta propter quam illis dies diceretur, volebantque veluti quibus cum privato aliquo homine, res esset Cittationis vitio demonstrato à causa absolvi. Nos etsi cum Consiliariis nostris velus id et non in usitatum esse comperimus ut subditi ad Maiestatem meam non reddita etc facti ratione evocentur Cittationemque meam validam fuisse iudicavimus tamen non sine indignatione adducti persuasione. Senatorum quorundam, cum dies quam illis dixeramus, non procul iam abesset. Prorogavimus aliquandiu, dum Syndicus ad eos rediret, dumque illi ad nos venire possent, alium illis diem se sistendi diximus qua adventante alium quendam Jacobum Secretarium Civitatis Gedanensis mittant, à mea Maiestatis iudicio absolvi, Judicium ad Consiliarios terrarum Prussie

transferri petunt. Hic nos certe non potuimus non indigno acer-
boque animo tantam istorum profectorum contumaciam ferre
primum illos nobiscum contendere ausos, non debere se meae
Citationis mandato parere, quod Citatio non ad formulam
scripta fuisset quasi eorum istud Judicium fuisset, quibus nos
formulis, quibus verbis mandata mea scribere debeamus
An nobis non licet nudis et brevibus verbis declarare
voluntatem meam velle nos ut hic vel ille, ad nos veniat,
se sistat, causam dicat, eo nos devenisse ut Cives Geda-
nenses nobis legem scribendorum mandatorum meorum
statuant, verba quibus eos ad nos evocemus praescribant,
tulimus id moderate, in eoque perferendo clementia mea Re-
gia usi sumus. Sed cum accessisset novum hoc et in-
usitatum propemodum in Artem meam commissum crimen,
quod homines isti Artis meae obliti, sic elevare authorita-
tem meam sunt ausi, ut nostrum Judicium despicere Co-
siliariorum Prussiae appetere non dubitaverint. Id vero
nobis neutiquam tolerandum est visum, sic dimisimus illum
qui ab illis missus erat, ut omnino cogitationem de vin-
dicanda indignitate hac mea, non dimiserimus et eos
qui diem non obiverint contumaciae reos, causa cecidisse
iudicaverimus. Sed posteaquam venit huc Illtas vestra ve-
nerunt et Consiliarii mei Prussiae interpellareque pro
illis coeperunt, non ostendimus eam spem Illti vestrae so-
lum quam commemorat, sed reipsa probavimus depreca-
tionem, qua pro illis est usa Illtas vestra vehementer illis
profuisse. Nam totam hanc causam qua illi ceciderant, in
integrum restituimus, et illius dicendae fecimus iterum
illis in proximis Comitiis potestatem quod iam damnare et
iudicio peragere poteramus, satis hic certe, illis a nobis do-
natum est, ut quid petat Illtas vestra non intelligamus
nam non arbitramur velle eam ut ne nobis liceat bonis

meos ad nos artexere, ne ab eis, qui officiis Civilibus pro
nobis presunt rationem administrate Civitatis repetere,
ne denique nobis liceat ultores istius tante illorum pertinacie
esse. Nihil enim agunt aliud Cives illi, quam ut nos
vincant, et ostendant se volentibus imperantibusque nobis
non esse obligatos ad mandata imperiaque nostra capessenda
Illud profecto videtur fuisse Illmis vestre ut admoneret
Cives officii sui maioremque meam dignitatem esse ostende-
ret, quam illorum nescio quas amicitias, societates cum cele-
bribus quibusdam Germanie Civitatibus initas, quibus
illos elatos esse Illtas vestra commemorat Quod etiam pe-
tit Illtas vestra, ut illis ante Comitia potius, quam in Co-
mitiis causam dicere permittamus, id neutique nobis facere
licet Siquidem ita Decretum Senatus mei factum est
ut frequenti Senatu de illis cognosceretur, ut nobis in
omnino, hec actio publica, non privata mea videatur
Nihilominus nos nihil indignum clementia et mode-
ratione mea regia faciemus, qui ita uti recepimus
Illti vestre audita causa eorum gratia mea Judicium
temperabimus Cupimus Illtem vestram bene valere Dat
in Niepolomice xxiiij Augusti 1543

Sigismundus primus Rex Poloniae
Alberto Duci Prussiae Marchioni

Illustris Princeps Nepos noster charissime. Salutem et foelicitatem
Significavit nobis per literas Illustritas vestra Excellentissi:
mum et Serenissimum Caesarem Carolum in Germaniam hisce
diebus venisse, ostenditque commodum nunc tempus dari
agendi cum illius Maiestate de inducendo et antiquando edicto
imperiali quod negotium quamvis non minus ad nos
quam ad Illustritatem vestram pertinet, ut non minori omnino
nobis quam illi curae esse debeat, tamen recte facit Illustritas
vestra quae nobis in memoriam commune hoc negotium re:
ducere non neglexit. Nunc quidem existimamus Caesa:
ream Maiestatem quae in Germania rerum suarum satagere
dicitur cum exercitu esse occupatam, ut vereamur an
commode negotium nostrum hoc tempore aggredi expediat
Tamen quia habemus etiam nunc privata quaedam de quibus
ad Serenissimum Romanorum Regem vel mittere Lega:
tionem: vel scribere nos oportebit maxima vel Legatio:
nis vel Epistolae nostrae pars, in eo negocio conficiendo ut
perfectum faciemus. Quod Cittatos istos Regiomontanos
attinet qui post diffinitivam sententiam ab Illustritate vestra
latam ad nos Cracoviam pro die decima Septembris ci:
tati sunt, quos citatos esse indigne fert Illustritas vestra
quamvis autem crebrae istae sunt eius de iis appellationi:
bus et provocationibus quae ab Illustritate vestra ad nos fiunt
querelae tamen quia de eis, ut illa non ignoret, delibera:
tio totius nostri Senatus est facta. Nihil nunc Illustritati vestrae
in universum respondemus, verum hoc sibi de nobis per:
suadeat Illustritas vestra volumus, nos nihil praeter Privi:
legia consuetudinesque et Iura facturos unquam. Sed tamen

percepus esse arbitramur vt haec causa de appellationibus aliquando constituatur quod autem Cittationes obsignate in Cancellaria nrã contra illos sunt, id factum non miretur, quandoquidem vetus hec est et vsitata in Cancellaria nrã consuetudo vt sine quovis discrimine Cittationes, à quocunqꝫ allate fuerint obsignentur, quandoquidem hi qui per eas in Jus vocantur liberam habent potestatem illegitime scriptas reijciendi à iudicioqꝫ se subducendi. Caeterum de hijs Cittationibus regiomontanorum, neqꝫ in hanc quicqꝫ statuimus partem Sed fieri potuit, vt inter caeteras Cittationes, hae quoqꝫ in Cancellaria nrã obsignate sunt Non solent enim perlegi itaqꝫ qualis haec sit non meminimus Valeat Illtas vrã ex Dobrowoda viij Septembris Anno domini 1543

Sigismundus rex Polonie ad consiliarios regni Boemie

Spectabiles et Magci, Generosi, Strenui, Nobiles et Famati Sincere nobis dilecti. Scripsimus ad Serenissimum Romanorum Regem consanguineum et affinem nrm charissimum vt reliquias Judeorum qui Prage ac in aliis Bohemie vrbibus relicte superesunt conservare dignaretur eoqꝫ edictum suum moderari, cuius rei exequende quoniam non in solius Sertis illius arbitrio sittam esse potestatem intelligimus nam in illo Regno Bohemie bonis legibus instituto maximam statuendi ptatem penes S. V. Senatores et Proceres sittam esse indicamus. Hortamur S. V. ab illisqꝫ postulamus vt ne refragentur huic nrae voluntati Siquidem Judeorum illorum

qui Prage superstites ac in aliis Boemie urbibus amici et consanguinei apud nos meosque Senatores incolatum sibi delegerunt et nostri subditi sunt facti. Quos si retinebit Mtas Regia Privilegia antiquitus illis data et confirmata in paucis conservabit que utique conservari oportet vicissim nos ad peticiones suas non habebunt Stes vrae difficiles quas bene valere cupimus. Datum in Wielunies xix Novembris Anno domini 1543

Sigismundus primus Rex Polonie
Isabelle regine Hungarie

Serma Princeps filia mea charma. Quod multo iam tpe quo in statu sit valetudo rationesque omnes Mtis vre scire non potuimus vehementer eramus solliciti. Quamobrem hunc qui illam inviseret ad Mtem vram misimus quam gaudemus ex urgentibus periculis in quibus estate preterita fuit emersisse. Nuncque se in locis maioribus recreare petit iam dudum M. vra per lras sententiam meam de articulis in causa Thesaurarii Regni Hungarie cui nos iam respondisse meminimus. Sed quod iterum eandem a nobis petit, libenter quid sentiremus perscripsissemus Mti vra. Ceterum eos articulos nobiscum hic non habemus. Cracoviam autem eos petere propter pestilenciam non audemus ac sine eis nil recte consilij dari a nobis Mti vre potest, ne forte aliud nos scribamus quam quod articuli illi quorum sentenciam memoria non tenemus requirunt. Itaque boni consulat Mtas vra moram hanc tantisper dum vel nobis eos articulos Cracovia petere licebit vel alios nobis Mtas vra describet quorum

copiam posteaqz habuerimus perscribemus libenter sententiam nostram Mti Vrae quam bene valere et foelicem esse cupimus ex Wieliwicies XXviij Novembris Anno domini 1543

Sigismundus primus Rex Polonie
Sigismundo Augusto regi filio suo

Quod cupit à nobis Mtas Vra certior fieri quid sit Rmo domino Rigen Archiepo respondendum, quid scripserit Mti Vrae nescimus: ad nos quidem nihil aliud scripsit nisi datum sibi esse à Regia Romanorum Mte super:intendentem qui suspectus sit de Peste Luterana, ut ne quam novacionem admittat. Nunc ipse queritur magis novande religioni superintendentem studere quam se, neqz à maiorum suorum ritu et ceremonijs se Ecclesiamqz suam quicqz deflexisse asserit petit ut preces meas interpo:namus apud Sermos et excellentissimos fratres quo commissio haec abrogetur. Quod nos facere non recu:samus quatenus certum fuerit ipsum dominum Archi:episcopum ab Ecclia Romana non discessisse et eius ritus adhuc observare, nam errores observari nobis visum non est quodsi eadem haec scripserit Mti Vrae eodem modo respondere licebit Ex Vielawies ixa Decembris Anno domini 1543

Sigismundo Augusto regi filio suo
Sigismundus primus rex Poloniae

SER^{me} Princeps fili nr charme. Quum Ser^{ma} Coniunx nostra, mater S. M. hunc Aulicum suum Liassotha S. Vrae salutatum mitteret, nos quoque praetermittere noluimus quin illam miniseremus eique plurimam precaremur salutem ac de nra bona valetudine, cui nos dominus Deus ex benignitate sua restituit, nunciaremus.

Litterae quas in causa Cittatorum scripsit ad nos M. V. nudius tercius, redditae sunt nobis, nos vero quod petit M. V. in gratiam illius pro nro erga illam paterno amore libenter facturi fuissemus. Sed cum serius venerint illius litterae ac Piotrcoviam nobis proficiscendum iam sit, temporis angustiae, voluntati M. V. satisfacere nos non permittunt, cum praesertim absint Citati longius ut ante nram ad Comitia profectionem, ad nos venire nequaquam possint sed posteaque dictum sibi diem obierint habituri sumus postulationis M. V. rationem quod praesens ipsa cum se nobis Piotrcoviae deo bene volente coniunxerit, cognoscet. Cupimus etc. Datum in Wieliawies xij Decembris Anno domini M.D.xliij

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Alberto Duci Prussiæ

Illris etc. Etsi paulò ante scripsimus Illti vrâ de rebus Daniciis deq; sententia Judicii Cameræ Imperialis in his quæ instant Comitiis deliberare velle quando tamen urget Illtas vrâ et mora illi omnis longa videtur, q res has celeritatis indigere putat propter Comitia ad Calendas Decembris quæ proximè preterierunt Spiræ et ita visum est nobis interea leuè Nuncium mittere cum litteris ad Imperatoriam et Regiam Ro: Mtes Siquid erit preterea faciendum de eo statim vt Piotrcoviam venerimus. Deo benè iuvante deliberationem cum Senatoribus regni nrâ suscipiemus ex Vielkarvies XVI^a Decembris Anno doi 1543

Sigismundus ad Ferdinandum?

Serme Rex etc. Qua fide fuerit erga Mtem vrâm Magnus olim Hieronimus à Lasko Palatinus Syradien, quanta alacritate illi servierit, neq; sumptus vllos, neq; labores, neq; pericula declinando tenet procul dubio Mtas vrâ, vt hec nunc referari à nobis minime sit necessarium. Quoniam verò laborum pro Mte vrâ per eum susceptorum, etiam mortuo eo quæ est ingens bonitas Mtis vrâ rationem habere dignata est, supplicarunt nobis defuncti liberorum Tutores vt nrâ intercessione adiutos illos vellemus, vt quam illis pecuniam Mtas vrâ condixit siquè datis literis esse numeraturam obligant eam representare dignaretur quod nos illis petentibus tanto minus

negare potuimus, quanto locupletiores meritorum defuncti Hieronymi in Maiestatem Vestram testes esse possimus. Quare a Vestra Maiestate petimus, ut quam se daturam haeredibus Hieronymi pecuniam obtulit, eam numerari tutoribus iubeat rem et piam et nobis vehementer gratam factura. In Vieliczka XX^a Decembris Anno domini 1543

Sigismundus primus rex Polonie
Isabelle regine Hungarie

SERENISSIMA Princeps filia nostra charissima etc. Quamvis de Arcibus illis Chizovo et Baltha quas recuperare pro suis Petrus Palatinus Valachie nititur antea ad Maiestatem Vestram litteras dederamus. Quoniam tamen iterum nos hac de re per internuncium suum admonuit, postulamus iterum a Maiestate Vestra, ut cum suis Consiliariis de iis Arcibus restituendis consilium ineat, nam Palatinus in literis quas ad nos dedit ostendit se omnes modos tentaturum, ut eas Arces recuperet, siquidem precario non poterit vi se id tamen conaturum minatur, significat enim se conspirari Caesarem Thurcarum ab expugnatione Transylvaniae non temperaturum. Quam si, quod omen deus avertat expugnaverit. Arces illas suas nulla ratione de manibus illius recuperare unquam posse se consideret, a quibus utique si eius nomine possiderentur Caesar abstinere fortasse potuisset. Quare quoniam pace potius quam bello ius suum prosequi vult consulimus referat Maiestas Vestra ad Senatores suos de restituendis vel retinendis Arcibus illis ex quorum sententia vel id quod petit Palatinus faciat, vel quod commodissimum illi arbitrabuntur statuat nobisque sententiam suam suorumque describat, ut quid illi responsi post hac demus, scire possemus. Cupimus Maiestatem

vram bene valere Datum ex Viliarowes XXa Decembris Anno domini M. D. XLiij

Sigismundus Rex Poloniae,
Solimano Caesari Thurcarum

SEr^me Princeps Vicine noster char^me. Attulit nobis literas à Mte vra Nuncius eius Mahmuth in quibus nobis significat qua foelicitate in Vngaria aestate proxima res gesserit hostes suos superaverit Arces hostiles expugnaverit suaeque potestati subiecerit, etsi autem multo antea de clarissima hac Mtis vrae victoria ad nos erat perlatum, nam totum terrarum orbem, celebritate sua iam dudum impleuit tamen ex ijs literis Mtis vrae valde summus gavisi hanc enim foelicitatem illius propter amicitiam quae nobis cum Mte vra intercedit ad nostram etiam gloriam redundare arbitramur, nam hostes mei ingentem potentiam Mtis vrae considerantes ac nos amicos illius esse scientes à nobis sibi formidabunt, eritque hostium Mtis vrae sibi illique formidabunt. Nec minus gaudemus Mtem vram sanam et incolumem se suumque exercitum ad sedes suos reduxisse et quoniam propter coniunctionem meam intelligimus Mtem vram ita ex commodis meis quemadmodum nos ex illius gavisuram. Significandum etiam Mti vrae duximus nos hic in regnis meis bona prosperaque fori valetudine, laetaque et foelicia omnia experiri. Quapropter immortales domino Deo gratias agimus, eumque precamur vt hanc nobis hominibusque nostris foelicitatem diuturnam faciat, pacemque perpetuam donet. Ser^mus filius meus dominus Sigismundus Augustus nunc à nobis abest peregre in longinquas dominiorum meorum regiones profectus, vbi hanc

etatem suam robureq militum suorum studiis militaribus exercet externorum hominum vicinorum meorum amicitias querit. Seq omnibus veri et fortis Imperatoris dotibus admirerum Imperium instruit. itaq se comparat, ut et iis qui nobiscum amicitiam colunt commodus sit et ys qui in nos hostiles animos gerere audent, metum et terrorem nomine suo incuciat. Cui dominus Deus Tirocinia hec fortunet precamur. Hunc Czausium Maiestatis vestre quo internuncio ad nos usa est, sanum ac incolumem illi remittendum curavimus. Cupimus autem Maiestatem vestram bene valere. In Vilnensi XX° Decembris Anno 1543

Sigismundus rex Polonie
Francisco Regi Gallorum

Serenissime Princeps etc. Qui has reddet Maiestati vestre Nobilis Antonius Fucinus Ravenas Patricius, fuit nobis eo nomine plurimum commendatus quod adolescentiam suam ad scientiam rei militaris variis stipendiis cum apud Algerum, tum in reliqua Africa, atq una etiam in Italia ita traduxerit, ut se quibus cum versabatur probaret omnibus. Quapropter quamdiu ei in meo Comitatu esse visum est, fuit nobis valde gratus postea vero deliberatum ei fuit a nobis discedere propterea maxime quod cum lingue tum morum gentis mee rudis esset et imperitus, etsi maluissemus eo uti diucius, invitum tamen retinere noluimus. Quoniam vero Maiestati vestre operam suam dicare, et sub illius signis facere stipendia decrevit diligenter eum Maiestati vestre commendamus, atq ab ea petimus, ut eum honesto apud se loco esse velit, ac gratia sua et benignitate Regia prosequatur quo commendacionem meam non parvo sibi fuisse usui intelligat. Fecerit

nobis Ma.tas V.ra rem cum primis gratam et mutuis
n.ris officiis per omnem occasionem compensandam
in Vielarovics XXv.a Decembris Anno 1543

Sigismundus Rex Polonie
Ferdinando Romanorum regi

SER.ME Princeps. Semel atq iterum ad M.tem V.ram scri-
psimus atq ab ea petiuimus, vt quem tenet in custodia M.ta
Petrum Perenni eum n.ra causa liberum dimittere velit: sed
nihil hactenus tot n.ris scriptionibus ex animo profectis
effectum esse cognouimus, quod nos nequaq in eam parte
accipimus quasi preces n.ras non suum pondus apud M.tem
V.ram habere credamus. Sed cum grauibus curis distentu
per id tempus animum illius fuisse non ignoremus, illi assi-
gnamus, q tam ardenti desyderio n.ro ad eum diem satisfactu
non est. Non sumus ij, qui a M.te V.ra petere aliquid velimus,
quod cum incommodo illius sit coniunctum, nam pro eo aio
quo sumus erga M.tem V.ram n.ra nobis q illius co-
moda maiori cura non sunt. sed quoniam persuasum
habemus hanc illius missionem non modo non futuram
fraudi M.ti V.re, sed plurimum illi et honoris et emo-
lumenti allaturam, cum enim fuerit libertate donatus,
faciet procul dubio vt omnia fidelis seruitoris officia M.ti
V.re prestet, ac pro tanto beneficio futurus est illi perpe-
tuo deuinctissimus, etiam atq etiam rogamus M.tem V.ram
quandoquidem propinqui eius maxime apud nos vrgeant
atq instant, vt quod petimus id benigne nobis concedat.
Nihil est quod hoc tempore gratius nobis facere possit
omnibus id vicissim amicitie officiis conabimur compe-
sare Dat in Vielarovics XXvj.a Decembris 1543

Clarissimi Baronis Ioannis Ostrorog vtriusqʒ
Doctoris monumentum

Pro Comicijs generalibus Regni
sub rege Cazimiro, pro reipublicae
ordinatione congestum

AD LECTOREM

Obtemperandum est desyderio tam necessario multorum, can:
dide Lector, vt libellus iste, quem clarissimus Poloniae Ba:
ro, pro vtilitate patriae suae pari industria simul et ingenio,
congessit in lucem prodiret. Apparet in his articulis quae
et quam multa vir ille in republica intellexerit, quantum
consilio claruerit, indignum profecto fuerit quo virum tam
celebrem vllus casus obliuionis tenebris obscuraret. Erat
enim vir ille ingenio facili, suaui, copioso, et quae sermonis
maxima est virtus, aperto, vt discernere nequeas, vtrum
ornatior in loquendo, aut potentior in persuadendo quisquam
fuerit. Habuit semper et Sarmatia viros immortali
dignos memoria, verum quia Magistratus Ecclesiae vbiqʒ
in prouincijs debacchabantur, adeo vt interdictum esset,
hypocrisim eorum quemqʒ reprehendere posse praeter Deum,
cui etiam ipsi mandare quicquid vellet, putabant. Ne:
minem itaqʒ fore obesae naris opinor, qui illico sen:
surus sit huius opusculi autorem, nihil a communi
regni Poloniae bono discrepare, longe lateqʒ infoelici hoc
aeuo plurimum discrepante, nisi forte ideo foelix sit, quod
aduersus Ecclesiae Magistros legislatores scilicet et aua:
ritiae monstra, non pugnaret hactenus, et tamen nescio
quis casus, superesse voluit hoc paruum in Polonia monu:
mentum praesertim tam audax. Gigantes reipublicae
debellaturus Deus opt. Max. tollerare amplius non

potest hanc Tyrannicam oppressionem, ac fucatam religionis
sanctimoniam. Bene vale amice Lector

Principe domino meo Cazimiro regnante, dum essem à Con:
siliis et à Primoribus inclyti Polonorum Regni ipse audivi
Comitia generalia proximè futura, In quibus ante omnia
defectus Regni, consuetudinesque patriae pravae, consultan:
dae forent et probandae, salubres verò ac utiles, quibus
Reipublicae polytia et augeri possit et stabiliri constituen:
dae. Ego itaque Joannes Ostrorog ut opera mea Principi,
patriaeque meae, pro virili mea prodesse possim, maximè ne
otiò torpeat ingenium, cum vitia tum usus iniquos hacte:
nus in hoc Regno, collegi, meliores, ni fallor, common:
strans brevissimis ac protritis verbis, nullo orationis
fastu aut sesquipedali gradu incedentibus, Nec ideo fa:
ctum id putare velim, quo crederem Principes huius re:
gni, tam doctos tam prudentes, tam longaevos et expertos
horum omnium, et aliorum id genus plurium non remi:
nisci, verum ideo, ne caeteris negotiò vario distractis
in mentem eis succurrere non possent. meritas utique
gratias reportaturus si non tam dignè ut caeteri possent,
invenero. Sed tamen qui primus tametsi minimè finiero,
at viam principiumque paravero, vel saltem, quod mihi
bonum quidue minus decens, praemonuero. Ut itaque à
capite, quod aiunt, incipiamus, invictissimi Regis mei
et domini, Statuta corripere, nemini licere arbitror, nempe
cuius cor in manu dei situm est, huc illucque flectatur,
quocunque divinitati lubeat maximè quòd is placabilis
est, sanaque consilia nunquam refutat. Vos illustres domini

columne et bases, cardines ac vectes patrie ita ut semper so-
liti estis, facite ut consiliis et factis v(est)ris plus patriam q(uam)
seipsos ametis plus rempublicam quàm priuatam, quàm
liberos, quàm fratres, quàm denique fortunas omnes, sic
in publico singularia crescent, et fundata queque stabi-
lientur solide, sin autem communi bono semel casum
dederit, et singularia q(uod)q(ue) priuatorum labi ac pessum ire
necesse est, ruinamque comitari praecipitem. Et ut rem
ipsam ordine exordiamur, accidentalia quedam Regni
primum mouebimus, suis capitibus cuncta distinguendo

De congratulatione Pape noviter electi

Visere nouum Papam, eiusque assumptioni congratulari, mo-
nere item et hortari, ut Chri(sti) Ecclesiam recte et sancte
gubernet, dicere quoque et profiteri se, Regnumque suum,
Catholicum, non malum utique existimo, at obedire velle
in omnibus, ut saepe dicitur, nequaquam puto racionabile.
Dicere enim unum, et aliud facere, contraria sunt Po-
lonie Rex asserit (quod et verum est, nemini enim
subiacet) nullum superiorem se preter Deum recogno-
scere, quomodo id verum erit, si dixerimus ita, ut in
tali gratulatione Papae dici hactenus consueuimus. Fiat
itaque visitacio reuerentialis, et sic vocetur non obe-
diencia, quum id absurdum sit et libertati Regis Po-
lonie, minime conueniens.

Litere regie quomodo Pape scribende

Litere Romano Pontifici, nunquam tam humiliter, tamque sup:plititer scribi debent, veluti in ergastulo Pape Rex vi:ctus teneretur, tametsi humilitas per se bona sit, nimia tamen nequaquam vicio caret, ei potissimum, cui dominus obedire mandauit vniuersis, sed in his que spiritualia sunt tantum, in externis verò et corporalibus, neutiquam id mandatum accepimus. Ex quo is Christi se profiteatur Vicarium. Cuius autem Regnum suum de hoc mundo esse negauit Christiani erant optimi illi Reges veteres, non tamen ita scribebant. Sciebant enim Papam Vica:rium Christi, se tamen esse Reges non obliuiscebantur Aut vt etas, et in multis aliis Epl(ist)is et de summa Tri:nitatis

Litere regie quomodo ab incolis excipi debent

Apud quosdam probos homines incolas Regni Principem et Statum Regni venerans literas Regie venerantur et mandantur effectui, apud alios autem multos parui pen:duntur, nihilique curantur propter quod toties multa negliguntur, et de iusticia inopum causatur Res pro:fecto incongrua est et animaduersione digna, cum l(ite)ra Regie eiusque Sigillum, veluti Rex ipse aestimanda sunt. Ideò consultò et debita deliberacione extradi de:bent, quas minus exequi aut intercipi vel retinere fa:cientes indignatione merita iustoque puniantur sup:plicio. Has literas Regias, multi falsificare consue:uerunt, ita vt rara sit salui Sigilli epistola, deponi enim possunt Sigilla, aliisque applicari litteris que ex

Cancellaria nunquam emanarent etc. Sigillis appendendis ia inuenta cautella est, imprimendis autem hanc seruari non indignum puto, si pareatur cera bene pinguis et Sigillum incorruptum. Quod autem dignitatem Sigillo fertur addere custodia, id ego uanum esse puto: maior erit dignitas, si custodia non accesserit.

et non superimponatur custodia sic nullo modo auelli possit

De honestate presencie regis

Dignitas Regia plerumque id parum animaduertit, quod fiunt sediciones contumelieque infinite, nonnunquam et homicidia in facie Regis. Quicunque igitur in verba iniuriosa, contumeliosaue, aut famae alterius derogatiua, in Regis facie illicite prorumperet poena dignus foret decem marcarum argenti, fisco applicandarum. homicidium vero committens, aut vulnus in Curia Regia inferens sediciose, morte moriatur: aut centum marcas argenti fisco soluat, preter proximorum satisfactionem. Cum licencia tamen, bonum est admittere, vt in Regis et Procerum presentia malorum hominum vicia recitentur, ne dicta illorum aut facta maneant impunita. Curia autem Regis quantum ad superius dicta spectat, ad usque granicies Ciuitatis Castri aut Ville vbi tunc Rex degit, extendatur

DE Tabellionibus

In hoc etiam dignitas Regia multum laeditur, quod in Regno Regij non creantur tabelliones Regis et Regni fidem custodientes Caesarei tantum et Pontificii auctorisantur hactenus quodsi nunquam ante apud nos fuerat vt in posterum fiat necesse est. Si Iura omnia Imperialia habet Rex, quicunque non recognoscit superiore, ita et publicos etiam creandi tabelliones habebit.

Quatenus spuales ordines, reipublice laicorum iuuande obstricti sunt

Domini Ecclesiastici tam Rmi Praesules, quam omnes etiam gradus à mediis vsqz ad infimos, in multis reipublicae obstricti sunt: non temeritate, non inaduertentia, aut inuenerabilitate quapiam putando eis multa non licere, quae licent spiritui duntaxat, non secundum carnem incedere cupientes. Sed postqz scripta legendo repetierint et meminerint, se id Iure cogente facere debere. Nihil ommittent sed et sua tuentes, parentes, fratres, amicos, et affines, quod non modo Clericis, sed omni creaturae permissum est, Quorum autem reminisci oportuerit, sunt ea quae scribunt incipiendo à dist. xxiij per multas vsqz distinctiones, de co: Cler: et muli: per totum viij dist. c. quo iure, ca: si tributum. xi. q. i. si Ciuitas. L. vim vi, et, verum verò, cum concordantiis. i. dist: ca: Ius naturale ff: de iustitia et Iure. et Machabe: Josue, Deuter. xviij. c. si Cleri. de foro competenti xi. q. re. experientie. L. incriminati: et de iureis omni iudi: c. nouit de iud: in aut, vt cle: apud proph. col. vi. cum sit de foro competenti. L. si quis, et de Epistola, et de Cle: vel mona. xi. q. iii. c. epi, et. c. nemo, et. c. sequenti, ca: ex tenore de foro competenti: et quando Imperator inter pupil: et vidu: L. vnicae xxiij. q. v. c. Regum 1. q. II. c. viduas. c. cum medicinatis de sent. exco: in. vi. c. epi. et. c. nemo, et sequenti. t. q. III. L. placet. de sacr. Ecclie, lata ibi per Bar. et latius per Odfredum. L. ad instenctionis. i. fide. ex hac tribu: t. neminem. §. c. ti de his, et de epis: et Cler: 1. q. III. c. sicut, Multò plura Iura huc adnecterem, sed opus non videtur. Cum hac

legere libuerit, remittetur per glo: et Doct: ad mille alia
Haec est pars magna Conventionis futurae quae eo prae:
ptius essent discutienda, premisque periculum maius ex ne:
gligentia imminere posset, huic inclytae Polonorum Reipublicae

De eligendis Epis et eorum administratione

Si domini Epi aliique Spirituales, ita forent spirituales uti dicuntur,
et id quod scripsi saepe legerent: laudarem profecto ut nulla
temporalis potestas, de electionibus Spiritualium sese intro:
mitteret. Curaret Rex temporalia, et Pontifices ea
quae illorum sunt spiritualia attenderent: ut scilicet Iu:
risditiones eorum, prout decet, sint districtae. At quia
ista quae vitam instruunt Clericorum longe et passim
sparsa sunt per volumina, quomodo illa quaeri possut,
cum non sit qui discat, vel qui ad discendum sollicitet, con:
suetudo inoleuit inveterata: dulce malum. Quare propter
maius malum melior videtur Epi Electio quae sit a
Principe ut is eligatur Praesul, ne dum qui doctus sit,
sed et gratus, ne ingrata vita et ingrata persona, ma:
gis exacuat unum genus hominum contra aliud odio
perpetuo. Haec ita fieri debere comperimus in dist. LXa
cum concordantiis sequentibus

De censibus Romano Pontifici soluendis

Dolendum etiam profecto et inhumanum facimus, Poloniae Re:
gnum alioqui liberum, tantis Italorum insidiis scandarci,
decipi astutiis, ut tam magna pecuniae summa ad Roma:
nam, ut vocant, Curiam, singulis efferatur annis sub
specie pietatis, falsaeque religionis, immo superstitionis

potius, in contribuenda ingenti pensione, quam Sacram sive annatam vocant: ita ut quoties novus eligitur certae Dioecesis Epus, non nisi p[ri]mis aliquot millenis ducatorum Romano Pontifici numeratis, consecratur: cum tamen Sacri Canones. Electum ipsum à Metropolitano cum suis Epis, consecrari et confirmari docent. Sed hanc sibi autho: ritatem astuti et callidi vendicârunt Itali, nobis utro: rum oscitantibus et dormitantibus. Constat olim Germa: niae Poloniaeq[ue] Proceres, in Annatarum solutione Sedi Apostolicae ad aliquot duntaxat annos ea ratione conces: sisse, ut inde oppugnatores Chrianae religionis arceri, et saevissimi Turcae incursus sedari possint. Hinc antè N ~~...~~ annorum designatorum, iam dudum lapsum esse certum est. Neq[ue] etiam Annatae ipsae in eum in quem destinatae usum convertuntur. Quare haec ficta religio posthabenda est omnino: nec Pontifex ipse sub religionis specie Tyrannum agere debet, sed potius pa: trem clementem, sicut et ille misericors est, cuius se vices tenere praetendit in terris.

Poloniam à quavis Papae contribu: tione esse liberam

Etiam si iustissimam habeat Romanus Pontifex causam, ab aliis nationibus sub praetextu defensionis fidei Ca: tholicae adversus infideles, Census huiusmodi extorquere: Poloniam tamen ab huiusmodi pensione esse liberam et aequitas et ratio exigit, quae à multis annis longis bellorum tumultibus agitata, iam Turcis, iam Tartaris, Moschis, demiq[ue] et Valachis, cum ipsum Regnum omni: um Chrianae religionis Regnorum sit extremum, sese assidue defendens: pecuniis ac divitiis adeò extenuata [e]st, et propè dixerim exhausta, ut etiam pro iustitiae defensa

et priuatæ pacis conseruatione pene deficiat. Ex quo igitur Poloniæ Regnum huiusmodi hostes finitimos habeat à quibus non modo suos incolas, sed Slesiam, Moraviam, Bohemiam, et totam fere Germaniam, suis impensis assiduè, tuetur et defendit, Aequum est Romanum Pontificem id considerare, huiusmodique Annatas quæ post Eporum discessum, ad Curiam soluendæ fuerint, nequaquam à Polonis deinceps exigere, sed illas fisco Regni relinquere, quo facilius absque pauperum grauamine pax incolarum et tranquillitas, tam priuata quam publica conseruari possit pro aliorum Regnorum supra enumeratorum incremento.

De Contribucionibus Prelatorum spiritualium

Patres mei Spirituales, superstitiosè admodum diuinam timent rationem, dum aliquid Principi pro Reipub. necessitate largiri debeant ex prouentibus propriis. Timuerunt profecto ubi non erat timor, nescientes quæ his supersunt bona pauperum esse, quibus si abutantur fures sunt et latrones, ut ipsorum Jura præscribunt. Quæ ergo maior fieri poterit eleemosyna, quam cum bona pauperibus debita pro eorundem necessitatibus erogantur et defensione! Non timete patres Rmi non timete, ostendam vobis Cap: quod id facere permittit, immo iubet atque imperat. de inst. pate. c.

De Stationibus regalibus in abbatiis

Princeps meus à plerisque arguitur, quod Censum, qui vulgo Stationes nuncupatur in bonis Ecclesiasticorum constituit, præsertim apud Abbates qui reuera Thesaurarii sunt Regni, non temerè enim maiores mei, tot tantaque bona

illis largiti sunt, ut quod ultra victum Monachorum collectum fuerit, panis siquidem contentos decet esse Monachos, pro necessitate ac utilitate Regni conservetur. Neq; tamen faceret id Princeps, nisi illi compertum esset cap.

De vasis Ecclesiae pro necessitate regni conflandis

Quod etiam Princeps vasa templorum conflaverit, comprehensum illud à multis audivi, idq; ab his, qui illud divi Bernardi dictum ignorant. Ecclesia habet aurum non ut possideat, sed ut egentibus largiatur. Ad excusationem eius et quidem iustam allegari potest cap. aurum. xii. q. ii. J. c. ad Apostolos.

De Thesauris è regno non efferendis ad partes

Sed quia aurum thesaurique Ecclesiae, pro necessitate servantur publica, nec moveri debent è templis, nisi extremo Regni periculo. Cui potius huic malo obviandum est, ne Thesauri è Regno sub quovis praetextu ad partes efferantur extraneas: quod saepenumero fieri videmus quoties Cortisanorum astu vel importunitate litigantium, non appellationes solum, sed etiam extraordinariae Citationes ad Curiam Romanam fiunt, tunc enim tribus quatuorve annis, lis pendet indiscussa, immò continuis interdum triginta annis in Curia litigatur, donec altera partium vitam finierit. Sed quia Curia Romana, ut vulgo dicitur non petit ovem sine lana, quisq; nisi mente captus percipere potest, quàm ingentem auri summam efferunt litigantes, quantam Regnum ipsum patiatur iacturam: cum interim ad patriam non nisi Bullae

nescio que referuntur. Bella profecto commutacio. At ma tunc maxime sibi religiosi videntur, cum istiusmodi nu: gas, cum Ceris rubris, canapeisue funiculis templo: rum valuis affixas venerantur. Quare domini Poloni ne vltra patiamini vos ab astutis Italis decipi: Sunt in Regno Epi, extat Metropolitanus, et idem Primas, illi causas discutiant, is vero terminet et finiat signando opus erit

De indulgentiarum extorsione

Nec illud inpostrum cored, vt Romanus Pontifex quo: ties sibi videtur etiam Rege Proceribusque inuitis, Bullas nescio quas que Iubilei dicuntur, in Regnum mittere solet, ad emungendum pecuniam sub pretextu remissionis peccatorum: cum per Prophetam Deus dicat, Fili inquit, prebe mihi cor tuum, non dicit pecuniam. Fingitque Romanus Pontifex hos sumptus sic colle: ctos pro fabrica Basilice nescio cuius, debere impendi, cum tamen huiusmodi Thesauros in priuatos affinium et cognatorum vsus, et alendorum equorum, familieque gratia, ne quid turpius addam, exponi certum est. Vnica interim dei templa spoliantur dolose vt moriuna reficia: tur, Nec desunt et religiosi quidam, qui istiusmodi nugas approbare non verentur, ipsi interim predicatores et con: fessores agunt ac Commissarios, quo fructus vberior ad eos perueniat. Simplici enim plebicula spoliata lu: xibus et ventri indulgent: interim heu quam multa illudimur o Poloni, nihil aliud restat, quam vt aliquando cum Phrygibus, sero sapere incipiamus. Satis superque indulgentiarum meretur quisquis laborat, vt habeat vnde tribuat necessitatem habenti, quique pro communi omnium defensa, vel minimum impendit denarium

De Simonia et oblationibus rusticorum

Post Romam nulla est, preter nostram, patria, ubi ambiciosa Symonia et usurae avaritia plus vigeat, cum prescriptum sit. Tolle Symoniam a clericis, usuram a laicis, peribit omne malum. At hoc vicium adeo iam increvit, tamque commune est, ut nihili putetur, tantum valet ubi vires acceperit perversa consuetudo. Domorum preterea redemptionem, que wyderkow dicitur, iustam fore arbitrantur cum dicatur per Augustinum, quodcunque ei nomen imponis, usura est, quicquid ultra sortem accesserit. istane gens erit Christicola preter vitia latencia Deum non timens?

Sepulturae, unctiones sacrae, penitenciae, baptismi, matrimonia, mulierum introductiones, Eucharistia, passim ubique venduntur, cum tamen ea gratis dare debeant petentibus. Pro nihilo ducendum est quod isti sacramentarii praetendunt, pro labore scilicet accipimus, Qui servit altari, de altari vivat at quid sit altare, et quatenus vivendum sit non intelligunt. Ad hoc sunt status instituti et de bonis reipublice dotati: ut ministris Ecclesiae stipendia ministrent, sic implebitur authoritas qui servit altari etc. sunt. s. q. ii. de sacris et aliis solutionibus in cap. sicut que omnia ad avaritiam et Symoniam pertinent. At quia haec communia sunt et usu inveterata a nemine arguuntur. Attendite obsecro vos quibus dictum est per Esaiam Prophetam Clama ne cesses etc. Et Paulus argue increpa insta etc. Primum eiice trabem de oculo tuo etc

De solutione decimarum

Decimas dare dominus imperauit. Dare, inquam, ordini Aa:ron et Leuitis, quibus legem dederat spiritualem, Nam extorquere à laicis, ut nunc mos inoleuit, ita ut non sine damno dantium decimae capiantur. Dabantur deci:mae à diuitibus, non ab inopibus: nunc miseri decimant agricolae, pinguibus illis et crassis, idque non sine fastu accipientibus: Ubi est obsecro illud. Misericordiam volo et non sacrificium. Si quis ergo uult decimam accipere, tol:lat quando commodum est danti, et non ad libitum suum sed ad placitum tribuentis

De ordinibus Clericorum

Domini Pontifices patres nostri, dum meminerint eorum, quae scribuntur dist. XXXVI. cum plerisque aliis dis:tinctionibus. Cognoscent hoc male actum hactenus, quod tam inertes, et minus idoneos, ordini Clericorum iniungunt: cum Paulus nemini manus citto imponendas doceat. Quot enim superstitiones et scandala ob eorum inertiam eueniant omnes qui id ipsum attendere volunt viri boni facile per:spiciunt. Vertex rasus nihil aliud facit, quam presbiterorum et laicorum differentiam. Alexandrum Gallicum legens immo vix donatum, et id quidem incommode, iam factus presbiter toga tantum, et vertice raso, totum vult pro suis somnijs corrigere mundum. Clamat in suggesto, immò rugit, quia non apparet contradictor. Homines doctissimi, Rectores, immo et inferiores non mediocriter eruditi, non sine cordis dolore audiunt ineptias Euangelisantium, ne dicam blasphemantium. ô quod scandalum. ô quam res indecora haec est et inhumana, ut discipuli docti, praeceptor rudis, auditores probi, Doctor improbus existat et illiteratus

De ambicione Sacrificulorum

Multi etiam pene omnes, etiam minus idonei, ad Clericatus gradum anhelatis, nempe quia otium, res dulcis, celebris, munda, et amena quies, moti in fallor illo Pauli dicto, Qui Epatum desyderat, bonum opus desyderat. Nescientes interim ipsum desyderare, esse malum. Sicut qui aurum furatur, rem bonam furatur, at ipsum furari, malum est. Omnis autem Sacerdos, si Canonibus credimus, Epus est in suo genere. O domini, si ea, que supra dixi, loca legeretis et que testatur Hyeronimus, plures ad alia, ni fallor traheremini, plus futuram quam presentem vitam estimantes. Nec id quidem tacere potui, cum sim Polonus, et quid in Polonia agatur compertum habens

Cur artifficum Et Cmethonum accidit deffectus

Cmethonum, artificum, ceterorumque operariorum numerum decrescere videmus, etsi causa est pestis, que pluribus annis iam viguit ex magna tamen parte hoc ideo contingit, quod omnes presbiteri et Clerici esse volunt: otiosum profecto genus et inutile. Cum igitur interest Reipublice, ne inutiles et ociosi multiplicentur congerium exit, ne tantus Monachorum et Scholarium mendicorum exercitus, qui alienis opibus saginantur in urbibus admittatur. Qui habent impensas dent literis operam, qui non habent arent, militent, operas suas locent, scriptum enim est oportet primum ditari, deinde Philosophari.

De Monachis Coenobio accipiendis

Qui Rempublicam administratis ô Proceres, quomodo hactenus estis stupidi, vt sitis passi per Monasteria, dotibus et obuentionibus maiorum vestrorum dotata, queque de bonis Polonorum et in eorum terra aluntur. Polonos viros respui, et a religione repelli, forte ideo quia constitutionem habeant, non nisi Almanos recipi in sua Monasteria. Constitutio hec est ridicula et cassatur per Canones etc.

Quis enim libero Polonorum Regno, cuius Princeps superiorem non agnoscit, huiusmodi iugum iniicere potest falso constitutionum pretextu. Non ergo patiamini amplius ô strenui viri, si modo viri esse vultis, Polonorum genus ab Almanis, et his quidem rudibus et effaeminatis Monachis illudi, et falsa decipi religione

De clausuris Monasteriorum et prouisione eorundem

Sunt multa ditia satis in Regno meo Coenobia, in quibus nulla habetur obseruantia, vel saltem raro clauduntur. Vt igitur merito claustra dicantur, et vnusquisque in illis sit qui dicitur adhibenda diligentia est. Sed quia ad obseruantiam victus et amictus fratrum est necessarius vt nullum aliud sit negotium quam diuine laudi et contemplationi vacare. Deumque pro totius Reipublice conseruatione exorare. Et sunt quedam Monasteria, quibus sumptus non sufficiunt, aliis vero superabundant. Consonum ergo rationi fuerit, ex equo distribui bona regularia, vt omnibus victus pauper et amictus humilis (has enim virtutes sponte professi sunt) pro numero fratrum sufficiat quod vt iure permittente fieri possit, habetur in cap.

De Contionibus lingue Almanorum

O rem indignam, omnibusque Polonis ignominiosam, in Templis nostris lingua Teutonica multis in locis praedicari et quod iniquius in loco suggestoque digniori, ubi unus tantum unus duove auscultant plurimis Polonis in angulo quopiam cum suo concionatore constrictis. Quoniam autem sicut inter quedam alia fit, ita inter has duas linguas, natura, veluti quandam perpetuam discordiam odiumque, insevit naturale: hortor ne in Polonia sermo praedicetur. Discant Poloni loqui, si qui Poloniam habitare contendunt. Nisi adeo stupidi esse volumus, ut, vel ab ipsis Almanis de nostro idiomate idem fieri non percipiamus. Quod si utique advenarum gratia tali opus sit contione, id aliquo in privato fiat loco, ubi Polonorum dignitati non officiat.

DE mendicitate prohibenda

Omnium qui male curant negotia sua, et qui futura non meditantur mens est, ut consumptis suis, deinde mendicent aliena. Mox nebulo veterem vestem induens, sordida infecta illuvie, oculos aut pedes re quapiam inficiens, per vicos et plateas currit, tollens panem sudore collectum. Itaque aequum est, ut per proclamationem fiat, nequis audeat mendicare. Si qui caeci claudique sunt et infirmi insigniter, in hospitalibus, ut vocant, locentur. Ad quam rem confirmandam, eadem causa est rerum et bonorum Ecclesiae, quae et Regularium, nec enim aliud Monasteria sunt quam hospitalia Sacerdotum.

Sequitur de prophanis negotiis

De Iure ex Meidemburge petendo

O stupor, ô ignauia mea, ô pudor et dedecus obprobriumque ingens, que necessitas vel potius stultitia tam diu te in hoc inclyto ac libero Regno durare permisit! vt Rege suo spreto Proceribusque repudiatis, omni denique optimatum vniuersitate contempta tanquam in vniuerso Regno hoc, iustus et sagax non sit Iudex, tanquam deficiant sapientes, prudentesque ac literati viri: in Meidemburgk Ius queritur, idque à sordidis, squallidis opifficibus, extremeque classis hominibus: quos tantum abest, vt eruditorum ordini adnumerem, vt etiam cum extremis fecibus censeam contemnendos. Expergiscimini aliquando ô fortissimi viri, eijcite sordidam ignominiam, nec amplius illuuie ipsius polluamini. pudeat obsecro tante pusillanimitatis vere omnibus iam passim extraneis prostitute. nullius profectò decretum cassabitur, si animum ita, vt supra dicetur constitueritis.

De cura libri actionum terrestrium

Liber preterea Iudiciorum in vnius seruatur custodia, quod omnino indignum est, ne forte suspicio sit quod libet inscribi posse. Rectius itaque consultum videretur, librum iudiciorum in cista publica seruari tot clauibus obseratam, quot sunt assessores iudicantes: Cista verò predicta in pretorio Ciuitatis, vel in Arce vicina, si ciuitas illa non fuerit munita, seruetur. Iamque iudicio sedente, tum primum illa ipsa per famulos efferatur iudicantium, Burgrabio presente. quorum omnium curam Palatinus Princeps prouincie habere debet.

Quoties in anno Judicia celebranda sint

Conueniens etiam erit quater in anno Judicia celebrari ter: restria, quibus singulorum causæ iudicentur, et quod semel iudicatum fuerit, ut eorum qui ad hoc deputati sunt, opera non per Vicarios, nisi Regis obstiterint negotia executioni mandaretur. Quodsi quispiam deputatorum aduersa detineatur valetudine, tunc omnes assessores uicem unius suppleant. Si verò plures collateralium abesse contingat à Judicio: ne id iustitiæ cuiusque officiat, alii in absentium locum surrogentur preter Palatinum, qui propter dignitatem, vel prouinciæ occupationem, per vicarium semper iudicare potest. Quodsi aliquis assessorum neutra prædictarum existente causa temerè abfuerit loco suo deinceps sine omni contradictiõe priuetur.

De Conuentione generali semel in anno facienda

Si verò in tali iudiciorum dispositione contingat iniustè iudicari, consultum uideretur, ut semel in anno, nisi aliqua necessitas obstiterit Conuentio fiat generalis, ad quam cui uisum fuerit, appellet. In hac Conuentione vel omnes dignitarii, vel saltem Commissarii electi de omni appellantium grauamine cognoscant, et ita terminis magis particularibus, ubique opus erit. Vos itaque domini bortor, consilium mei, tametsi iuuenis, mente retinete, hoc erit negotii uestri summopere curare, ut unusquisque quod suum est, alieno dimisso possideat. Quodsi uestra inertia negligentiaue Jus obmittitur indignationem eius qui uobis Principatum, et populi sui commisit in terris gubernacula continuo expectate.

De Cittacionum multiplicitate

Quod usus obtinuit ad quartam usque Cittacionem non debere parere Cittatum: haec res profecto nullum fructum parit sed tantum gravamen et dilationem iustitie. Magis ergo aequitati congruum erit: ut prima Cittacio sit peremptoria, eiusmodi vigoris, cuius futura erat illa quarta.

Quibus licet habere Procuratorem

Nulla causa est, propter quam liceret alicui litiganti Procuratoris uti auxilio, praeter viduarum, orphanorum et miserorum personas, quarum causas procurare tenetur vice Camerarius terrestris. Alie vero persone causas suas disponere per se debent, et hoc ipso facto citius optatum iustitie sortientur effectum.

De ministerialium terrestrium fide

Ministerialibus nimium profecto creditur, quorum recognitione prava multocies falluntur homines, et iudices false iudicare contingit. eorum itaque officio satis esset Cittacionem ferre, vulnera conspicere in conspectu Iudicii proclamare. ita tamen ut probatio sufficiens in contrarium contra eosdem admittatur.

De admittendis personis ad iudicium

ID etiam minus aequum est apud nos, ut quando iudicatur dominorum potentiumque cause citius exaudiuntur. At pauperum et plebeiorum non item. iustum itaque foret, ut in Cittacionibus et terminis appareat prioritas cause, ut qui prior sit tempore, is etiam, et expeditione, et secundum matriculam, ut nullus audeat iudicium accedere, sub poena, nisi per ministerialem fuerit vocatus.

De Juris diversitate

Tanta Juris diversitas non omnino bona est, quod aliud Nobiles Jus habent, aliud plebei. unum Polonicum, alterum Theutonicum dicitur, et id quidem diversum, quod ita mordicus tenetur, tanquam soli sapiant Theutones, quae diversitas in uno presertim Regno non est rationi consona. Fiat itaque Jus unum omnibus commune sine omni acceptione personarum. Quoad vulnera et mortem poena pecuniaria et criminalis eadem maneat quae ex more fuit veteri. Quodsi visum fuerit aliud Jus Plebeiorum, aliud Nobilium fieri propter status differentiam, vocetur illud ius Civile et non Theutonicum. At mihi quidem videtur, in uno eodemque Jure, nos omnes regnicolas aeque posse et debere versari.

Jus Molitorum

Molendinatores etiam Jus habent proprium, et mirum est, quis dedit illis tam iniquum. Quare magis aequum erit et utilius Reipublicae, ut universale Jus constituatur particularibus ambulatis

Judeorum Jus

Judei etiam Jus habent iniquum, ut usuras accipiant, res alienas detineant, et possideant, nec restituere teneantur nisi detur quantum velint. Tollatur omnino hoc Jus et cassetur. Quodsi haec illis admittatur libertas, peribunt et ingentia fructa.

De vulneribus in defendendo illatis

Hoc etiam contra naturam hactenus observatum est, ut

quamuis defendendo se quispiam vulneraverit vel occi:
derit adversarium reus tamen sit. Ideo si evidenter sci:
atur contra invasionem adversarii actum ne sit vulne:
rum reus, aut homicidii, qui se defendendo tale quippiam
commiserit.

DE vi mulieri illata

Illud etiam est iniquum, et dura nimis observatione con:
tra mulierem de stupri violentia clamantem, nulla ad:
mittatur probatio sed is omnino de quo questio sit capite
sit puniendus. Admittatur itaque probatio in contrarium:
que si idonea visa fuerit, fiat liber inculpatus ille. Ne
mulieris temeritate plerique puniantur insontes.

De muliere virum inculpante

Nec illud quidem aequum est. Mulier enixa puerum ex
adulterio quemcunque inculpaverit, is necesse habet sol:
vere. Abijciatur haec res irrationalis et ridicula.
nutriat puerum sola ignominiamque ferat. Et omnis
mulier que non invita mater esse vult, culpam excu:
sare non potest.

De Juris scripti necessitate

Iura scripta omnino sunt necessaria, ut non ad placitum
unius capitis, sed plurium inventionem iudicetur. Meli:
ora autem excogitari non possunt his, quam que centum
patres invenerunt, dignissimique Imperatores. Ex illis
colligentur que necessaria sunt iudicantibus, alia de:
misse committentur Judicium rationi. Nihil est quod
dici possit his legibus uti subiectionis est indicium,
utuntur enim et alii legibus scriptis, etiam qui non

recognoscunt superiorem, nec tamen per id subiecti esse iudicantur, his quorum utuntur legibus: sicut Aristotelis aliorumque Philosophorum libris utimur, nulli tamen illorum subijcimur.

De Contractuum inscripcione

Venditiones etiam et obligationes, aliosque Contractus, consonum crederius, libro terrestri inscribendas, alias quoad omnes firmitates, ut sic cessarent infinitae fraudes. Omnes etiam Contractus et actiones quascumque Polonico sermone scribendas optarem latinum siquidem aliter doctus, aliter indoctus, scribit et intelligit vernacula autem lingua, ab omnibus passim aequaliter intelligitur

De armis Incolarum Regni

Dictum est supra rempublicam iustitia niteri: hoc verum esse tempore pacis dignoscitur. Marte vero ingruente, ut res labore partas iustitiaque servatas, retinere possimus, armis opus est. Silent enim leges inter arma Eas ob res in hoc amplissimo Regno, ubi hominum diversi generis ingentes sunt copiae, ad arma suapte natura promptissimae: unus tantum defectus dignoscitur, quod nuda corpora animorum audaciae satisfacere non possunt, ideo in singulis terris et districtibus Palatinos curare decens esset ut quisque regnicolarum iustis sub poenis, certa habeat arma secundum statum et facultates suas.

De genere armorum cuilibet seruando.

At quae et qualia quisque teneatur habere arma videndum est et quo pacto bellica fieri debeat expeditio. Plerique dicunt

iuxta bonorum valorem aequum esse ista statuere. at ego dico id fieri non posse. Quis enim tam perspicax erit horum spectator ut aequalis secundum bona haereditaria censura fieret? cum huiusmodi haereditates singulis annis eman-tur aut vendantur commutenturue. itaque anno quolibet, noua matricula esse necesseria. Et in bonis item aliorum, census pecuniarum sit modici, at prouentus uberes: in aliis contra. Omnis itaque Nobilium turba diuidatur in hastarios, vulgariter kopyniki semihastarios, Balistarios seu Bombardarios, et gladiatores. Hastarius habeat arma integra. Semihastarius galeam et loricam, Thoracem et torquem, vulgariter oboizik cum Chyrotecis. Sagittarius galeam, loricam, et bombardam, vel balistam cum viginti sagittis, Gladiator galeam, scutum et ensem habeat. Hastarius duobus committetur, semihastario et sagittario, Semihastarius, unum Sagittarium comitem habeat, sagittarius solus, Gladiator solus. Valor etiam equorum uniuscuiusque iuxta conditionem statuatur: ut si equus hastarii valebit decem marcas tunc semihastarii quinque balistarii quatuor, et gladiatoris tres valeat. conscribet igitur Palatinus in suo Palatinatu quemque suo nomine Filii verò Palatinorum, item Castellani, caeterique dignitarii ut volunt incedant: presumitur enim quemque illorum dignitatis suae non immemorem: ita processurum, ut sua conditione dignum videbitur. Caeteri verò omnes in ea classe incedant, sicuti Palatinus praescripserit. Si verò bona cuiuspiam creuerint per fortunam potest numerus armorum illi augeri, et conditio sua mutari, uti libitum fuerit. De necessitate verò ad plus non teneatur, ea tantummodò arma habeat quae sibi Sagratus decreuerit, aut quae in matricula fuerint conscripta. quicunque verò talis non sit ut dignè in matricula scribi possit, is neque Nobilis censendus erit.

Officium Nobilitatis

Officium autem Nobilitatis est, semper paratum esse patriam tueri, etiam si opus fuerit mori pro patria. Tempore enim lustrationis armorum et militum quam singulis annis fieri velim et necessariam, si quis armis carens inventus fuerit, Titulum Nobilitatis ammittat.

De Civium expeditione

Civitates etiam quolibet in Palatinatu taxentur: quot hastarios quot denique alios milites expedire queque teneantur. Civium etiam quilibet arma talia habeat qualia sibi per Proconsulem iuxta facultates cuiuslibet, fuerint demandata. Taxetur etiam Civitas quelibet iuxta Civium quantitatem quot tormenta, quot pixides, et quot denique vasa pulveris bombardici habere debeat: quorum omnium noticiam habeat Palatinus loci: Ubi vero ipse providere et prospicere non possit per vexilliferum, vice Capitaneum, aut Succamerarium id fariat: Dominorum etiam hæreditariorum quilibet sub animadversione digna provideat, ut sui Cives ac rustici arma iuxta facultates suas habeant, balistas arcus, scuta, cuspides, bombardas, fundas, tribula, et id genus reliqua bello et deffensioni necessaria, que omnia Palatinus loci providere debet. Modicus profecto is labor est, quod si aliquis esse videatur, perpetuam tamen efficit rempublicam. Saluti est patriæ, hostibus vero terrori. Omnino mei consilii est, huic potius labori subijci quam propter ignaviam, aut predictorum ommissionem, propriis sedibus pelli, uxores ac liberos hostibus ludibrio haberi, nosque in proprio, vel natorum parentum, amicorumve sanguine morabundos volutari, vel saltem crudelissime subijci servituti.

De processu in bellum et disciplina militari

Ad praelium autem rite conueniendum est, non sic ut singulis uiis procedant singuli, sed ad Palatinum quemlibet, sua conueniat prouintia quos ille ad locum exercitui designatum perducat. Palatini etiam intererit, suos qui in culpa inuenti fuerint conuictos coercere et punire certa poena iuxta delicti quantitatem, nec permittatur ut impune praedaant agricolis facta iniuria, suo quisque contentus esse debet stipendio, nisi forte in terra hostium praeda permittatur libera, lege belli. Poena ammissionis omnium bonorum fiat, quicunque ad Palatinum tempore et loco statutis non venerit Palatinus itidem sua culpa non veniens. Palatinatum ammittat. Grauius enim in eos qui praesunt animaduertendum est, quo caeteri terrorem habeant. Viduae quoque et orphani, ita faciant expeditionem, ut dignum uidebitur si plures fuerint in una domo fratres, pro uno computentur, Qui dum modo sit viginti annorum, ad bellum proficiscatur, aliis liberis dimissis. Item qui filium habet pater bini loco sui mittere potest, modo sit eiusdem condicionis cuius pr, nec minor viginti annorum Quilibet igitur ad usque annos sexaginta si liberos non habeat, ad bellum ire ipse teneatur. Sexagenarii vero domi maneant, et ita expediant, ut ipsi exire soliti fuerant aetatem autem proprio probabunt iuramento.

De genere expeditionum

Expeditionum autem genera tria sunt necessaria. Primum simplex quando Nobiles soli ad bellum proficiscuntur. Alterum maius quando Nobiles ipsi, et tertia pars Ciuium ac rusticorum exit, contra hostis inuasionem, tertium, maximum, cum omnes indifferenter proficiscuntur, tertia tantum

Civium et rusticorum parte domi ad custodiam relicta: id non nisi in causis maxime arduis contingere debet quando scilicet pro libertate patriæ pugnatur, aut fidei defensione. Contabulationum autem exactionem nimiam, nequaquam desistam censeo. Molendinatores item et Soulteti, alii qui libertate gaudentes, cum Nobilibus ad bellum proficisci parati sint.

De successione dignitariorum et electione

Nec in Palatinatu, nec in alia quavis dignitate nati parentibus suis succedere debent, nisi forte huiusmodi officio digni sint tunc demum illis titulus cum officio conferatur. Gubernacula reipublicæ apud pueros hominesque ineptos non sint, non temere profecto dictum est væ illi Regno ubi Rex puer, et cuius Principes mane comedunt.

De Titulis dignitariorum mutandis

Tametsi Rex Bohemiæ Palatinum se Slesiæ scribat: est et Palatinus Rheni, et Palatinus Multaniæ atque Valachorum, non tamen illi vocantur Principes. Pro gloria itaque Regni erit, ut Palatini mei, qui olim Principum loca tenent, Principes esse declarentur dominii eiusdem: illorum autem filii, Barones et Comites Castri vocentur: verum hæc omnia cum morte expirent. Placeret etiam aliquos ex Castellanis, Comites dici certorum locorum absque si absque his ordinibus esse possit in Regno meo: propter alias autem terras hi status et nobis merito sunt necessarii.

Capitanei etiam maioris Poloniæ Cracovien. Sandomirien. etc. non Capitanei sed Præsides vocentur, quoniam illud nomen sicuti et Castellani turpe est et absurdum.

De ordine Stationum in Aula

Apud Curiam talis etiam ordo necessarius est. Hactenus enim in eundo, stando, et sedendo, confusio est, qui ut fiat statuendum est, de his qui praecedere quive sequi debeant. Aulicorum vero omnium secundum senium ingressus Curiae ordo sit. Loca quoque et stationes prout in Marschalci matricula continentur ordinentur.

De Sigillis dignitariorum

Omnes Palatini, Principes, eorumque filii rubea utantur cera, et Sigillum Palatinorum sit quadrangulum in sperico terrae et propria continens arma. Castellani vero eadem utantur cera, propria tamen arma in Sigillis deferent. At reliqua promiscua Nobilitas viridi signetur cera.

Spiritualium itidem in Sigillis discrimen sit, ut non nisi Praelati et Doctores Ecclesiae rubea cera utantur, vulgus vero Canonicorum non graduatorum, et reliqui item inferiores Praebendarii, utantur viridibus ceris.

Illud summe utile ac necessarium nostrae Reipublicae est ad huiusmodi dignitates non nisi homines idoneos vocari, non adolescentes, non pueros, sed qui docti sint et solertes, quo caeteri etiam a teneris ita virtuti studeant, ut sint ad honores adipiscendos aptissimi.

De bullatis Doctoribus

Nec minor Ecclesiae pernicies est, quod plerique opulentiores praesertim dum ad Italiam exeunt, modo tribus aut quatuor septimanis in Curia, ut vocant, degunt, titulos et insignia quaedam sibi comparant Doctoralia. Jamque nobis redit Doctor egregius qui paulo ante rudis asellus exierat. Quare statuend

ne huiusmodi Doctores bullati ad dignitates Praelaturasve accipiantur, etiamsi Nobiles fuerint, nisi hi qui secundum scholae rigorem comperti fuerint examinati.

De Conuentu Comiciorum

Quidam Proceres boni viri. Comitiorum tempore, satis veniunt tempestiuè at absentia nonnullorum commune bonum saepè remoratur. Luat igitur poenam qui tarde venerit cuiuscunque sit ille conditionis. Plerumque etiam contingit in his ipsis Conuentibus occupari hospitia temerè unde plurimae oriuntur discordiae. Nullus itaque propria sibi hospitium vendicet authoritate, donec illi per Marschalcum de hospitio iuxta statum suum fuerit prouisum. Marschalci insuper est officium, videre, ut nihil carius aut praeter morem, tempore huiusmodi Conuentionis vendatur: nisi noua res emergat aliqua, maiori digna pretio. Res autem communes omnes quanti vendi debeant taxentur. Conuentionem etiam diu in otio protrahi ratio dissuadet. Quare Principis erit curare huiusmodi Conuentionem quam compendiosissimam facere, ne pauperes sumptu grauentur.

De mensuris ponderum

Pondera itidem diuersa, mensuraeque dispares in singulis ferè Ciuitatibus huius Regni existunt: quae res non tam incommoda quam indecens est. Quare id merito tollendum est ex quo unus Regni Rex est, unum Ius fiat unum pondus, et una mensura.

De vectigalium prouisione

His qui diuersarum terrarum noticiam habent, non apparet

aliquam esse patriam, in qua vberiores sint merces, victui scilicet humano magis necessariae, quam in Poloniae Regno: nihil tamen id prodest, cum non sit qui superintendat. Scio extraneas Civitates, in quibus parvoque districtu, eorundem pro sale aliisque mercibus, Centum millia annatim de vectigalibus seu theloneis penduntur. in meo tamen Regno tam amplissimo, ne dimidium quidem Polonia profecto sua merceria alteras locupletat nationes, at fiscum extenuat proprium, tanquam omnes terrae, nullo discrimine, unum Regnum sint, Cum itaque hoc nulla ratio digna defendat, primo de his mentio fiat, ut quod publico utile sit aerario, communique bono salutare consulatur, id unum consideretur indignum omnino esse in Regno libero ab indigenis et Regni incolis exigi thelonea, nisi extra Regnum merces forte educendae sint.

De Mercatorum licentia

MErcatores et reliqui id genus institores, vendunt omnia quanti volunt. Stamina panni cuncta, latitudinem solitam non habentia. Piper, Crocus, omnia denique aromata viciantur et impostura et pondere iniquo. officiales ante constituti nihil agunt. Committatur itaque officium hoc talibus, qui superintendant, ne quid Respublica detrimenti capiat.

De viis reficiendis

VEctigalia vero et Thelonea non aliam ob rem inventa sunt, quam pro Reipublicae et Civitatis commodo. At nunc male administrantur viae, Pontes magna ex parte cadunt, nec ulla arte reficiuntur per hos, qui huiusmodi praesunt vectigalibus. Fiat itaque ut qui pendent tributa, sciant cur pendere debeant. Ad evitandum etiam agrorum

aut segetum damna litesque vectorum propter viarum an:
gustiam, nentique sibi cedere volentium: condignum erit duas
vias quaecunque eiusdem sit, in Pontibus praesertim constitu:
ere, una ab altera duabus tribusve adminus ulnis dista:
te. Hoc dum ita proclamatum fuerit sub poena qº in:
stituet quisque Nobilium per terras suas id efficere debebit
Cum itaque duae ubique fuerint viae contiguae per hoc ve:
ctorum cessabit difficultas, contentiones denique plurimae,
quae hactenus fiebant auferentur.

De immunitate bonorum sacerdotalium

Plurimi homines, et quidem stulti, Polonorum esse Iura
dicunt, milites in bellum proficiscentes, bona spiritualia
licite et impune vastare posse: haec vera si quae sunt, impia
omnino, et quisquis illa edidit non satis arguta fraternae
charitati et proximi prospexit dilectioni, hoc enim hostile
est non Christianum negotium. Cum igitur domini Eccle:
siastici ita se gesserint, ut praescriptum est, nephas om:
nino sit bona illorum attingere, imo transgressores
animadversione digna puniendi sunt, contra rerum alie:
narum spoliatores et invasores instituta.

De bonis Episcoporum post mortem

Vacante aliquo Episcopatu post mortem Antistitis et aliorum Cle:
ricorum, praesertim qui intestati obeunt, bona illorum ob:
ventionesque Ecclesiae rapiuntur per privatas personas,
et alicubi pro mensa domini Papae servantur: id autem
indecens est et rationi minime consonum. Convenientius
itaque fuerit, talia bona pro Reipublicae commodo
infiscari, ut quod ex sudoribus pauperum partum sit,
in eorum transeat defensionem quaecunque etiam inhibitione

Capæ nonobstante. Satis superq; Capatus promissus est. At hoc magis conuenit, vt unde quis acquirat ibidem et relinquat, siquid vltra victum superfuerit: hæc enim est spiritualium sors ex Canonibus præscripta vt supradictum est.

De habitu singulorum Statuum

Quia pulchrior apparet qui sua Jura tenet: quare et in vestitu vt certum fiat discrimen necesse est. Nobiles et eorum vxores habitu vtantur vt lubet. Ciuium vestimenta districta sint, vt aliter Ciuis in Magistratu, aliter priuatus incedat. Spirituales itidem habitum sui status custodiant, vt inter Clericos et laicos discrimen sit. Judeorum itidem à Christianis nulla est differentia. Meretrices etiam à probis nihil differunt Matronis, nec Tortor item ab aliis. Consonum itaq; erit, vt Judei rotulam ferant rubeam vestibus adsutam. Meretrices et vittis et flammeorum operimentos differant. Tortor ense, Præco baculum gestet semper

De viarum et fluminum libertate

Sicut viæ ita et flumina libera esse debent, nec vllo meatu impedita. In cuiuscumq; igitur dominio flumen obstaculum habeat, tollatur omnino sub poenis certis Regalibus

De proclamatorum Judicio

Quia propter confessionem cruciatorum in Tortura, multi insontes puniuntur. Cum igitur ingens delictum sit sanguinem iustum effundere, ne talibus confessis aliós criminantibus fides adhibeatur, diluuida ad id requirit[2]

probatio. Nullus itaque condemnetur ad mortem nisi euidenti noticia accusatus legittime sit conuictus.

De effectu fraternitatum et sodalitiorum alias Czechii

Tametsi omnes sumus fratres, nescio tamen cuius spiritus persuasu, alii se fratres Sutorum, alii Sartorum, alii denique beatae Mariae fratres vocant, nemo interim fratrem se Christi profitetur, cuius cohaeredes sumus. Quae res etsi perniciosa est contra proximi charitatem, cum nemini bonum faueatur aliquod, nisi sit eiusdem sodalitii, In hoc tamen potissimum quod huiusmodi singula sodalitia, efficiunt omnes res maioris esse pretii, quam alias venderentur: neque enim huiusmodi res, nisi prout ipsi inter se constituerint, distribuuntur, quod omnium Nobilium et agricolarum magno fit detrimento. Tollantur itaque omnino haec de Polonorum Regno

De potatorum et Commessatorum correctione

Multi subditorum tam Cives quam Villani, paupertatem suam quaeruntur et in contentiones causam reijciunt, cum tamen id magna ex parte in Praelatis situm est eorundem Arceantur itaque artifices et rustici a potatione frequenti, matutina praesertim. Superintendat Praefectus et huiusmodi quottidianos bibulos fuste aut loris expellat, ad laboremque cogat, Neque id absurdum esset tabernas tam frequentes prohibere, vt Ceruisiae propinatio fiat alternatim per vicinias domorum, sic et sumptus bibulorum, contentionesque magna ex parte tollentur.

De monetae diuersitate et eius vsu

Moneta itidem deformis cuditur in hoc Regno. Cum igitur

nihil damni sit (modò id bene prospiciant) de puro argento nummos facere ad instar aliorum Regnorum, tales sint deinceps nummi, qui valeant pro Reipublicae utilitate. Exterrorum etiam nummi in prouintia mea capiuntur: indignum profecto ubi aliorum capitur moneta maiore taxata pretio, quam mea. Quare denarii alieni licet maiores apud suos ponderis tanti fiant, apud meos, quanti et nostratium, ne sit panciores nouem pro mediente, et pro uno grosso xviij dentur.

De Aulicorum exercitio obseruando.

Curia itaque Regalis admodum decresit ob exercitii deffectum. Formentur itaque in exercitatione ludorum, et perseueret pro dignitatis et Aulis Regiae honore, ut iuuenes habeant ubi iuuentam exercere possint et exterrorum laudem mereri

De Castrorum munitione

Arces item Regales, et aliorum male custodiuntur et seruantur, ita ut prae victus penuria facile fame capi possent. Tormenta etiam bellica machinae et pixides, pulueres quoque deficiunt, nulla in finibus habetur defensio, licet Arces ob eam rem sint fundatae vectigaliaque ob id dotata sint, ut Arces usibus prouideantur necessariis

De venaciombus exercendis

Hoc etiam pro totius communitatis utilitate, corporumque recreatione est necessarium, ne animalia esculenta tum veneantur, cum prolificant. Prohibeatur itaque venatio tali

retibus q3 laqueis aut capullis quibuslibet nec quisquam lepores aut feras huiusmodi agitare presumat quoacq3 modo, à die Sancti Alberti usq3 ad Sancti Joannis Baptistae festum, propter maius talium animalium incrementum, ne sc3 captis parentibus et ipsa proles intereat

De præmiis superintendentium ad predicta

Quia igitur his omnibus per se vel per vicarios Palatini superintendere debent, ut itaq3 dignitatem sumptus comitari possit et impensam diligentia præmium talibus assignetur condignum, quo usi amicius Rempublicam ament. Jdem et inferioribus ordinibus faciendum censerem, propter officii executionem, nec in hoc fiscus aut Respublica detrimentum capiet, sed potius horum diligentia reviviscet.

CONCLUSIO

Quamvis sint adhuc et multa alia domini patresq3 colendissimi reformatione digna, quæ usu (pessimo omnium Magistro) inveterataq3 consuetudine iniam contaminarent Rempublicam Sed ista pro hac Conventione componere sufficiet, alia denique suo commiscentur tempore. Ne tamen quispiam me ruditatis et inertiæ accuset, quod ea quæ scripsi crassiori qua par erat Minerva exarata sunt. Jd primum consideret velim, non me doctis scribere, aut qui Musas colunt placidiores sed reipublicæ consultum iri cupiens, his hæc exaravi, quibus per Reipublicæ negotia pollitiori literaturæ operam dare minime vacat Reliqua lector prudens boni consulet

FINIS

Respublica Polona: Proceribus Polonis in Conuentu Crac. congregatis: Salutem

Is Conuentus habitus fuit initio anni 1543

Quoniam ad hunc locum conuenistis non commessationum aut conuiuandi gratia R.mi Illtres: Mag.ci et Generosi domini: sed de rebus maximis et grauissimis consultaturi: quippe de bono statu et dignitate regni de incolumitate vra, fortunarumque vrarum, iustis et aequis rationibus stabilienda denique retinenda: si quem in rebus tantis profectum facere: si tam sumptuosi et serii Conuentus vllum fructum percipere: si vrorum denique consiliorum penitudinem effugere cupitis, ante omnia danda est opera, vt me vram omnium ex regno amicam tandem in amicitiam recipiatis. Quod quidem quoniam in hactenus nullis conatibus impetrari a vobis potuit: quem vrorum consiliorum et Conuentuum successum habetis? et propediem insuper habituri estis? si adhuc non sentitis nec animaduertitis frustra hic tempus terendum non est. Quod si sentitis, et tamen needum expergisci, neque complecti amore potestis: hinc vobis quamprimum abeundum censeo. nisi vos hostibus deridendos ac modis omnibus contemnendos prostituere: domesticis etiam execrandos prebere velitis. Vel certe compotationibus, aleaeque et lusibus danda est opera vt eius rei gratia tantum conuenisse videamini. Sic enim saltem et moderatius vobis insultabit inimicus: et in magna securitate letantes ac tripudiantes interemptionem vram expectabitis. Non possum sane nisi quod sentio idem et loqui, amica sum. Amicorum

corda nunc eorum patentia et aperta esse conuenit. quod quemque nostrum premit siue priuatim siue publice, hic est aperien-dum. et quod nocet hoc corrigendum quod conducit hoc ful-ciendum atque stabiliendum est. hinc procul assentaciones: procul simultates et Sycophantarum turba (amicitie ma-xima pernicies) procul abesse debet. Nam si assentacioni-bus tantum et Sycophantiis vere patebunt aures: nulla spes esse poterit de salute vera communi quicque inter nos recte consulendi statuendique. Enimuero quid ceco cum speculo? et quid de salute consulat is qui salutis pestes vel non vi-det? vel cum videat, non pestes esse iudicat. aut cum pestes communis salutis esse certo sciat: nichilominus eas (proh facinus indignum) salutis nomine pretexat, amplectatur, promoueat. defendat? Quibus quidem predictis malis om-nibus, tum cecitate videlicet multaque ignorantia, tum per-uerso in rebus diuinis humanisque iudicio, et malicia et temeritate profecto carere non possumus, si nos nunque ve-ritati arguendos permittemus. multo vero magis si hanc a nobis per istam Sycophantarum et assentatorum turbam explodi patiemur. Maxime autem si veritatem ipsam Tyrannide opprimere ac penis quam solemus capitalem host[em] persequi ac supplicio afficere pergimus. Absit autem. absit, vt inter vos tales inueniantur, qui huc in presen-tiarum conuocati estis, vtinam tandem id actum quod vera omnium conuocatio presefert ac singulorum vocatio profite-tur. Namque si inter vos misceantur qui ipsam veritate[m] non minus quam me Samsonico odio prosequuntur, sic inter nos nequaque conueniet. dum animos habeamus tam dissi-miles, et studia tam contraria, iudiciaque diuersa. Quo-circa. Si tam necessarios conatus ad optatum finem per-ducere libet, operepretium fuerit in vero ordine, inter amicos et inimicos discrimen facere. quia ingens imposturea

suboritur quando alteri pro alteris indiscriminatim capi
permittuntur, ingens iniquum impostura passim grassatur,
quandoqui amatores Reipublice vulgo habentur: rem:
publicam tamen quantum possunt conantur è medio tollere
Sed horum diversitatem ex diversitate cum animorum tum
consiliorum dignoscere licet: cum mei amici sic sint animis
affecti, ut mea causa etiam suorum adversariorum,
nedum amicorum salutem vel cum sui comodi iactura,
interdum et vite discrimine querant, inimici contra
mei tales mentes deprehenduntur habere: ut sanguinem
suorum amicorum et benefactorum prius sitiant: qȝ ul:
lius rei privatè iacturam facere velint. Puto vos hec
verba non obscura satis intelligere: que si animo infixa
retinueritis, non erit vobis difficile amicos meos et
inimicos internoscere: quantumuis aliud foris simula:
verint: aliud animo prestulerint. Ab hiis igitur
vrã consilia segregare inprimis studeatis: vel quod
multo consultius foret, illos in meas partes quantum po:
testis pertrahite: si me vrãm communem nauem ac
salutem saluam esse: Si deniqȝ extremum naufragium
evadere cupitis. quantum in me est. ego non ero diffici:
lis in restauranda inter nos mutua pace et gratia: modo
velint inimici mei equas et tolerabiles quin etiam iocun:
das pacis conditiones subire, vel saltem non recusare, ultro
hos obviis ulnis amplectar: et oblita tot vulnerum ac
dolorum in constantissimam recipio amicitiam, non prescri:
bam duras conditiones foederis: nullum grave iugum
imponam: non metuant sibi, nec suis facultatibus quas
video q habent vita sua chariores, et quas illis nequaqȝ
invideo, quin etiam pro hiis conservandis laboro: Nec erunt
conditiones pacis innumerabiles, en illis prescribo unica:
si minus possem unica, minus prescriberem, ut ne quisqȝ

calumniari possit per me stare, si amicitia inter nos (quod absit) non coierit. Unum est charae domini, quod si vos factiosos recipitis, recipio vobiscum foedus. amate Rempub. vestram: et sufficit mihi. vel quod idem est amate vos mutuo. honesta est conditio et facilis: tribus tantum dictionibus constans, ineunda est. et non utilis modo sed plane necessaria. Nisi enim vos amaveritis mutuo, peribitis mutuo me amate inquam, et redamabo vos affatim atque cum multo foenore. Amari autem velim non tantum lingua sed opere etiam et veritate. Amatores enim requiro non Zelotypos non hyppocritas. Et hoc sit pactum foederis inter meas partes et vestras hoc pactum si accipitis amo vos, et mihiipsi propter vos ita placeo, ut una vobiscum vivere, vestroque amore oblectari libeat diutissime. Quodsi non accipitis, amo vos nihilominus sed mihi metipsi ita displiceo, ut diu vivere non libeat, eo quod amare diu vos non potero, propter certissimum vestris cervicibus imminens exitium. Jam Navis vestra lacera est: plena rimarum est: hac atque illac perfluit: et nemo est qui resarciat. inter plurimos qui perfodiunt ac variis cuneis findunt, nauclerus dormitat Nautae stertunt: insensatos vel paralyticos esse dicas remiges Chyragrea, exploratores podagra, excubitores angina. et tussi laborant. speculatores exoculati nonnisi quae obtenduntur palpantes: malum vetustate corruens, funes partim data opera praecisi: partim sua sponte rupti. vela lacera et a gliribus et soricibus corrosa: ex parte per istam ebriosam et luxui deditam turbam conquinata et conculcata remorum denique et contorum nullus apparatus. postremo anchora nulla. ante et retro varii prominent scopuli quaquaversum venti impulerint certum naufragium subsequitur. quanquam etiam nullo vento impellente ipsa Navis partim improborum et fatuorum incolarum opera et violentia

conuulsa, partim intolerabilibus sarcinis onerata per se diu
nobis durare non poterit: sed ad fundum ire necesse habet
frustra reclamatricis cum reliqua turba Nautis nimirum
sero tum demum expergefactricis cum iam singulotenus mer:
si fuerint: et cum nulla particula nauis sit incolumis re:
licta: partim nauigantium negligentia, partim etiam in:
dustria: ut non cogaris una cum ea fundum petere, sibimet,
spe enatandi, volueris inniti. Et haec vobis audacter dico
et constanter predico: si partum quod vobis propono reijcitis
neque accipitis cum festinatione (nam de induciis ad delibe:
randum serum est cogitare) Quod si accipitis hanc unicam
et honestam facilem et non minus iucundam quam necessariam
vobis propositam pacis condicionem, nihil est quod adhuc de
salute mea desperare debeamus. Solus amor mutuus vel no:
bis aliud agentibus, facile omnia restaurabit, resarciet
et reintegrabit: ita ut Nauis vestra eisdem usibus sit
potens sufficere: quibus maiorum meorum tempore suffi:
ciebat quin etiam tanto maioribus quanto vobis suppe:
tunt maiores facultates ad incolumitatem vestram tuenda,
si modo his recte utamini. Nam multis suipsorum fa:
cultates exitio fuerunt. His igitur ne in vestram perni:
ciem abutamini, amor mutuus vos abunde docebit: cha:
ritatis vicissitudo adhortabitur: pietas denique persuade:
bit. Quid? quod deus optimus Maximus qui summa cha:
ritas est nobis aderit? nobis assistet: nos proteget: pro
nobis pugnabit, si amor et charitas inter nos mutua
permanserit? Jam vero si deus nobiscum quis contra nos?
quis resistere poterit potentie eius? aut quis tam imbecillis
esse potest, ut hoc adiutore non sit omnium potentissimus?
Caeterum si quidem iam persuasum habetis, me a vobis ne:
cessario amari debere: Ecce vobis vulnera et dolores
meos aperio. Ecce meae saluti et vitae consulendum et

et succurrendum esse flagito: ut nequisquam verum pretendere possit ignorantiam presentis miserande condicionis et necessitatis mee. Vestrum igitur erit curare langnores meos si quam in vobis pietatis scintillam adhuc erga me retinere videri vultis: aut si vos verum omnium incolumitas aliquid iuvat: quam vos diu retinere possibile non est, nisi me amaveritis et amantes valetudinem meam curaveritis. Quod autem non plures morbos ac dolores vobis curandos in presens propono: facile per se quisquam divinare poterit. Valete.

Precipuum reipublicae malum et gravamen: quod in magistratibus ambiendis, non virtute certatur, sed pecunia et malis fautoribus.

Illa imprimis gravis est Reipublice pernicies: quod in magistratibus Regni ambiendis, non virtute certatur, sed pecunia, et malis fautoribus. nulli autem magis favetur, quam qui scierit astutius ac nocentius rempublicam defraudare: ut exinde tandem ad fautores et promotores suos plurimum redundet reipublice spolium. Unde fit: quod quanto quis fuerit in rempublicam scelerator: aut scelerato fautori obsequentior, tanto dignior habeatur ad magistratum in republica impetrandum. Qua ratione tandem non modo vitia de media republica non exterminamus: sed procuramus ne flagitiorum ullus sit modus ac finis ubi inter competitores ad hunc modum se ambitio habet, ut alter alterum flagitii magnitudine contendat superare. Et hec quidem nemo illesa conscientia negare potest, vera esse, etsi vero negare cogamur omnes: nihilominus per se tam conspicua sunt quam sol die serena conspicimus

conspicuus est. Quare ipsamet per se nostra communis et
mutua languida salus, hoc sibi a nobis postulat: ut hoc
pestilente et exitiali morbo corpus reipublice exoneremus

Magistratus: non cogitant officium sed questum et fastum.

Ex superiore malo aliud malum necessario sequitur: quod hoc
modo creati Magistratus ad eundem modum se habeant in republica
administranda putantes se tunc egregie officium suum ge-
rere cum maxime loculos suos infarcierint, seque de reipublice
spoliis privatim quam plurimum ditaverint, eo quod loci res de-
venit ut homines nihil nisi avaritiam sapientes et spiran-
tes, credant sibi officia in republica, ea gratia concedi:
non ut ipsi reipublice inserviant: sed ut rempublicam
in servitute detineant, et ea pro sua libidine abutantur
fitque quod pro patribus patrie, habeat et alere cogatur respublica
perniciosissimos hostes et proditores: pro pastoribus fame-
licos et insatiabiles lupos: pro custodibus crudelissimos vul-
tures. ignoscite Reverendissimi Illustres ac Spectabiles domini. res
est que nec obscure per istos patratur: nec per nos diutius dis-
simulari potest. ita nos etenim iam pridem usque ad vivum
attingit: itademumque premit, ita urget, quod has voces veritatis
testes continere, dentibus quantumvis compressis, et manuum
palmis ori adhibitis haud quaquam possumus. horum nequam
immoderata iniquitas et crudelitas singula nostra laqueis in-
iectis comprimens, tales voces nos edere cogit, nec diutius do-
lorem et cruciatum celare permittit. Non ignoramus equidem
Magnifici domini: huiusmodi nostram querimoniam fortasse ma-
gis facere ad indignationem quam ad commiserationem ac ma-
gis forte mutuam dissuere quam consuere amicitiam. Sed quid
facias? si te potens amicus nulla de causa, nisi quod tu imbecillis
et ipse avarus est, per singulum correptum humi prosternat

teq; laqueo imposito manibus ac pedibus obnixis strangula:
re minimum diu non desinat: donec te de manibus et potē:
cia eius, omnibus facultatibus tuis abiectis, postremo ipsa
cute tua exuta et illi obiecta redimas: Quid hic fa:
cias, aut dicas, si avarus amicus huiusmodi immanita:
tem suae iterum atq; iterum per multos annos sine ulla
misericordia exerceat, non quoties facultatum aliquid
recuperas, aut cutem tibi renatam geras: sed quoties
dira habendi sitis suadet et exigit, exigit autem sine
ulla intermissione: quid demiq; facias nunquam, ubi nec
cutis tibi quidem reliqua fuerit ad iugulum de ma:
nibus amici redimendum: aut quid tandem postremo
dicas ubi tibi negotium incumbat hoc modo amicitiam
retinendi non cum uno amico quopiam, sed propemodu
cum tot amicis quot officia in republica rerum quoru
quorum si unum subterfugias et ad alterum te confe:
ras, nihilo secius feceris, q; si Scyllam devitans in
Charybdim incidas, si ab hoc autem retulteris ab alio ead
exutus redibis Atqui palam est q sic ad hunc modum
respublica habet inter istos amicos suos et curatores
omnibus eadem sunt studia. nemo gratis amicus est
reipublice, nemoq; alio modo, nisi ut dictum est res,
ipsa cogit veritatem profiteri: ad veritatem tanq;
extremam anchoram confugere et veritati standum esse
res ipsa nos inclamat et compellit hac veri amici mini:
me offenduntur: falsi et fucati arguuntur et obtundu:
tur, huic causa committenda. hec oppressorum advocata
esto. huic certe locum dare et aures accommodare oppor:
tet, si usquam alibi ‡ tollerandà veritatis inimica assen:
tacio, hic certe omnium in̄ vitia in medium producē:
da et sanabilia quidem sananda: insanabilia vero era:
dicanda vel amputanda sunt. Virtus autem et veritas

‡ at saltem in Comitiis hic non admittenda, si alibi:

virtutis radix stabilienda fulciendaque est si modo hic vir:
tutis et reipublice negocium agimus et non privatum. hic
pro republica veritas loquatur vel more suo balbutiat
necesse est: et vicissim respublica: pro veritate: non taceat. siquidem
res eius hic agitur postquam nemo apparet qui alter:
utrius patrocinium et procurationem subire velit. Age
vero prodeant huc isti qui veritati offenduntur perso:
nati reipublice Antistites cum suis fucatis in rempu:
blicam officiis et meritis: ostendant qua in re quisque
reipublice honeste inservierint, aut inservire aliquando
maluit, quam sibimet? Non loquor hic ad omnes sed tantum
ad inutiles Scultetos: dicant quantum commodi aut orna:
menti accesserit reipublice de ipsorum administratione
et veritatem mendacii arguant. ego quidem nihil video,
nisi id esse dicant reipublice commodum, rempublicam
ad vivum usque deglubere et reipublice ornamentum esse,
seipsos plurimis possessionibus auroque et argento de reipublice
spoliis ornare illustrareque, indeque illustres Rmos Spe:
ctabiles, Magnificos ac generosos dici, et id genus speciosis et
exquisitis titulis appellari ornarique. Quin potius credo
equidem istos ambiciosos reipublice curatores et decora:
tores non modo nunquam nullam rempublicam ullam ocu:
lis suis vidisse, sed ne per umbram quidem aut somnum
percepisse formam eius aut speciem aliquam. tantum
abest, ut que sint reipublice ornamenta aut que com:
moda intelligant. Dicam adhuc amplius et dicam quod
sentio, quod ne id quidem intelligunt quid sibi velit reipublice
vocabulum. Dicant nunc, quid est respublica? aut vo:
cabulum eius quid significet? et mentiar ego si ipsi se scire
non mentiuntur? et tamen ad reipublice procreationem
patiuntur se a nemine anteverti scilicet tanto amore
feruntur in rempublicam quamvis ignotam: et tamen

et tamen illi inservire gaudent. quid autem faciant si hanc de facie novérint!

COMITIA CREBRA ET Reipublicę perniciosa

An illud quoque gravamen tollerandum est? aut potest negari? quod fermè quotannis Comitia publica convocantur: sub pre:textu consulendi de pace et bono statu regni. Ubi tamen nihil minus curatur quam pax aut bonus status. Et quid namque aliud facimus in Comitiis nostris tam sumptuosis? nisi quod omnem operam impendimus in hoc, ut aliqua non modica Contributio extorqueatur à misera plebecula. qua re ad effectum deducta, nunquid non confestim unusquisque ad sua revertitur domestica et privata studia, tot millibus querimoniarum et gravaminum tam publicorum quam pri:vatorum ad Comitia devolutorum praetermissis nec defi:nitis? cum maximo regni dedecore et non minore pernicie: ad extremum usque divini Judicii diem productis et relega:tis. Non hic recito tot examina novarum ac varii generis Constitucionum, quę in privatam rem et gratiam quorumvis Potentum ita sanciuntur, ut eas in proximis Comitiis abrogare, et rursus alias mox abrogandas sta:tuere necesse sit: sed quotiescunque libet aliquem ex poten:tibus pauperem subvertere ope et praetextu publicę Constitucionis Pudet hic refferre exempla quę magis expedit reticere, quam cum summo Reipublicę dedecore attingere. Quędam etiam statuuntur tantummodo quęstus gratia, ad imitacionem Romanę Curię, ut sit videlicet occasio. Dispensationes contra hęc Statuta vendendi, et hoc est peculiare Cancel:lariorum et caeterorum Aulicorum Strategema, quibus

eiusmodi dispensationes non modicam prædam afferunt, cū
suas operas et exquisita consilia in dispensationibus partim
impetrandis: partim formandis: partim obsignandis pro:
stituere non dedignantur. Exemplum huius rei si non alias
certè in Judeorum dispensatione [absolutione] à glaucis pileis editum
habemus et quanta auri summa hanc Judei redemerint,
etsi illic in dispensatione non sit expressum, tamen non
ignoramus. Sed hæc alibi latius tractabuntur. hic
satis sit, hęc Sacra misteria, quę in tam frequentibus
et speciosis Comitiis meis geruntur attingere. Nam alia
profundiora aperire non expedit. Cum itaqz in meis
tociès iteratis Conventibus, controversias privatas pu:
blicasqz, lites quidem nullas dirimimus aut componi:
mus: futuris verò non modo non occurrimus: sed potius
affatim data opera seminamus: quid inde reportamus,
aliud, nisi fecundissima semina intestinarum contencionum
et cædium, quarum iam plus satis abundat misera respu[bli]ca
quę res tamen, istis, vice iocundi spectaculi est. Nam
neqz hęc sine ipsorum grandi questu et lucro geruntur.
tantum abest ut hoc malum de republica tollere cogitent
Cum verò Tributum decernimus: quid queso decernimus
nisi miserorum Colonorum oppressionem? ad quos solos
omne tributi onus indignissime reiicimus: extorquentes
ab eis id quod à nobis prestandum erat, regni scilicet
defensionem. quasi verò aratorum ordo militari ordini
debeat defensionem et non econtra. Sed hęc q[uo]q[ue] suo loco
proponet[ur] querimonia. Quicquid igitur reportamus aliud
ex istis speciosis et crebris Comitiis: nisi imprimis loco
boni reipublicę status, summam regni turpitudinem et
loco pacis continuas ac perpetuas oppressionum et cædium
intestinarum vicissitudines, tandem divinę indignatio:
nis provocationem commeritis poenis cito vindicandam,

deniqz hostium nostrorum hec non ignorantium turpissimum erga nos contemptum cum ingenti audacie incremento ad nos hostiliter et tanto matrimis adoriendos ac tamqz pecora (utinam mentiar) subiugandos, et isti sunt eximii fructus nostrorum Comiciorum: nihilominus pretextu consultacionis de pace et statu regni tocies iteratorum et iterandorum, quoties lubet loculos adimplere: cum tamen nemo sit qui pacem, qua huc usqz ab externis hostibus fruimur (rebus sic stantibus) cuiqz acceptum ferat aut ferre possit nisi divine benignitati et indulgentie

Quo pacto et pace divinitus concessa non permittitur gratis frui

Nec levior est illa iniuria, quod non licet nobis gratis frui pace divinitus concessa: Sed hanc redimere cogimur in singulos annos grandi sane et minime necessario tributo quamqz quid dixi non necessario, immo plusqz necessario Nam nisi Tributum sponte concesserimus mox nobis bellum indicitur, nullo lacessente externo hoste protinus ad bellum vocamur, aggredimur serio et maximo apparatu convenimus ad locum designatum, conscribimur, ordinamur in acies, ardent animi adversus hostem, requiritur ubi sit qui cum nusqz compareat et ne vestigium quidem eius, tandem fuco in apertum prodeunte, datur occasio animos exacerbandi atqz fremendi adversus Magistratuum improbitatem qui nobis succedunt in locum hostium: fit clamor et armorum strepitus: Cur quid tandem hic detinemur iniquimus: cur non progredimur! aut domum remittimur! detinemur tamen non frustra in loco: Nam interim consumitur commeatus

commeatus, euacuantur pauperibus loculi, oppignorantur pos:
sessiones, expendunt diuites pecuniam, sed pro pauperum posse:
ssionibus: fit diuitibus diu desiderata, pauperibus autem fru:
stra diu uitata mendicatio. Qui non habent quod oppigno:
rent, vendunt apparatum bellicum, fiunt ex equitibus pe:
dites, exarmatis multi. Tandem itur ad rapinas agrorum
et villarum vastationes fame ita persuadente, fit victu:
alium indies maior ac maior penuria, interim tendun:
tur retia in consuetum aucupium: subornantur apostoli,
qui persuadeant rogandos esse Magistratos, vt quoniam po:
tius Tributum decernant quam nos à charis Coniugibus et
liberis minime necessario exulare, rem domesticam ne:
gligere, miserosque illius loci colonos rapinis et damnis
opprimere diutius patiantur. facile impetratur conditio
sed non ita facilè conuenitur de quantitate Tributi. lici:
tatur magna vtrinque contencione, sed maiore conatu à
parte ablatiua quam à datiua. Tandem pars offerens tedio
simul et misericordia erga loci colonos: magis quam persua:
sionibus aut rationibus victa, concedit postulatum Tri:
butum. protinus prescribitur tempus pecuniæ extorquen:
dæ. eliguntur questores sed de numero eorum qui à parte
persuadente et decernente contendendo magis strenue
se gesserunt, vt hoc modo isti mercati, ceteri vero prouo:
cati, ad eadem studia parti auferenti gratissima se tanto
libentius conferant. Postremo deuictis hoc pacto hostibus,
fit finis belli. remittuntur domum milites. curritur cer:
tatim ad vxores remque familiarem diu intermissam.
alter alterum antecedere nititur, sepe vbi uentum est
ad pontes, aut vias strictiores, nihilominus ruunt qua
cuique datur. peruertuntur et confringuntur plaustra.
Equi leduntur, eademque occasione committuntur cedes,
semina videlicet futurorum bellorum intestinorum et

haec denique est laus egregia magistratuum et reipublicae nostrae apud externas nationes et domesticam plebem, cum nos ipsos debellamus, saepe nocentius quam nos ullus hostis debellare posset.

Tributa nomine defensionis regni decreta a solis rusticis iniquissime exiguntur. nec tamen in defensionem: sed potius in contrarium usum convertuntur.

Iam ut fingamus ista continua Tributa, nunquam decerni, nisi reipublicae necessitate id exigente, hoc est pro milite conducendo ad defensionem regni: certe nemo tam stupidus est, qui non sentiat esse iniquum et crudele facinus, hoc rusticis imponi: multo crudelius a solis rusticis extorqueri, quasi qui minimum vel potius nihil possident illis plurima incumbat regni defensio: vel quasi ad hoc ipsum quod nihil possident, insuper etiam non sint satis amplis servitutibus et laboribus domino fundi debitis onerati. Adde census de agris, exactiones de pascuis, de graminibus, et feno, de lignis et rubetis, de glandinibus, nucibus, pomis, piris, fungis, caeterisque fructibus agrestibus et sylvestribus, et haec quidem multaque alia propemodum innumera ex parte dominorum fundi exiguntur. Adde illa quae Sacerdotes et Clericorum ministri exigunt nempe decimationes, missalia, mensalia, Petronalia, offertoria, Calendationes, ovationes, gallinationes, Caseationes, Canabi et lini exactiones, de Matrimonio, de Purificatione: ac in templum introductione, de sepultura, de Exequiis et funere, de Salve cantu: de Crucis gestatione: Aquae aspersione, Campanarum pulsu: de vigiliarum quas

vocant miserereq: sine vlulatu, pro Tricesimis: pro anime commemoratione: pro Templi aedificatione: pro eiusdem consecratione: pro Cimiterii septione, et eius consecratione: pro Altaris consecratione: pro veste Sacra, pro Calice noviter comparato vel comparando. pro imaginum fabricatione et pictura: item pro eorundem singulorum consecratione: pro singularum campanarum fusione, et earum baptisatione: pro Templi vexillis: pro monstrantia quam vocat: pro Ciborio quod ita vocant: pro Cereis Pascalibus et ferialibus: pro fonte Baptismi comparando: pro Cathedris Templi fabricandis: pro loco et accubitu in templo. Adde tot pauperum necessarias eleemosinas: Adde varias variorum Monachorum mendicationes, qui deniq nullum rus, nullum pagum et vicum transeunt non spoliatum: nullam gazam pretermittunt inexhaustam, sepe etiam vbi virum non invenerint micas a feminineo sexu eleemosinas per vim exigentes, et quis tandem recensere potest singulas pensiones et exactiones rusticitati apud nos incumbentes quarum tanta est copia et varietas: vt ne vocabula quidem suppetant ad haec nuncupanda. Quae omnia hoc hominum genus cum sit omnium reliquarum reipublice partium vnicum fundamentum necesse habet sustinere et profecto sustinet. Nonne horum est inferioris terram omnium rerum matrem laboribus suis excolere: et deo optimo Maximo irrigante fertilem facere? hoc est donum principale generi humano ad vitam presentem conseruandam divinitus ordinatum: multo labore et sudore ad omnes reliquas Dei creaturas porrigere? Nonne horum est feras sylvestres et bestias campi, omniaq volatilia et reptilia de fructibus laborum suorum gratis pascere et saturare: cum ipsis solis ne elementa quidem a deo creata gratis fruenda permittantur! sed pro omnibus necesse habent precium dare, pro igne,

aere, aqua, terra etc. Nonne denique istis manebit omnis reipublice status, ordines, et membra, desuorum perpetuo: rum ac in orbem redeuntium laborum fructibus pascere saturare, reficere in hac vita conservare, vestire, ditare provehere, sublimare, denique omnium reipublice statuum et membrorum animas ab inferis redimere: censibus scilicet pro redemptione animarum super ipsorum humeris ac laboribus fundatis. Nec tamen satis erat hoc genus hominum tot et tantis oneribus et laboribus obnoxium esse: nisi insuper omnis defensionis regni illos subire et sustinere cogamus! Atqui non ita erat Respublica per maiores nostros instituta: Sed in primis Principis videlicet capitis, reipublice, negotium erat fines regni undequaque ab hostium incursionibus sumptu suo providere et defendere: Ordinis vero militaris officium erat hostem validiorem: si forte finibus transgressis Regnum invaserit, viribus suis adoriri et propellere. Aratorum autem munus erat, in pace et quiete terram colere: fertilitatem frugum procurare: censumque annuum legittimum ex agris domino fundi reddere. Nunc rebus universis omnia hec onera in solum Aratorem coniecta sunt: solusque sibi est et caput, et manus et pedes, sibi dominus et defensor: sibi subditus, sibi agricola, denique sibi soli salus et vita: breviter ipsemet sibi omnia est: Reliqua autem reipub. membra vix aliquid sunt hoc tempore: nisi sibi ipsis mutua pernicies. Sed iam ad rem redeamus. An vero credimus hec Deum non respicere? et istam perpetuam oppressorum querimoniam ac gemitum celos non penetrare? Certe si nos non tangit honestatis ratio: saltem divine ultionis authoritas monere nos deberet, si modo deum esse, et humanarum rerum curam habere credimus! Sepe ab his quos hec indignitas dudum commovet excogitata

sunt laudabilia consilia et modi inventi, quibus regnum defendi posset ab hostibus citra ullam oppressionem pauperum et modica impensa divitum Sed sordida avaricia perdendorum regnorum magistra, egregios ac salubres conatus semper suis artibus disturbabat et impedivit effecitque quod non modo ipsa nihil expendit unquam ad opus tam pium et reipublice sibique ipsi necessarium scilicet ad hostes ab Urbis et foris terminibusque nris propellendos: non modo ipsamet nihil expendere vult: sed etiam que sunt ab hys quorum non interest crudeliter extorta: non in finem et usum destinatum converti studet, verum sacrilega manu aufert, et sibimet vendicat, aiens hoc precium sibi deberi: nomine et ratione suorum in rempublicam meritorum, et aperte dicens neminem esse obligatum Reipublice ad gratuita obsequia, quasi vero Rempublicam ad interitum et supplicium ducere: hoc ipsum reipublice sit obsequium prestare. et quasi non sibi ipsimet inserviat qui reipublice inservit? vel quasi qui reipublice inservit, sive in bonam partem, sive in malam possit gratis inservire? ut enim non sequatur sua sponte commeritum premium, etiam si ipse nullum precium exigat? An vero qui inservit suis amicis vel subditis quorum hoc loco res agitur, non sibi ipsi eadem opera inservire videtur? Qui quidem si pravo illius consilio ad interitum ibunt, nonne et ipsum eosdem sequi, velit nolit, necesse est. At profunda avaricie cecitas hoc nunquam animadvertit: sed omnibus sensibus exuta, nihil aliud requirit, ut pampat, nisi nummos: quorum tantum gratia vult esse proba, hoc ipso improbissima quod gratis penitet esse probam. Et haec aperciora sunt quam ut negari aut celari queant. Nam etsi alia desint testimonia (ut sunt permulta) certe ad hoc sacrilegium detegendum abunde sufficit. tanta frequentia

litterarum: quas Quittancias vocant ad questores porrecta: rum. quarum cumulos in Cancellariis videre licet cum primum aliquod Tributum decretum est (sepe etiam ante q̄ȝ decretum est) Quare ipsamet in deum, in patriam in proximum pietas: hoc ipsa postulat sibi: ut tandem aliquando haec fieri desinant

De grauaminibus ex iudiciis prouenientibus quo pacto in facie iudiciorum: apertis dolis oppugnatur et opprimitur veritas: Iusticia, Leges et constituciones Regni in cassum eunt

Extant et in Judiciis grauamina permulta: non postremo loco ponenda alia per ignorantiam Juris et equitatis: alia per auariciam scribarum et Cancellariorum: pleraq̄ȝ per iniquitatem falso nomine iureconsultorum, mei huius nequam seculi introducta, que perlongum esset singula recensere, et que omnia si tantum sub unum conspectum conferas, facile dixeras in nostris Judiciis iam pene nil agi nisi oppugnari iusticiam et veritatem manifestissimis dolis: et quod magis indignum est, quia talia excogitare et consulere minime pudet illos videlicet qui se pro iusticie patronis et patribus patrie venditant (nam in vulgo et rabulis hoc esset tolerabilius. Cuius rei pauca exempla sufficiat adducere. Publica lege vetitum est ob certam racionem, ne bona immobilia per modum Testamenti alienare liceret, Mox inuentus est dolus, et in Judicia pro iure introductus in fraudem legis, similq̄ȝ in fraudem et perniciem Testatoris propinquorum quia non legantur quidem immobilia: sed super

hysdem legatur quantumlibet magna summa pecuniae .
Et ecce tibi aequitatem et iusticiam scilicet quod non lice:
bat fieri per legem : hoc licitum est per dolum et fraude .
Et cui non licuit esse malignum, licet esse malignissimum
Minor enim et tolerabilior erat malicia simpliciter bona
immobilia à proximo successore ita alienare, vt ea se:
cundum iustam aestimationem redimere potuerit, quam ea
sic alienare vt ea nequaquam redimere queat .

Simile est etiam illud pro iure retentum : vt cum Iuris ra:
ciò non ferat, vxores bona sua transferre ad maritos
sine consensu propinquorum : ne videantur inutile aliquid
maritis tradidisse excogitatum est sanè lepidum Stra:
tegemma : quia inuenitur quispiam non maritus, cui
resignat mulier maritata possessionem Nam in hoc
casu vbi non mariti res agitur, non requiritur pro:
pinquorum consensus . ille tandem resignat marito mu:
lieris et habetur vtilis et firma resignatiò . Itaque ,
quod iure non potuit fieri propter publicam Constitutiōem
seu consuetudinem, hoc iure fit per doli et fraudis patro:
cinium . Et ad hunc modum iam ferme singuli Contra:
ctus, apertis dolis conficiuntur . Nec sciò an sit vlla lex
aut consuetudo tam bona, tam vtilis, vel tam necessa:
ria reipublicae quae non cogatur irrita esse ac vana
quandocumque libitum est cuicumque libet (nam de licito
et honesto rara est questiò) nec interim tamen ad:
mittitur exceptio doli mali in iudicijs .

Adeò res est noua ac inaudita apud Iudices meos
Doli exceptio, vt eam rem nec nominare quidem pote:
ris, quin aut scommate et cachinnis excipiaris, aut
etiā ab aduersarijs apertum periculum cogaris susti:
nere. Et tamen sibi miris modis placent qui huiusmodi
iura primi excogitauerunt et habentur eximii iurecōsulti

qui hiis artibus plurimum pollent. Quin etiam hoc hominum genus istiusmodi artibus promotum, ad magnas Dignitates conscendere solet: easque tanto magis gaudet et pro consiliis dare et exercere: quanto sibi melius successerint. Operepretium igitur fuerit, ut exceptio doli mali in Judicia renovetur ac retineatur diligenter contra memoratas et omnes et singulas fraudes veritatem ac iusticiam opprimentes, ut quecunque probatum fuerit dolo malo facta esse habeantur pro infectis.

Mandata procuratoria plerumque falsa & dolosa

Lenior videtur, et tamen non pretermittenda illa species doli quam Cancellariorum questus introduxit: et affatim pro pecunia subministrat: ubi mandata Procuratoria confingantur sine presentia et assensu Constituentis: et ubi, quod non fit nec agitur, hoc tamen solenniter scribitur, et obsignatur lucri gratia: ita videlicet: significamus tenore presentium universis: Quia de consensu et voluntate mea speciali: talis: fecit constituit et solenniter ordinavit in suum verum, certum, et indubitatum Procuratorem. hunc videlicet, qui presens mandatum Procuratorium duxerit demonstrandum, in omnibus suis causis etc. coram quocunque Judicio etc. promittens idem dominus constituens: quicquid per ipsum Procuratorem actum gestum, et ordinatum fuerit, id omne ratum gratum atque firmum habiturus est: non secus quam si omnia presens persemet faceret et fecisset. Talia mandata si scriberentur in presentia constituentium, et id requirentium, nihil equidem esset peccati. Sed quoniam extradi solent de Cancellariis cuiuis pecunia

pecuniam innumeranti, atque cuiusuis nomine id petenti: certe hic abusus ferendus non est, si non propter multa scandala hinc manantia et dolos execrabiles: at saltem ne ipsimet Cancellarii fiant authores falsitatum, quos maxime expediebat et decebat custodes esse veritatis. Et quomodo consistit veritas ubi asscribitur promissio tam gravis et periculosa, domino Constituenti, ut cogatur id omne ratum habere, quicquid eius nomine gestum fuerit per Procuratorem sibi nec notum saepe, nec unquam visum domino inquam constituenti, quo absente et plerumque ignoto non modo non consentiente, talis tamen promissio scribitur, et Sigillo autentico obsignatur.

Varia ac multiplex nundinatio Cancellariorum

Illa vero largissima Nundinatio et reipublicae gravissima: nonnunc expedit, ut ad certos modos et fines redigatur: quae vigit in Cancellariis, quando venduntur varia mandata, inhibitiones, sequestrationes, securitates: et contra haec rursus sublationes, et refutationes, aliaque id genus litterae, prout sibi quisque in fraudem alterius excogitaverit, non modo contra Iura privata: sed etiam multo frequentius contra publica, ut videlicet hys non obstantibus (more Romanae Curiae) fiat quod petitur: non alia de causa, nisi quod ita exigit auri sacra fames. Unde sequitur illud quod iam nunquam sive privatim, sive publice: deceritur quidque quod non facere possis vicitum, si modo adnumeraveris: rursus ex victo ratum, si paulo plus addideris, et quoties lubet, prostituuntur leges, plebiscita, Privilegia, Contractus, pacta, iudicata, et caetera humanae societatis necessaria nexus: ut iam nihil sit quod certo sperare possis, te per ullu

iuris vinculum ita obtinere: quin tibi adversarius tuus ex:
torquere: teque illudere possit, si modo non parcat pecuniae.
vel si unum ex potentibus horum rerum Regis habeat
fautorem. Huius autem rei plurima exempla ante oculos ho:
minum versantur quotidie, quam ut enumerari vel possit
vel debeant. Quid hic faciant homines tot gravaminibus
vexati et impulsi, nisi quod faciunt. alii implorant divina
vindictam nimium tarde procedentem. Alii iniuriae im:
patientia victi se mutuo trucidant. hic adversarium suum:
hunc rursus adversarii frater, vel amicus. amicum vero
e diverso occisi amicus vel cognatus. Quae interficiendi
vicissitudo plerumque durat usque ad extremam alterutrius
partis cognatorum internicionem. Qui autem adversario im:
pares sunt viribus: vel qui vident non tam adversarium
esse in culpa quam Magistratuum iniusticiam, decernunt rem am:
missam, sive per phas sive per nefas recuperandam esse: Co:
ferunt se extra Regnum: scribunt litteras minaces: fiunt
ex Civibus hostes, exurunt oppida et villas, spoliant
Mercatores: reddunt ex dominis mendicos vel fures: Pa:
rit una iniuria mille iniurias, unus latro innumeros
latrones, quorum uni si caput amputaveris ad instar hy:
drae in locum unius renascuntur decem. Res est freque:
ntioribus exemplis notior quam vellemus. Qui vero paulo
potentiores sunt: postquam vident operam frustraneam esse
iure cum adversario experiri, ruunt in ipsum sine ullo
loci aut occasionis delectu, et sive in propriis, sive in di:
vorum aedibus et templis, sive etiam in praesentia Iudicii ad:
versariorum tanquam pecus trucidant, membratim dissecant.
Quae quidem miseranda spectacula, ecquis tandem nobis
edit nisi isti Tragediarum Magistri cum sua venali iusticia.

Judeorum Privilegia Christianis perniciosa & non toleranda.

Cum Privilegia Judeorum ab inicio eisdem concessa, nihil aliud fuit, nisi mera et aperta libertas furandi, latrocinandi, dolos, fraudes, imposturas, falsificationesque erga Christianos impune ac liberrime exercendi. quibus Privilegiis freti Judei, Christianos opprimere, circumvenire, defraudare, facultatibus spoliare, ac omni genere imposture pessumdare nunquam desinunt: hoc ipsum, quod his artibus à Christianis nacti fuerint, cum Judicibus et fautoribus suis dividendis. Et tamen non sat erat tam execrandam licentiam eisdem semel concessisse, vel concessam accepta pecunia confirmari procurasse: sed insuper aucta sunt illis hec Sacra Statuta et augeantur non tantum quottannis, sed ferme quottidie. que omnia recensere, non est praesentis instituti. Nam per longum esset, et per se patent hys quibus contingere solet aliquid negocii cum hac gente habere sive iudicialiter sive extra iudicium. Qui vero expertus non est, experiatur modo et videbit sceleratasque artes ac libertates, quas dicet ex inferno prodiisse: vel si quid inferno turpius ac peius esse potest. Qualis est inter caetera ille articulus: quod nullus Christianorum contra Judeum in quacunque causa sive in parva, sive in magna, sive criminali, sive Civili potest quicquam comprobare nisi unius Judei et unius Christiani testimonio, cum palam sit, nunquam induci posse Judeum, ut contra Judeum pro Christiano testimonium perhibeat. unde necesse est Judeum semper in sua causa victorem evadere, cum sit necesse Christianum in probatione desistere vel deficere: etiam si mille Christianorum testimonia pro se adducat, nisi pro se adduxerit Judeum testem scilicet. tantum autoritatis habet Judeus apud istos legum latores: tantumque e diverso Christianis

ponderis retinet ut plurisfacere videantur testimonium unius
cuiuspiam Iudei, quam vel omnium Christianorum.
Porro tam monstrosa Iudeorum libertas Christianos quocies:
libet opprimendi (libet autem citra satietatem) quoniam
vetus erat, erat utcumque tolerabilis: sicuti mala inuete:
rata solent esse tollerabilia saltem cruciatus, continua co:
suetudine et veteribus Iudeis satis superque sufficiebat
ad virus ipsorum in nos Christianos euomendum, odiumque
erga nos naturaliter in ipsis flagrans satiandum, nunc
autem crescente numero Iudeorum, simul et numero falso
nomine Christianorum, cum eisdem aduersus Christi domini
membra conspiratorum creuerunt una et libertates in:
postmeas exercendi, impetrataque sunt illis Privilegia, et in
litteris autenticis descripta, sub eo pretextu quidem, tanquam
illis vetera tantum innouarentur et confirmarentur, sed
interim licentia peccandi abunde adaucta est, ut satis con:
stare potest quicumque velit conferre vetus exemplar Iuda:
icorum Privilegiorum, Codici Constitucionum Regni in:
sertum cum Bullatis eorum Privilegiis predictis que in Syna:
gogis suis conclusa seruant, et nunquam nisi quando illis expedit
producunt. Ubi inter caetera idem articulus de quo loquimur
ita adauctus est, quod deinceps nihil comprobari potest contra
Iudeum, nisi duorum Iudeorum et duorum Christianorum
testimonio et quamquam id nunquam contigit, quod unicus Iudeus
haberi possit in testimonium contra Iudeum: impossibilitas
tamen impossibilitate maiore adaucta est: scilicet ut fiat
tanto securior Iudeorum iniquitas: que adhuc parum se:
cura et parum tuta esse videbatur in inferenda Christianis
iniuria. Deinde quia tanta latrocinandi securitas et fa:
cultas arctis finibus videbatur esse conclusa. Ita quod
Privilegia hec Sacra viderentur pertinere non nisi ad Iu:
deos Maiorem Poloniam incolentes: propterea quod olim Boleslaus

Callissiensis Dux, qui primus autor autor eorum liberta: tum esse perhibetur cum hec Judeis concederet, nondum huc toti Polonie imperaret Qua de re vide admonicionem in exordio Codicis Constitucionum Regni ubi vizt Cata: logus Polonie Principum concluditur Quoniam igitur pa: rum videbatur solam majorem Poloniam hac peste onera: tam esse: protensa est Judeis eadem licencia non modo per: totum Regnum: sed etiam per caetera dominia ad Regnum pertinentia: ut patet in predictis autenticis literis. Que quidem res nemo non videt: quantam non modo Judeis: sed omnibus similiter sceleratis subministrat audaciam ad omne genus iniquitatis amplissima confidencia patranda et exercendum: quantamque dedit occasionem isti genti alunde ob flagicia proscripte et exterminate, ad dominia Regni Polonie confluendi, adeo, ut hoc unico et solo consilio, talia Jura videantur esse condita: quod saltem hac racione huic or: bis angulus fiat insignis ubi in eo extaret certum ac firmi: ssimum Asilum Hebraice pravitatis toti mundo non in: gnite: hoc est ut haberemus inter nos populum, ad cuius exemplum, studia sua formare possint quicunque tandem ad scelera patranda animum adiecerint vel ut non deesset etiam, natura probis hominibus certum et efficax irrita: mentum ad bonam vitam in peius commutandam postque viderint improbitati bene succedere omnia: probitati vero male omnia.

Quomodo Judeorum Seniores nuper pro Regni proditoribus declarati supplicium tulerunt.

Jam si hec et hiis similia videntur esse in Judeis, et cum Judeis tolleranda: nec esse ex usu reipublice, ut e medio tol: lantur: vel saltem in melius mutentur: illud vero an

tollerandum esse censemus? quod nuper euenit? quia certi ex nomine et cognomine Judeorum seniores, in certis et precipuis Ciuitatibus inter nos habitantes pro manifestis et indubitatis Turcarum exploratoribus, negociorum hostilium gestoribus proditoribusque Regni Polonie sunt declarati non quauis opinione, aut uanis leuibusque argumentis: Sed ipsa Regie Maiestatis voce, et literis apertis ad Palatinos missos, cum non obscura explanatione rei geste et ad noticiam Regie Maiestatis deducte. Quamobrem et iussi erant incarcerari: vel cautione fideiussoria ad certam aeris quottam obstringi: Et nihil sane à dominis Palatinis preter missum est: Nam cautione fideiussoria diligenter obstricti erant proditores Judei ad vlteriorẽ Regie Maiestatis informationem. Quid tandem postquam ad Aulam ventum est, tam graue negocium in eum finem euasit, in quem omnia flagitia eo deuoluta euadere solet: Inuenti sunt, ausi hic turpissime non honestiores patroni: quibus aerum deus est. patria, parentes, liberi, cognati amici: breuiter quibus summa aeris summa virtus est: et quibus eiusmodi flagicia ad Aulam deuoluta, amplissima ac desyderatissima messis est, feneratissimaque uindimatio. Quid tandem verò postea? insumptum est scilicet laboris non parum in inuestiganda rei veritate et genere supplicii inueniendo: hoc est in inuestigando quantam aeris summam Judei pendere possint, citra ipsorum tamen nimiam exterminationem: ne videlicet amputaretur facultas Judeis, in cepto negocio progrediendi: patronis verò eorum hoc genere negociationis cum eisdem ampliora lucra indies consequendi. Atqui denique elaboratum est? nempe id quod solum in hys laborem excitat. aerum videlicet. hoc numeratum est: hoc diligenter ponderatum, cetera in ventum

abierunt. Hic nobis respondeant Judeorum arcerrimi defensores et patroni: Erant ne certa et vera, in quibus Judei accusati sunt? an secus? si vera quare potius visum est, ut pecunia facinus redimerent, quam commerito supplicio? an ideo quia carius habetur aurum ipsa patria? vel propterea, ut hac spoliatione Judei magis irritati quam puniti audentius faciant quod faciunt? Sin minus vera vel dubia erat accusatio: quid causae fuit ab innocentibus vel suspectis tantum auri extorquere? An hac de causa ut quod non fecerunt, nec cogitaverunt illesi, hoc cogitent et faciant lesi? Postremo quid sibi hoc vult: quod tantum flagicium non est ad publica Comitia relatum? ut quod omnes attingit ab omnibus approbetur vel reprobetur. Sed acceptis ac in vincula coniectis aureis obsidibus, ipsos criminis autores absolvistis. Cur saltem istos obsides non facitis huc in conspectum prodire? an quia non sunt reipublice nomine incarcerati vel an ideo quia cum eis in gratiam redijstis? et ex reipublice obsidibus effecistis vestra priuata mancipia.

Haec sunt Rmi Illmi Magci ac Generosi domini, quae Reipublice nostre in anxietate posite, ita coram vobis licet minus exciderint ut videtis. Quae si vestris Dominationibus prorsus displicent, cogitabitis, illi, in tanto discrimine posite non fuisse ocium haec deliberatius, vel ornatius proponendi, veniat vobis preterea in mentem veteris illius dicti. Quia cum recte ipsi valemus: facile egrotis recta damus consilia: ceterum si tu eo loci sis quo egrotus est aliter sane sencias. Quod si haec non indigna: quam displicere videbuntur, creabitur propediem aliud quod magis placeat. Valete Datum Calendis Marcii Anno Christi 1543

Ordinacio bellice expedicionis in Thurcos

Descripta ex Registro Casimiri Regis Poloniae Facta vero in Conuentu generali Piotrcouiensi die Sancti Vitalis 1477

Imprimis vt secundum consuetudinem, domini Seculares, teneantur seruire iuxta facultatatem bonorum suorum bellicam expedicionem.

Spirituales pro hac expeditione contra Turcos, debent etiam seruire bellum, iuxta facultatem et exigentiam bonorum suorum Ecclesiasticorum, uti infra scriptum est. promiso, ne bona eorum, prout et Nobilium seculari bona, annihilentur per belligeros et damnificentur. Sed si quae victualia necessaria recipient, ea soluant iuxta Statutum dudum factum. Et nihilominus Capitanei locorum, qui debent si primis monere, compescent vi et potencia, in hoc dissolutos et rebelles, tam ad solutionem eos cogendo, quam ad progressum celeriorem, alias in campo iure belli respondeant, vel in domo coram Capitaneo, vbi ex hys duobus passi damna elegerint, et damnum faciens poena quatuordecim Marcarum, soluto damno, irremissibiliter per Regiam Maiestatem puniatur.

Ecclesie Cathedrales et Collegiate. Abbates et Praepositi Cenobiorum, debent expedire armigeros in eo numero, secundum quod in Synodo Cleri super vnumquemque laudabitur.

Episcopi habebunt intelligentiam cum Plebanis, vt hy quoque faciant subsidium Episcopo, ita tamen quod omnes superius descripti, non debent seruire talibus, qui per se ad seruicium

bellicum obligantur, nisi tales essent continui commensales et servitores, sed debebunt fratres indivisos qui bello nõ obligarentur recipere: vel obligatos ad bellum quidem, sed adeò egenos ac insufficientes, qui neq; arma decentia neq; equos valentes ex patrimonio suo habere possent Quod arbitrio Castellani et Capitanei committimus. quibus tres de communitate Nobilium adiungi debent, valorem eorum vna cum Capitaneo visuri.

Civitates Regiẽ, et Spiritualium, debent cum dominis pedites expedire in tanto numero ad quem taxati fuerint vnusquisq; peditum, habeat Balistam, Galeam, Chyrotecas alias Plechowicze, Scutum et pectorale alias Plech.

Quilibet in bello, circa vnumquéq; Currum suum, demptis Kizne vnum peditem habeat similiter armatum, cum Balista vel Pixide manuali.

Quilibet Capitaneus, cum Castellano, adhuc domi, in sua terra, debent conspicere terrigenas pauperes, et illis iniungere, vt quilibet decenter serviat, singulosq; conscribent in Regestra. Lustratiò verò dominorum et inter Nobilitatem maiorem, Regiẽ Mtis conservatur Capitaneus verò cum cæteris vt supra ad hoc deputatis arbitretur qui vnus per se non sufficeret ad bellum, q duo, tres, pluresuè pauperes. vnum valentem expediant.

De hoc promissiò fiat, vt alter alteri, arma, equosq; tunc non accommodet, quando ordines struuntur: et lustrantur, ne id fiat in fraudem publici servicij.

Regia Mtas bonum ad hoc habeat respectum: et moderamen

moderamen q̄ tales ex Nobilitate, in suis Regiis, domino-
rumque arcibus et Castellis non relinquat, qui multa bo-
na haberent, ne per id servicium belli imminuatur no-
tabiliter.

In hoc Regia Mtas, considerationem habeat, ne homines
possessionatos, ac ad bellum obligatos, in numerum Stipen-
diariorum scribat, nisi loco sui, alios sub Banderio terre
sue collocarent q̄ sit stipendiarium.

Speciale sit Banderium, et speciales acies Turmeque eorum
qui in propriis personis non eunt ad bellum, sicuti sunt
vidue, Presbiteri, et infirmi ne per hoc fraus aliqua
committatur.

Filii Nobilium in serviciis dominorum existentes non in-
tercedant, bellum pro parentibus ad hoc idoneis. Sed si placuerit
patri domi sue manere tunc recipiat filium ex servicio
domini, et de domo filium ad bellum expediat.

Quilibet compareat in loco designato ad diem constitutum
sub ammissione bonorum et colli.

Nemo ex Nobilitate propinet Cerevisiam, sed quilibet
in suo ordine collocetur.

Modus instituendi Tributi

Quod omnes ex aequo contribuere deberent ex omnibus Censibus pecuniariis et frumentariis, caeterisque proventibus ad defensionem Regni contra infideles.

SATIS esset forsan, ut a qualibet Marca pecuniarum, Census annui, duo grossi solvantur. Sed quia difficile esset computare, quantum a summis maioribus vel minoribus dari deberet, videtur ut a qualibet grosso census, solvatur unus denarius, et venient a Marca grossi duo, solidi duo.

In qualibet villa, de quolibet manso de quo Marca census solvitur, contribuatur grossi duo, solidi duo. Ubi autem plus aut minus, iuxta agrorum quantitatem et census, solvatur a quolibet grosso denarius unus.

DE Mansis autem desertis de quibus tantundem Census solvitur, quantum de possessionatis, similiter a qualibet Marca census solvantur grossi duo: solidi duo.

Quia vero in multis villis, census pecuniarii parvi sunt instituti, eo quod dantur census frumentarii qui semper minui: pantur, videtur aequum, ut ab illis etiam Tributum solvatur, hoc modo. Ut Tritici choretus quilibet taxetur quatuor grossis, et venient pro Marca choreti duodecim, a qua solvatur grossi duo, solidi duo. Siliginis choretus quilibet taxetur tribus grossis. Et venient pro Marca chori sedecem, a qua solvantur grossi duo

solidi duo. Avene chorerus taxetur grossis duobus. Et venient pro Marca chori 24 à qua solvantur grossi duo: solidi duo.

Mella et Piscinarum demissiones, etiam pecuniarii proventus sunt. ab eis etiam Tributum solvi debet. Vas mellis tante magnitudinis, prout est vas Allecum. taxetur florenis quatuor, hoc est duabus cum medii Marcis, et solvantur à qualibet marca grossi duo: solidi duo. à maioribus verò vasis mellis, plus solvatur, facta eorum aequa aestimatione.

Piscine que non ad victum habentur, sed precio vendiso:lent, debent taxari ad summas quibus venduntur. Et ab eis Tributum solvi debet: à qualibet marca grossi duo: solidi duo.

Sculteto rum ac Advocatorum Mansi taxentur ad tantum censum quantum Cmethones de suis mansis in eisdem villis et solvantur à marca grossi duo. solidi duo.

Molendinorum proventus, taxentur, sicut taxati sunt census fermentarii, aut alio modo secundum quod provenit ex eis census pecuniareus. Arendata autem molendina ad summas que dantur ex eis, vel prout melius videbitur et ex eis solvantur à qualibet Marca grossi duo. solidi duo.

De Valachis, villis vastatis, et Popombus Rutenorum illorum locorum periti designicant.

Nobiles non habentes Cmethones, etiam solvant hanc Contribucionem, eorumque Predia in mansos emetiantur et illi mansi taxentur ad tantum censum, quantus

in viciniori villa per Cmetones de mansis eorum solvitur et quotcunque Marcae ex Prediis seu agris Nobilium huius: modi provenire possent: solvantur à qualibet marca grossi duo: solidi duo

Contributio Civilis Schoss et Czoporne solvantur.

De Censibus reemptionis, quae widerkoff vocantur, sive sit Spiritualium sive Secularium, à qualibet Marca solvan: tur grossi duo: solidi duo.

Haec Contributio ad reprimendos hostiles insultus satis esse videtur. Ubi autem vis maior immineret, geminari et triplicari decreto publico posset.

Ut autem fideliter, et absque fraude Contributio haec solva: tur, Villicus cum uno homine iurato de qualibet villa debent deferre illud Tributum ad exactorem et ibidem pre: stare iuramentum quod fideliter in sua villa Tributum exe: gerint, et attulerint. Dicentque illi iurati, quantum domino villae detur census pecuniarij, quantum frumentarii, qui Sepp vocatur. Quo item precio illo anno quaeque Piscina ven: dita: quantum mellis collectum sit quantum census in illa villa reemptionis Spirituales aut Seculares inscriptum ha: beant.

Quod si verò placuerit, tempestive providere de presidio et de defensione prompta, contra validum impetum hostium qui iam in finibus regni adherent, consultum videtur, ut in: stituatur publicus Thesaurus, et paulatim ac successive summa aliqua pecuniarum colligatur.

Videtur etiam ut omnium Predia dimetiantur in mansos seu

Lancos. Et quantum in quaque villa ubi est Prędium Emetores de suis Mansis census solvunt, tantum ad quemlibet Mansum Prędialem connumeretur. Dominusque Prędii quotcunque Marcę ad suum Prędium connumerentur solvat à Marca grossos duos, solidos duos ad Thesaurum publicum.

Ecclesiastici de decimis suis taxato fideliter earum valore contribuant ad Thesaurum publicum: à Marca grossi duo: solidi duo.

Modus instituendi Contribuciones pro tuendis per annum stipendiariis 5000 equitum sextariorum: peditum 1000

Dum talis Contributio constituta fuerit, si videlicet Cmethones de laneis, Tabernis, Molendinis, dederint per sex grossos: Sique Sacra Regia Maiestas dimitteret duos grossos poradlnego, de quo nec magnum evenit commodum. Tum si domini terrigeneque omnes ac universi regnicole, Status utriusque Spiritualis et Secularis, uniuscuiusque Cmethonum subditorumque suorum dimiserint quatuor grossos census, sic eo modo posset exigi de Cmethone unus ferto.

Expeditio Equitum

De hac igitur Contributione fertonum predicta, si Equites in numero 5000 essent expediendi, dando super unum Equitem per sex florenos, per mediam sexagenam ad unum Quartuale: extunc ad integrum annum exponentur super unum Equitem florenii 24 et sic super expeditionem unius Equitis ad integrum annum Sexaginta Cmethones per fertone dantes sufficient

Ad expeditionem autem 5000 Equorum, sunt necessarii homines per fertonem dantes 200000, ad integrum annum. Quia super predicta quinque Millia Equorum, super quemlibet animalium dando per 24 flor. provenient in summa per mediam sexagenam, florenorum 120000 Quam summam florenorum predictam conficiunt 200000 fertonum.

Expeditio Peditum

Ad expeditionem peditum 1000, si sic fuerit constitutum, ut dece

Cives unum Peditem, triginta Suburbani similiter unum Peditem expedirent, et hoc dando super unumquemque Peditem ad unum quartale per quinque florenos, ad integrum vero annum per 20 flor. per 14 Scott.

Si quoque in expeditione horum 1000 peditum inter Cives et Suburbanos talis esset divisio, ut Cives sexagintos, Suburbani vero quadringentos expedirent pedites, extunc iste modus erit habendus.

Cives

Primo ex parte Civium quod tangit 600 Peditum, si decem Cives expedituri sunt unum Peditem per integrum annum, extunc unusquisque Civis daturus erit gr. 56 ad integrum annum et sic ad expeditionem Sexingentorum Peditum erunt necessarii Cives in numero 6000, qui si component et dabunt unusquisque grossos 56, colligentur in summa flor. per 14 scott. 12000, qui florem predicti in toto super predictos Sexingentos Pedites exponentur. Dando videlicet super quemlibet Peditem Pedite per quinque flor. super quartale, et per viginti flor. super integrum annum per 14 Scott.

Suburbani

Ex parte autem Suburbanorum, quod tangit expeditionem quadringentorum peditum, si Triginta Suburbani expedituri sunt unum Peditem per integrum annum, extunc unusquisque Suburbanus erit daturus gr. 18 obolos 12 per integrum annum et sic ad expeditionem quadringentorum Peditum, erunt necessarii Suburbani in numero 12000, qui si dabunt et component unusquisque per gr. 18 obolos 12 Colligentur in summam flor. per 14 scott. 8000, qui florem predicti super predictos quadringentos Pedites exponentur in toto, non magis neque minus per integrum annum.

Iste computus est intelligendus de omnibus Civibus, Suburbanis Cmethonibus tam spiritualium quam Secularium dominorum tum et de Ducatu Masoniae

Quod autem tangit exactionem Ducillorum haec videretur con-uenti pro solutione damnorum seruilibus, quodque supra solucionem damnorum resultaret, de tali exactione vel Contribucione Ducillorum, illud iuxta arbitrium R. Mtis conuertendum esset

Terra Craconiensis

Iuxta relationem domini Castellani Bieccen in terra ipsa vniuersorum Laneorum possessionatorum in toto numero sunt 5651

Iuxta autem meam estimationem { Tabernarum 1000
Molendinorum 400

Singula cum singulis computando Laneos, Tabernas et Molendina, totum facit in numero 7051

De Laneis itaque praedictis, et de Molendinis atque Tabernis de vno quoque singillatim exigendo per fertonem colligentur in suma per mediam sexagenam florenorum 2820, gr 12

Si tamen constitueretur alia Contribucio, quam fertonum haec vizt de quinquaginta hominibus per 18 florenos videretur esse vtilior et commodior. Primo ex eo quia tali Contribucione non nimis grauaretur Cmethones, cum non magis super vnum Cmethonem veniret dare, dummodo per gr 10 obolos 5 viginti oboli resultarent, diuidendi inter omnes quinquaginta quibus Cmetonibus adhuc in subsidium adiungerentur Inquilini et hortulani Item ex eo, quia de tali Contribucione in triplo suma maior colligi posset, quam de fertonum iuxta opinionem hac vizt computando ad 1/2 sexagenas flor 8461, gr 6

De summa igitur predicta de tali Contributione collecta dando sex: milibus super unum quartale ad equum per sex flor. servari et expedivi possunt per tria quartalia in numero equi sex: milium 470 unus florenus istius summe resultabit, inter hunc equorum numerum dividendus cum sex gr.

Iste computus suprascriptus dummodo de villanis est intelli: gendus, secus erit de opidanis, quibus alia Constitucio esset instituenda, hec vergit de triginta hominibus oppidanis per 18 flor. Igitur et de eisdem iuxta opinionem tanta pecuniarum summa, quanta de villanis colligi posset. Simile ergo et totidem Equorum de servilibus ex Contribucione Opidanorum per tria quartalia expedivi et servari possunt, quot de Contributione villanorum.

Numerus Equorum servilium per tria quartalia servando: rum et expediendorum de Contribucionibus Opidanorum et villanorum faciet in toto 940.

Civitates munite notabiliores hic non computantur.

Terra Sandomiriensis

In eadem terra tantus numerus tam Opidanorum quam Villanorum quantus in terra Crac. iuxta meum videre, opinatur esse, sic igitur eadem summa pecuniarum colligi, idemque numerus Equorum servilium (utrumque per tempus equale) con: servari et expedivi possunt, de terra ipsa Sandomirien. prout ex Crac.

Terra Lublinensis

De eadem terra, quoniam est parva tanta pecuniarum summa colligi poterit, quanta conservabuntur per tria quartalia in numero Equi servilium 200

Numerus Equorum de omnibus Terris predictis per talem Contribucionem servandorum et expediendorum per tria Quartalia 2280

Nulla mentio hic habetur de Ducatibus Masovie Osswienczimen. Siewierien. Zathorien. tum nec de terris Russie, Valz. Drahin etc. De quibus si eodem modo talis Contribucio exigeretur, prout de Terris Crac. Sandomirien. et aliquantus etiam numerus posset servilium conservari

Quamvis computus iste agitur super tria Quartalia vzt à festo Sancti Ambrosii ad festum Circumcisionis domini tredecim hebdomadas in quartali computando, nihilominus non necessarium videretur tantisper serviles tenere dummodo per duo cum medio quartalia vzt ab illa sillaba Ambro, si, i, fe, stis etc. usque ad Syllabam post hec, heli, pre, ce etc. De residua igitur medietate tercii quartalis damna singula persolvi possunt servilibus, insuper et huic expeditioni damnorum adiunguntur adhuc terre Sanocen. et Przemislien.

It primum de generali mocione bellica non potest dici generalis mocio sed particularis, ex eo quia multe possessiones tam opida quam ville sunt libertate omnes possessiones dominorum Spiritualium et aliquorum Secularium, Primu de Terra Crac exemplum pono In qua continentur ville decem octo centa. It opida omnia quadraginta cum Crac tam regia quam Spiritualium et Secularia eciam ville innumerate omnes tam Regie quam eciam dominorum spiritualium et Secularium innumeratorum Cracovia.

It primum dominus Epus habet multas villas
it Capitalis Ecclesia Castri Crac multas villas
it Monasterium virginum Sancti Andree ht multas villas et aliquot opida.
it Monasterium ad corpus Chri habet villas.
it Monasterium Sancte Catherine habet nihil
it Collegium habet villas
it Monasterium virginum in Zwierzinyecz habet villas
it Prepositus ibidem habet villas.
it Prepositus Cracoviensis habet villas
it Prepositus Miechovien habet multas villas et aliquot opida
it Prepositus Scarbimirien bonum opidum Scarbimiria et villas.
it Abbas Tinicensis plusque centum villas et quatuor opida
it Abbas Clare Tumbe ats Mogila multas villas
it Abbas in Andrzeiow habet bonum opidu et villas multas
it Abbas in Brzesko habet multas villas

It Prepositus in Imbramowize habet villas

It ibidem virgines habent villas
It Moniales in Staniatki habent multas villas

It Abbas in Sandecz habet villas
It Moniales in antiqua Sandecz, habent Opidum et multas vil:
las circa sexaginta
It Abbas in Sczirzicz habet aliquot decem villas
It Generalis in Sczirzicz habet villas

Isti sunt omnes exempti de defensione et de bello. Sunt et alie possessiones Nobilium, in quibus habent domini Spirituales censum qui vocatur Widerkoff. Eciam ista bona sunt debilitata propter censum, quia in eis non est bona facultas serviendi bellum, videatur per totum Regnum, quod Ar:chiepi Epi, Abbates, Prepositi, et alii quamplures, extendent se super duas partes Regni, vix tercia remanebit domini Regis cum Nobilitate.

Item bona Nobilium que libera sunt a servitute belli vzt dominorum Burgrabiorum.
Item dominus Castellanus Sandecen habet multas possessio:nes et est liber habet Burgrabiatum
Item dominus Castellanus Vielunen habet multas villas et Scultecias, est liber propter Burgrabiatum
Item dominus Zupparius habet multas possessiones, est liber propter Burgrabiatum.
It dominus Ligeza habet multas villas, et est liber.
Item Dominus Chelmski est liber, habet aliquot villas
Item Philipowskij habet villas, est liber
Item dominus Myzyk est liber et alij Burgrabij

ITEM eciam Cives habent villas, et libertantur a belli servitute, Computentur ville istorum, qui sunt liberi quot remanebunt ipsorum qui non sunt liberi, ex istis de:cem octo centis villis et Opidis vix remanebit tercia pars possessionum tam Regalium quam eciam Nobilium que non sunt libera a servitute belli

Item quod attinet diminutionem exactionum Civilium et Mo-
lendinorum. Primum Civitatibus dimissum est in taxacio-
ne exactionum que dicitur Schoss, ubi dabatur per duos gro-
ssos ab una Marca, nunc dant per unum grossum. Alique
Civitates Regie impetraverunt apud Reges dimissio-
nem et eciam domini Spirituales et Seculares impetrave-
runt suis Opidis, quod eciam aliquibus medietas, aliquibus
tercia pars, et sic multum deest non sum in hoc practicus
quia non fui exactor.

Item in Molendinis Civitatum et Opidorum facta est dimi-
nutio magna, eo quod eciam molendina fuerunt venalia,
eorum taxe fuerunt magne, secundum valorem cuiusli-
bet, et sic dabatur eciam Schoss exactio a qualibet
Marca gr. 2.

Videndum est ubi Molendinum pro centum Marcis dabantur duo
centa grossorum, qui faciunt florenos, per mediam sexagenam,
sex gr. viginti. Nunc dando a rota per gr. duodecim,
dabit gr. 24 et si sunt rote tres dabit gr. 36. videatur
diminutio qualis est.

Item ubi est Molendinum pro Mille marcis, dabantur gr.
duo Millia, faciunt florenos. 66. gr. 20. Et si per
unum grossum a qualibet Marca daretur, faceret utique
florenos. 33. gr. 10 Et nunc dabuntur a qualibet rota
gr. 12 facient. Si sunt rote quatuor faciunt gr. 48
Et sic computanda sunt, quantum hic diminutum est. Et
prout percepi Molendina in Bidgosgza stant pro quinque
aut quatuor millibus Marcarum, et dant puto tres
florenos. Et si daretur a qualibet Marca grossus unus,
facerent quinque millia gr. Computetur ut supra, et
videatur qualis est diminutio exactionum per totum Regnum

Et hoc factum est ex eo, quia domini tam Spirituales quam etiam Seculares exemerunt Molendina et seruant suos famulos, tamen deberent solui secundum quod exemerunt Molendina non tam est multum diminutum in Laneis, Sed in laneis non possum percipere qualiter est diminutum, tamen fac[i]etur diligentia

Item Aduocationes, Ciuitatum que etiam magne taxe sunt et nihil dant, ex quibus etiam deberetur exactio fieri secundum Ciuitates à qualibet Marca gr. 2 aut. 1. Et quia in Iure Ciuili manent nihil contribuunt, et hoc est, quia magni domini emunt Aduocatias Ciuitatum que Militibus comparantur

Страницы 423–432 вовсе нет. Библиотекарь [illegible]

Триста пятьдесят три
(353) писанных листа.

Библиотекарь [illegible]

41. Hodr. Lubomirski.

Rossya. 5

Polskie. 134, 140. 142. 145. 152. 165, 167, 187, 211. 213. 225. 233. 237, 243. 273
277, 278, 306. 308. 313. 315. 322. 327. 330. 429. 435. 442–451.

Herberstein 293, 613

Rok 1543 489

490 o pisaniu [illegible] — [illegible] Ortografia. i Konstytucye polskie

511 [illegible] polskiey zapisane polskie

514 Artykuły Warneckie po polsku

554 Chronologie

564 Rotundus

Polsk 597. 603 o woynie Turków w Węgrzech

631 Baron [illegible] ważne [illegible]

665 O Magnatów Polskich [illegible] 1543 [illegible]

XV. XV. XV.

700 O wyprawie na Turków roku 1477 pisane
Lubomirski [illegible]

1542 427.

pa 432 [illegible] 1623 [illegible]

445 Zabójstwo księcia [illegible] w Litwie.

451 [illegible] [illegible] litewskiemi [illegible]

441 roku 1541

Въ этой рукописи триста пятьдесятъ три (353) всего нумерованныхъ листа.

1898 V/7

